RENATI

CHOPPINI

ANDEGAVI I. C^ti

Et in Supremo Parisiorum Senatu

ADVOCATI.

MONASTICON.

SEV,

De Iure Cœnobitarum.

LIBRI DVO.

TERTIA EDITIO.




PARISIIS,

Apud Laurentium Sonnium, viâ Iacobæâ, in Circino aureo.

M. DC. XXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





AD MONASTICOS CHRISTIANÆ RELIGIONIS ORDINES.

RENAT. CHOPPINVS ANDEGAVVS, I. C.



NTEA QVIDEM *pro ætate, ac Forensi vitæ Instituto contexui varios Gallici Iuris Cõmentarios: Cuius nempe Iuris in vsu quotidiano exercitationéque versabar. Sic neoterici* I. COSS. *nonnulli, florentibus annis, illustrarunt ciuicas suas* LEGES, *patriaque sũmorum in* DECRETA *Magistratuum publicæ memoriæ prodiderunt Nam præter eorum Collectanea, qui à Me recensentur alibi, voluuntur* SVBALPINÆ *Taurinorum Senatus* DECISIONES, *ab Anton. Thesauro perscriptæ, eius collega Ordinis, An. 1590.* MANTVANAE *item, à Joh. Petro Surdo publicatæ.* GERMANICAE, *ab Andr. Knicheno, Vilhel. Rodingo, & Nic. Reusnero vicissim. German. Principum Consiliariis.* LVSITANICAE, *ab Aluaro Valasco, & Anton. Gamma, senatore.* NEAPOLITANAE, *à Vincent. Franchisio, & Francisc. Viuio, Aquilano.* LVCENSIS *pariter Rotæ Decisiones, à Camillo Lepido, Valer. Vallaria, & Horat. Rouato Iurisperitis.*

In Procœm. nostrorũ De Legib. Parisien. Scriptorum, Et in nostra Præfat. Andeg. Consuet.

Anton. Thesauri, senatoris Taurinensis. Decisioues nouæ Senatus Pendemonta.

Mantuani Senatus Decisiones.
Andr. Knichen, Cãcellarij Saxoniæ Ducis Ioh Ernesti, Cõmentaria in Ius Saxonicum.

Neapolit. Senatus Decisionum corpus, per Vincentium de Franchis.

VERVMENIMVERO *alia iam Ætas alios mores postulat, & Canities isthæc, missis Ciuilibus studiis profanisque Scriptis transuersos Nos rapit in augustiorem Philosophiã*

meditationemque rerum Cœlestium : quas proximè, DIVINO *nutu amplexuri sumus. Cùm enim semper æterna Salus curanda, tùm eo præsertim tempore, quo, Vitæ finis impendet. Senectus venit, discessum præco clamat, quilibet se paret: Iudicium enim propinquum est. Vt Gregor. Nazianzenus in Tetrastichis Sententiis nos admonet Eodem spectat Cypriani. Afri, elogium, priùs omnibus, Religioni operam dare, Senibus conuenire: quos præsentis seculi florida ætas transacta deseruerit. Similiter,* EGO *inquit Petr. Blesensis,* IN VESPERA VITÆ MEAE SVM: VOTIVVM MIHI EST, NOVISSIMOS DIES MAGNOS OFFERRE ALTISSIMO, QVI DIES ANTIQVOS PERDIDI, QVIA PERDITE' VIXI.

D. Cypr. de 12. Abusibus seculi cap. 2.

Epistola 135. Petri Blesen Archidiaconi Bathoniensis qui claruit An. 1160.

Quòd si Ethnico seni impetrata quies est publicis negotijs, prisca illa, apud Varronem, Politia Roman. ac Plinij Cælij, ad Pōponium Bassum, testimonio: Æquiùs certè, Christiano homini indulgendum, emerita saltem Senectute, in cœlestis Sophiæ contubernio acquiescere. Quippe cui nihil, ex iuuenili profanæ Encyclopædiæ sylua præter glandem, legatur: Cereale autem studium, quo ager DOMINI *consitus est, mirificè conferat ad perennem fructum iúsque illud Ciuitatis supernæ & internæ consequendum. Istuc verò, manu prehensos nos ducet Apostolicæ vitæ et humilitatis paradigma, Monasticis denuò regulis ac moribus antiquis expressum, propagatumque seriatim ab ijs, quos etiam dum cernimus Monastica in Toga, contemptis seculi pompis atque illecebris,* Regularis *Obseruantiæ tesseram accepisse. Nam vt primi* CHRISTI *Legati, abdicatione priuatarum opum, piam Disciplinam sanctiùs coluere: Ita subinde, ipsorum exemplo, Anachoretæ, fortunis nudi, nudum sectati sunt Christianæ Magistrum Reipublicæ. Quemadmodum Areopagita, Galliarum Sacerdos primus, Hierarchico in Opere,* * Ἡ δὲ τῶν, *infit*, τελουμένων μὲν ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις, ἡ τῶν μοναχῶν ἐστὶν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένη κάθαρσιν, ὁλικῇ δυνάμει, καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἁγνότητι, πάσης δὲ ὅσης θεμιτὸν αὐτῇ θεωρεῖν, ἱερουργίας ἐν νοερᾷ θεωρίᾳ καὶ κοινωνίᾳ γεγενημένη, καὶ ταῖς τῶν ἱεραρχῶν τελειωτικαῖς δυνάμεσιν ἐγχειριζομένη, καὶ ταῖς ἐν θέοις αὐτῶν ἐλλάμψεσι καὶ ἱεραρχικαῖς παραδόσεσιν ἐκδιδασκομένη τὰς ἐπιτελευθείσας τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν τελετῶν ἱερουργίας, καὶ πρὸς τῆς ἱερᾶς αὐτῶν ἐπιστήμης ἀναλόγως εἰς τελειοτάτην ἀναγομένη τελείωσιν, *&c. Ab eodem Auctore impositus fertur Monachatus Demophilo ciui Atheniensi (apud Symeon. Metaphrasten) pura & Sacris initian-*

De vita Pop. Rom. lib. 11. Testante Nonio.

Epist. lib. 4. Prima, ait Plinius, vitæ tēpora, & media Patriæ, extrema nobis impertire debemus.

Exemplum. Apostol. Actor. cap. 4.

S. Dionysii, De ordinibus, qui initiantur, cap 6.

* Summus verò eorū omnium, qui initiantur & perficiuntur, ordo est sanctorum Monachorum: eum & omni piaculo tota vi, omnique actionum suarum sanctimonia expiatus sit, & omnis mysterii (quod quidem ei fas sit aspicere) spiritalis spectator particepsque sit factus, traditusque perficiēti Pontificium ordini, ac Diuinis eorum illustrationibus, Pōtificiisque institutis discat sanctorum mysteriorum, quæ eum attingunt, sacra quæ aspexerit: atque sancta eorumdem scientia pro modo suo ad summam perfectionem virtutémque efferatur, &c.

te illius manu B. Dionysij: apud quem, hoc ipse priùs Ministerio functus erat, vt praeesset ianuis Templi. Ne talium Ascetarum Ducem huc proferam, D. Marcum Euangelistam, ab Eusebio Cæsarien. nuncupatum. Sed cum illi per vastas Saltuũ Eremique solitudines sparsi, viderentur, sibi priuatim modò prodesse, nec Orthodoxam latè Religionem promouere, Basilius Magn. Cæsareæ Cappadociæ Episcopus deduxit eos in Vrbes & Oppida: vt ab ijs Populus Diuinum cultũ, gratamque SVPERIS *viuendi rationem edisceret. Ex Monodia Greg. Nazianzeni in vitam Basilij, qui è Monachis ac Eremicolis Cœnobitas effecit, Morumque normam illis conscripsit Euangelio consentaneam: Quæ à totius Græciæ monachis hactenus obseruata est. Vnde & sumptam, Latini, Regulam D. D. Augustini, Benedicti, Dominici, Francisci, ac reliquorum complectuntur. Hos nimirum* DEVS *extare voluit Cœnobitici Ordinis* Patres, *velut Pharos et lucentes quosdam ignes in tempestuoso mari: Quorum institutione ac doctrina, ceu fulgentibus gemmis, rutilaret supremi* NVMINIS *Ecclesia. Tanto igitur æmulandæ pietatis Monasticæ aculeo pungamur demum Senes, vt ab hoc ærumnosò laborum stadio ad immortalem requiem fœlicibus auspicijs euocemur.*

Eusebii Hist. Ecclesiast. Lib. 2. Cap. 16. 17.

SCIO *vtique*, à Nostris omnia fermè Religiosa rideri, *Massiliensis* Saluiani *dicto. Quin & hic seriò in nonnullos æui sui Religiosos inuectus est*, sub specie Religionis secularibus vitijs mancipatos: Qui scilicet, post veterum flagitiorum probrosa crimina, titulo sanctitatis sibimet inscripto, non conuersatione alij, sed professione nomen tantùm demutarint, non vitam, & Diuini cultus habitũ, magis quàm actum existimantes, vestem solummodò exuerint, non mentem. *Ast degeneri tamen paucorum inquinamento corruptelàque morum, prædamnari inclytum Ordinem, periniquum sit. Testem cieo Yuonem Carnutum Præsulem, seueritate ac sanctimonia reuerendum, qui, longo post Saluianũ interuallo, Monasticam commendauit Benedictinæ Sectæ Familiam Fiscanẽsem, his ad Cœnobiarcham verbis.* VOS, ET CÆTERI SERVI DEI, QVI VELVT IN PORTV NAVIGATIS, OPORTET, VT NOBIS ORATIONIS MANVS, QVAM LONGE POTESTIS, EXTENDATIS, ET VOBISCVM AD OPTATAM REQVIEM PERDVCERE STVDEATIS. *Yuoni itidem suppar Bernardus, suæ ætate*

Lib. 7. De Iudic. Dei.

Idem Salvian. Lib. 5.

Yuon Epist 99.

Abbatia de Fescan, in Normania.

D. Bern. in Serm. ad Fratres de Monte Dei.

mirabilis, ac velut sydus quoddam Terris illapsum, agnouit ingenuè, ex pio Carthusianorum Sodalitio, tanquam ex Officina virtutum, Christianæque perfectionis Magisterio nobis omnibus propositum solidæ Pietatis exemplar. Eundem Ordinem illustri laudum præconio euexit Petrus venerabilis, qui, Bernardi tempestate, clauum moderabatur sacræ Cluniacen. Reipublicæ.

Petri Abbæ Cluniacensis Lib. 2. De miraculis Cap 28.

SERVATVR, *ait*, IN BVRGVNDIÆ PARTIBVS, INTER OMNES EVROPÆ NOSTRÆ MONASTICI ORDINIS PROFESSIONES, PROFESSIO QVÆDAM, MVLTIS ALIIS EIVSDEM MONASTICI PROPOSITI SANCTIOR ET CAVTIOR, INSTITVTA NOSTRO TEMPORE A QVIBVSDAM PATRIBVS MAGNIS, DOCTIS, ET SANCTIS: M. BRVNONE COLONIENSI, LANDVINO ITALICO, AC QVIBVSDAM ALIIS VERÈ MAGNIS, ET DEVM TIMENTIBVS VIRIS.

Bruno, Carthusianus.

De Cisterciensi quoque Monachorum Cætu, Petrus Blesensis, O CISTERCIVM, *exclamat,* QVAM MAGNA EST DOMVS TVA! QVAM FOECVNDA IN FILIIS! QVAM MAGNIFICATA IN LINGVIS! QVAM GLORIOSA IN POPVLIS!

Petr. Blesen. Epistola, 65.

Sic nouellæ cuique Religiosorum hominum plantationi arrisit cœlestis Agricola, vt tanquam fertili benèque exculto in Agro, viri doctrina præstantes, pijque alij aliis succreuerint, nec vnquam alij ex aliis propagari, ac proseminari desierint. Vti fusiùs toto hoc Opere sigillatim ostendimus, quæque successu temporum relaxatæ, & collapsæ in laxiorem vitæ habitum videbantur, Religiones monasticas fuisse in pristinam seuerioris Disciplinæ normam restitutas à sanctioribus Ecclesiæ Antesignanis. Quinetiam vetustiori æuo, lapsus indicatur Monachorum quorumdam, insigni Epistola D. Basilij, ad Monachum qui exciderat: Neque is propterea minùs, Anachoriticos viuendi Ritus sequenti extulit Encomio. O VITA EREMITICA, VITA SANCTA, VITA ANGELICA, VITA BENEDICTA! VIVARIVM ANIMARVM, EXHEDRA GEMMARVM COELESTIVM, CVRIA COELESTIVM SENATORVM, &c.

Plusculi Cœnobitarum Ordines, quingentos abhinc Annos instituti.

Abbatiarum Reformatio.

In Libel. De laudibus Eremi.

HOC *igitur velut in Speculo, veræ Pietatis typum expressum intueamur Senes, Humani scilicet curriculi*

Finem animo certum, miserisque Viatica canis.

Exinde viciscim, publicum istud Cœnobitici Ordinis in nos

Munus exemplarque Morum profiteri palam debemus, ac mutua grati animi testificatione quadantenus pensare. Impari quidem Temporaria messe remunerari modo illud licet Spiritalis frugis seminarium tam grande: quasi * Χρύσεα Χαλκείων *permutentur. Ast tenue tamen peculiolum nostrum eò conferre visum est, vt quæ è medio Fori Vsu depromere potuimus hucúsque, Ciuilia Cœnobitarum Iura Monumentis quibusdam asseramus, tueamur, de illisque.*

* Aurea æreis.

Monastica Iura, ciuili in Foro decisa, tum sacra, tum profana.

Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo.

Cum enim Spiritalia, absque temporarÿs opum subsidiis, haud diu subsistant in Orbe terrarum, Pontificio Paschalis. I. *iudicio, Cauendum est, ne Templorum res prædiariæ, quæuè eas fulciãt Principum Beneficia Diplomatica, expilatis Tabulis, aliquando intercidant. Cui Tabularum iacturæ grauissimæ occurritur non minùs forsan publica ipsarum Notitia, à nobis istîc vtcũq; curata, quàm multorum descriptione Exemplarium, quæ Tabelliones calamo exarare solent. Alioqui enim, amissis Instrumentis auctoritatibusque fundorum, superest Ecclesiis Codicillare duntaxat suffragium: vti res suas Juraq; singularia Diplomate repetunda curent ac comprobanda. Ex Melodunensi Gallorum Lege Regia, Feb. Mens. An. 1580. §. 26. Qualiter etiam olim Episcopale Collegium Cenomaniæ sibi prospexit, Augustiore Ludouici Cæs. Pÿ Rescripto, in hanc phrasin.* Ludouicus, Diuina ordinante prouidentia, Imperator, &c. Nouerit &c eò quòd vir venerabilis Franco, Cenomanicæ vrbis Episcopus, obtulit Serenitati nostræ quasdam Auctoritates prædecessorum nostrorum, Regum videlicet Francorũ: in quibus continebatur, quòd partim incuriosorum hominum culpa, partim depopulantibus hostibus, ignemque submittentibus, quædam Strumenta Chartarum, per quæ Reges, Reginæque, & cæteri quàm plures Catholici viri res mancipiaque Ecclesiæ, in honore CHRISTI, Martyrũque Geruasij & Protasij constructæ, cui, auctore DEO, ipse præest, contulerant, olim exusta & concremata fuerint: Per quas etiam Auctoritates, non solùm prædecessores sui & Rectores ipsius Ecclesię, sed etiam ipse, easdem res & mancipia, quæ in eisdem Strumentis inserta fuerant, iustè legaliter & quietè hactenus possederant, ex firmitate studiorum serenitatis nostræ: Vt easdem Auctoritates nostra fir-

Paschal in Can. si quis obiecerit Caus. 1. Quæst. 3.

Multa etiam, de Ecclesiasticis rebus ac Monasticis, Rescripta Pontif. & Principum interuimus Libris sacræ Politiæ Forensis. Nam & Instrumentorum Αναγραφή seu Inuentarium, deperditis Instrumentis, fidem facit. Leg. Chirographis. π. De Administr. tutor.

Edictum Meloduni dictatum, de Priuilegÿs Fräcici Clerici, Ob omissa Instrumenta annuorum Ecclesię censuum ac redituum, nouas professiones Monumentáque censualia, ex Diplomate à Iudicibus regijs confici debere.

Imperiales Literæ, pro Episcopo & Capitulo Cathedrali, Ecclesiæ Cenomanæ.

De necessaria huiusmodi Ecclesiasticarum Tabularum custodia, iacturæque ipsarum periculo, Gregor. Magn. prolixè, loco à Nobis inferiùs citato, in calce.

maremus auctoritate, idem humiliter supplicauit, Nobis itaque, perspectis eisdem Auctoritatibus, pro mercedis nostræ augmento libuit, præfati venerabilis viri petitionibus annuere, & eisdem Auctoritatibus hanc quoque nostram iungere auctoritatem: Per quam, iubemus atque præcipimus, vt omnes res & mancipia, quæ ex liberalitate, eidem collata fuerũt Ecclesiæ, nostris & futuris tẽporibus per hanc nostram Auctoritatem præfatus Franco Episcopus, & successores sui absq; vlla inquietudine vel iniusta interpellatione quietè habere & possidere valeãt. Quòd si fortè super eisdem rebus, ante præfatam exustionem à Prælatis ipsius Ciuitatis iure possessis, quæstio orta fuerit, vt pro eis disceptari necesse sit, ita per hanc nostram Auctoritatem eædem res & mancipia ipsius Ecclesiæ defendantur, sicuti per eadẽ Strumenta, si igni absumpta non fuissent, legibus defendi poterant. &c. *Decimotertio Kalend. Septemb. An 1.*

Die. 20. Augusti. An. 815.

QVARE *accingamur nunc Operi, & diurnis Monachorum in Cœlites Precibus, Concionibus sacris, Librisque de Theosophia in commune editis passim, rependamus* Fortunu*las nostras, aut illorum potiùs: déque suo ipsorum Iure politico & profanis latifundiis, quatenus Ciuilis Fori decretis iuuari possint, scribere aggrediamur. Hoc* IVBILAEO *præsertim & sancto Anno, quem imitatione Hebræorum*, NVMINI *sacrauit Roma Bonifacius.* 8. *Pontifex an. 1300 octauo Kalend. Martias, centesimo quolibet anno celebrandum. Eum quidem postea Clemens. 6. P. dimidio arctauit seu quinquagenario spatio, 6 Kalend. Februar. an 1350. pro numero annorum Mosaica* Lege *præfinito : ex* Leuitici Cap. 25. *& Ioseph. lib. 3. Antiq. Iudaic. Qualem deinceps Eduardus. 3 rex sua in Anglia sanxit lustralem Annum, habito, apud Vvestmonasterium, Pop. concilio, An. 1361. Similem quoque Annum obseruant accuratè quinquagenarij Coniuges, & Sacerdotes Aduatici Belgæ: prophano ab illis, spiritali ab his repetito Coniugio, eiusue Ritu solenni Id quod Guicciardini Belgiographia proditum est. Tametsi demùm Paulus. 2. ac Syxtus. 4.* P.P. IVBILAEVM *ad annos. 25. reduxerint, An. 1470. & 4. Kalend Septembres. 1473. Secularem certe hunc festum Annum. 1600. ab celebriori Maiorum nostrorũ cultu, indixit Clemens* 8. *sũmus hodie in Terreno Orbe Præses* * Οἰκουμένικος τῆς Ἐκκλησίας.

Pontificia Iubilæi institutio. Cap 1. 2. 4. Depœnit & remiss. In Extrauagant Cõmun. Die. 22. Febr. An. 1300. 27. Iannar. 1350. & 29. Augusti 1473. Ex antiquo Vsu plenissimæ Veniæ peccatorum indultæ accedentibus ad Basilicam Principis Apostolorum de Vrbe.

Anglici Iubilæi quinquagenarii solennitas, celebrandique forma, apud Polydorum, Angl. Hist. Lib. 19.

Antuerpienses, Brabantiæ ciues.

* Vniuersalis Ecclesiæ.

Bullatis codicillis. 14. Kal Iunias An. 1599. Vt ſupprimam interim ſeculares ludos ethnicæ Romæ qui à Plinio Veronenſi memorantur. Indictio magni Iubilæi, Die.19 Maij 1599. Plin. Lib. 7. cap. 48.

TANDEM *ergo feſta annali fruamur terreſtrium operũ Immunitate, quoad fieri poterit, ad ſacram obeundam Monaſtici Tractatus huiuſce prouinciam. Cui Inſtituto ne fortè deſim viribus impar, otijque opportunitate Forenſem inter ſtrepitum, oratos Vos priùs velim (Cœnobitæ pij) vt veſtris in* SVPEROS *hymnis Diuiniſque Carminibus noſtros prouehatis conatus: Et ita, cœleſti Flamine, veſtrûm gratia quod modò ſubimus, ad exitum ipſimet perducatis. Lutetiæ Pariſiorum, Octauo Kalend. Februarias cœpti An.* 1600.

AVCTORIS,

De ſuſcepto hoc Monaſticæ Religionis Argumento.

DECASTICHON.


O ſacra RELIGIO, manibus tentata profanis,
PARCE, tuis proprias Dotes CVLTORIBVS auſo,
Donáque, perſancto reſerare tributa labori.
Haud Præcone quidem hi, Precibus ſed egemus eorum:
Quas impar tenuis malè penſat gratia Muſę.
Prôin Phaëtontis Opus nixu metire, nec actu,
Nec re, ſed ſtudio temerè in ſublimia rapto:
Quale ſecunda tamen, precor, almi SPIRITVS aura
Suppleat, & calamo SACRA cœlitus afflet inerti.
Sic IOVE nata, ad eum redit, & Duce PALLAS eodem.

Priuilegij Sententia.

AVCTORITATE Regia cautum eſt, ne quis alius, præter Michaëlem & Laurentium Sonnios, Lutetianæ Academiæ bibliopolas, hos RENATI CHOPPINI in Senatu Pariſiorum Aduocati Libros duos, MONASTICΩN ſeu DE IVRE COENOBITARVM, typis exprimat, neuè diſtrahat, ante decennium ab hac editione proximum. Interdicto autem qui non paruerit, Librorum Exemplaribus, pecuniáque mulctator. Sicuti fuſiùs Diplomate ipſo continetur, Lutetiæ expedito 3. Idib. Octobris. Anno. 1604.

Subſcripto,

GOGVIER.



OPERIS PERIOCHA


BIMEMBRIS.



ONASTICI IVRIS Tractatio duas in PARTES diffunditur: in Statum Personarum muniáque iusta Ductoris, Gregísque sui Religiosi: Tum in Priuilegiaria capita & Res Monasticorum Conuentuum. Rursus PRIOR PARS tribus potissimè sacrorum Canonum praeceptis concluditur, quae, distinctis totidem Rubricis, explananda suscepimus LIBRO I. Nimirum vt Coenobitis praeponatur Abbas, morum sanctimonia doctrináque probatissimus: Vti deinde, semel Praefectus Coenobio, officiosè versetur in eius Alumnis censoria Disciplina vitaeque exemplo formandis. Quibus, extrema serie, accedunt Coenobitarum munera singula, pro votiuo Ordinis sui instituto. POSTERIOR Tractatus huiusce pars, fructum officij vitaeque sanctioris Coenobiticae profert in Orbe Terrarum, triplici Argumento, quod paribus LIBRI 2. Titulis explicabitur. Primùm, Apostolicis in Monasticam quamque Familiam Priuilegijs constat: Alterum, Regijs in profanas Res Coenobiorum beneficijs cumulatur. Tertium, latius spargitur ad eximia CLERI iura, cum Monasticis communia: Quae in priuatos, profanaeque sortis mortales exercentur, religiosèque etiamdùm excoluntur.

Lib. 1. Tit. 3.

Lib. 2. Cap. 3.



ELENCHVS EORVM,

quæ TITVLO. I. Lib. I.

EXPONVNTVR.

1. MONASTICAE *Rei cura prima sit*, Abbatē, Prioremvè Conuentualem *habere*, *legitimo modo institutum.*

2. *Ecclesiasticæ* Prælatorum *electionis antiquitas.*
Monasterijs, monachi, sunt Præfecti deligendi.
Idem Gallica in Ecclesia quondam custoditum.

3. *Benedictinum Cœnobium S.* Honorati de Lerins, *in Comitatu Prouinciæ*, Abbates *non admittit, præterquàm electos à Monastico grege.*
Vetustissimi huius Monasterij Abbates, *Monachique sanctissimi.*
Eiusdem Vnio Cœnobij, cum Benedictino Montis Casini, in Italia, Monasterio.
Casinensis Cœnobij priuilegia Apostolica.

4. *Francica 5. Monasteria* Casalis Benedicti, *Nominatione Regia non conferuntur.*
H*æc ipsa, Montis Casini* Abbatiæ *Regulam Institutáque seruant.*
Casalis Benedicti *Abbates*, triennales *sunt*, *nec singulorum demissione locus fit nouæ Nominationi*, Indultóque *Beneficiario Senatorum Parisien.*

5. Gulielmitæ, *seu* Albi mantelli, Priorem *sibi liberè eligunt*, *nec eum Princeps nominat Romanæ Sedi.*
In hoc Ordine, Priores, *temporales sunt, non perpetui ad vitam.*
Apostolica priuilegia Vilhelmitani Ordinis, Benedictini: eiusque primęua fundatio.

6. *Carthusiensium Conuentuum* Priores, *Lege soluti regiæ Nominationis.*
Tales Priores, *ex causa reuocabiles sunt.*
Sanctiss. Sedis, in eum Ordinem, Priuilegia.
Ordinis eiusdem seueritas pia à multis seculis huc vsque commendata.

7. *Cælestinorum Fratrum* Prioratus, *nominationi Principis non subijciuntur.*

Monasticæ electiones Prouincialium, *&* Priorum *singulorum*, *Ordinis Cælestini.*

Iidem electi, sunt temporales, & ob causam destitutioni obnoxij.

8. *Magni* Prioratus, *Ordinis. S. Johannis Hierosolymitani; conferuntur electione Magistri &* Capituli generalis, *nec Galli regis nominatione.*

Commendæ, *ac Beneficia sacræ Militiæ* Hierosolymitanæ *non sunt proprie Munera Ecclesiastica ad vitam, sed temporaria pensione, sacris Equitibus singulis locatà.*

9. *Regiæ Francorum Leges, de sacra Præsulum electione.*

Prouincialia Galliæ Concilia, pro Ecclesiasticis Prælatorum *electionibus.*

10. *Monasteria, quæ habent speciale priuilegium eligendi, nominationi Principis non subiacent.*

Abbatia S. Petri d'Vzerches *nititur speciali priuilegio eligendi, à Pontificia Sede concesso.*

Alia quædam Monasteria, simili iure eligendi suffulta.

In merè electiuis *Cænobijs*, Abbatem *nouum adprobare, priscis Regibus ius fuit.*

Idem de Germanis Imperat. & Sabaudiæ Ducibus.

11. *Monialium* Abbatiæ, *&* Prioratus. *etsi regiæ Nominationi non subsint ex* Concordatis, *nunc, Principe nominante, conferuntur à* Papa.

Franciscanæ, & Dominicani Ordinis Sanctimoniales Præfectam sibi cooptant, nulla adhibita Regis nominatione.

Consilij Magni Consiliarijs attributa est à Rege cognitio maiorũ Sacerdotiorum: quæ, ipso nominante, conferri debere, prætenditur.

12. *S. Trinitatis Monachi*, Priores *suos liberè eligunt, nulla expectata Principis nominatione.*

Regia, & Pontificia, de hac eligendi libertate, Rescripta.

Ministeria huius Ordinis, Hospitalium *loco habentur, potiùs quàm Beneficij perpetui.*

Eorum Bona triplici vsui destinata, sunt communia veriùs, quàm Ministri cuiusque propria & priuatà, quasi Beneficiarij Ecclesiæ.

Regula Mathurinorum, *sæpius dictata, & reformata.*

13. *Cistercienſium* Patres Abbæ *à suis eliguntur, nec Regiam nominationem agnoscunt.*

Vallisscholarium Ordinis Præfectura summa, electione defertur, non Principis nominatione.

Particulares tamen Ordinis Prioratus, *vacui Rege nominante, erogantur.*

Ecclesiæ S. Catharinæ, Vallisscholarium, fundatio regia.

14. *Electionum restitutio, à Franciæ Clero petita.*

In Commendas seculares *Regularium beneficiorum.*

In Confidentiarios *Sacerdotiorum: in* Pensionarios *eorumdem.*

A ij

Flandricorum Abbatum, & *Fulienſium, Franciæ, electiones.*

Prærogatiua regia Francorum vetus, in ſacris Præſulum electionibus auctoritate præſtanda.

15. Prioratus, *in Monaſtiis Mendicantium Ordinibus, ſunt mera Officia temporaria, purè electiua.*

Auguſtiniani Eremitæ, Libris editis, illuſtres: cum Statutis *ſui Ordinis.*

Fratrum Prædicatorum Conſtitutiones generales, ex eoque Ordine Scriptores celebriores.

16. *Franciſcanorum* Statuta, & *qui ex illis, Ordinem Scriptis ſuis illuſtrarint.*

Carmelitarum Conſtitutiones.

Abuſus laïcorum *Dynaſtarum, in* Abbatias, & Prioratus Conuentuales *opulentos.*

Gallica Concilia, aduerſus tales Vſurpatores, venditores, aut emptores Beneficiorum Eccleſiæ.





MONASTICΩN.

LIBRI I.

TITVLVS I.

DE PRÆFECTIS COENOBIO CVIQVE DIGNE' COOPTANDIS.



QVVM MONASTICI ORDINIS PRIMÆ summæque partes tribuantur Diuino cultui, votiuæque Morum castimoniæ, Ordiundum nobis est à sacra Monastici officij functione: Ad eius tùm sequacem, ciuilem Politiam, profanámque Rerum Oeconomiam, iusta serie progrediendum. Iuxta antiquum dogma Principis Philosophorum. * Πρῶτον, ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια. Proin ante omnia, Monastici Gregis Ducem legi expedit ac Magistrum: vt Cœnobitæ viuant in Monasterio, sub vnius Disciplina Patris consortióque multorum: ab illo discant humilitatem, ab his patientiam. Hieronymi verbis, De regula Monachorum. AVREO quidem Religiosæ vetustatis æuo, Monachi sibi è Fratribus vnum modo sumebant, nec alium, quàm è medio ipsorum Collegio, Archimandritam. Vt perhibetur Gregoriana insigni ad Marinianum Epistola 18. Lib. 7. ac Epist. 87. Lib. 4. Ex quibus decerptus Can. Abbatem Can. quàm sit necessarium §. defuncto Caus. 18. Quæst. 2. Idem Toletano Concilio statutum deprehendimus. Can. congregatio debet sibi eligere Abbatem Caus. 16. Quæst. vlt. Quod Gallico in Clero districtè vsurpari solitum, scripsit Yuo Carnutum Pontifex Gottofredo Cenomanæ Ecclesiæ Decano. Epist. 47. 120. Ac Basiliensis denuo sacrorum Procerum Cœtus instaurauit Priscas Cœnobiarchōn electiones: Ita, vt Monastici templi Sodales soli, Æteriarchæ designari possent. §. 1. Tit. De election. In Pragmat. Sanct. FRANCICA insuper nominatio Principis ad Ecclesiasticas Præfecturas, quæ Comitialium Cleri suffragiorum in vices successit, eadem Lege tenetur præficiendi Monasterio Cœnobitæ: nevè alium Rex Celsissimæ Sedi nuncupet, ea cohonestandum Dignitate, quàm cucullatum Sacerdotem. Pontificia Regiáque Pactione Bononiensi An. 1516. vulgò trita. §. Monasterijs De reg. ad Prælat. nominat.

3. RVRSVS in Gallia, licet sacrosancti Magistratus, Candidatis deferantur hodie Regio isto nutu & arbitrio, potiùs quàm Collegiorum suffragatione: In multis tamen, retentus est mos solennium Ecclesiæ * psephismatum vetus, ex Aulicis, Regijsque Prætorij S. Consultis, Principe Opt.

*primum est, curatio rerum Diuinarum Lib. 7 Politic. Arist. Cap. 8.

B. Gregorius in Regesto.

§. defuncto verò Abbate cuiuscúnque Cógregationis, non extraneus eligatur, nisi de eadē congregatione, quem sibi propria voluntate concors Fratrum Societas elegerit.

Tit. de Election. In Vers. vt vnaquæque Ecclesia, aut Collegium, seu Conuentus sibi Prælatū eligant.

§. Monasterijs Verò Religiosum eiusdem Ordinis. In Concordat.

* decretorum per suffragia factorum.

Abbatia S. Honorati *de Lerins*, Grassensis diœceseos, in Comitatu Prouinciæ: Ad quam electionem assumptus fuit Domin' Hilarius ab Antipoli (*d'Antibe*) religiosus.

Lerinam hanc Plinius, & Strabo Leronem vocant.

S. Hilarius, é monacho Lyrinensis Insulæ, Arelatẽsis Archiepiscopus designatus.

Aigulphus, Abbas Lyrinensis, & socij monachi, præcisis linguis oculis effossis, gladio obtruncati sunt. Sub annũ 660. in Vandalica persecutione. Vt scribit Surius Tomo 5. post Sigebertũ in Chron. An. 551.

Vincentij Lyrinẽsis Libellus, aduersus Hæreses: Cælestino 1. R. P.

Faustus, Abba Lyrinensis, dein apud Rhegium in Gallia Episcopus.

Sermo S Hylarij Arelaten. Episc. de vita B. Honorati, formis impressus An. 1578.

Aug. Grimaldus, Grassensis Episcopus, & Abba commendatarius S. Honorati *de Lerins*.

Max. annuente. Verbi gratia, viuis erepto Francisc. Boliero, qui præfuerat Cœnobio apud Lerinum Insulam, Phocensis prouinciæ, subiectus fuit Fr. Hilarius Antipolitanus, communi sacrorum Sodalium calculo, An. 1592. At Ioh. Baptista Romanus, qui nulli Monasticæ Sectæ adscriptus erat, Regia nominatione ambijt Cœnobiarchiam. Hinc mota lite in Auditorio Principis, Nos pro Electo, & Societate cœnobitarum, Lyrinense D. Honorati Monasterium, clara sanctitatis & religionis fama nobilitatum fuisse antiquitùs: eíque præpositos seriatim B. B. Honoratum, Hilarium (ad quem, Eremi encomium scripsit Eucherius Lugdunensis) Porcharium, Maximum, Vincentium, Faustum, Cæsarium, Antonium, Aigulphum, Caprasium, qui miraculis operum effulserint. Hos quoque ipsos Eucharistico carmine celebratos Sidonij Apollinaris ad Faustum, & Catalogo illustrium viror. Ecclesiast. Gennadij Massiliensis presbyteri: tum sacra Patrum Bibliotheca, de excidio Lyrinen. Monasterij, ac eius Historia, Tomo 7. Vt sileamus funebrem D. Hylarij Arelaten. Episcopi orationem de S. Honorato, è Lyrinensi Chartophylacio nuper productam, ac editam. Vnde, progressu temporum, Augustin. Grimaldus, qui Pontificia fiducia Cœnobium obtinebat, ipsi non modò instaurandam curauit Ordinis disciplinam, accitis eò Cassinatis Monasterij primoribus, sed Cœnobium adeo Cassinensi vsquequáque adunandum. Ita, vt cucullati dehinc *Abbates* vnito Sodalitio præficerentur soli, concordibus Monasticæ familiæ sententijs. De quo, Apostolicum Leonis 10. extat Diploma, apud Florentiam Hetruriæ metropolim, exaratum quarto Kalend. Februarias An. 1515. Cui Vnionis diplomati accessit illico Regius Francisci 1. assensus, Epistola aperta postridie Idus Apriles eod. An. Senatuíque probata apud Aquas Sextias Massiliensis prouinciæ. 12. Kalend. Octobres seq. Iuxta hæc, Ludouica Francisci ipsius mater, Regníque, eo absente, Rectrix, talem

Bulla vnionis Monasterij *de S. Honorat de Lerins*, Congregationi Montis-Cassini, aliàs S. Iustinæ de Padua dictæ. Die 27. Ianuar. An. 1515. Consentiente vnioni Rege die 14. April. & Senatu Aquensi die 20. Septemb. eod. An.

Cæsarij Arelatensis Episcopi, ad Monachos Lyrinenses Homilia 25. Beata, inquit, & fœlix Insula Lyrinensis, quæ cum paruula & plana esse videatur, innumerabiles tamen montes ad cœlum misisse cognoscitur. Hæc est quæ eximios nutrit monachos, & præstantissimos per omnes prouincias erogat sacerdotes. Ac si quos accipit filios, reddit patres; & quos nutrit paruulos, reddit magnos: quos vult tyrannos excipit, reges facit &c. Tom. 2. Biblior. veterum Patrum.

Bulle d'Innocent 6. à Auignon. Die 9. Decemb. Pontific. An 6. qui est l'an 1363. (*comme ie crois*) concessa Ioanni Guillelmo Castrorum Romani & Castri Renardi super fundatione Monasterij monialium B Mariæ S. Honorati Tarasconis secundum Regulam & instituta Monasterij S. Honorati Lyrinensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti Grassens. diœcesis: Cui Monasterio subiecta erit perpetuò dicta Abbatia Monialium: In qua erunt 4. Monachi D. Monasterij S. Honorati Lyrinensis, quos idem Abbas ad hoc duxerit deputandos ad seruiendum ibidem in diuinis continuè commorentur. Et quod ipsum Monasterium monialium & personæ quæ ibidem degent, pro tempore, gaudeant omnibus priuilegijs, indulgentijs, immunitatibus & exemptionibus quibus D. Monasterium S. Honorati Lyrinen. & membra sua ex concessione Apostolica potiuntur. &c.

L'Abbaye de S. Honorat est en la ville de Tarascon, en Prouence.

Reginæ matris Literæ die 7. August. Publicatæ in Curia die 28. Sept. 1525.

Clementina Bulla Vnionis antiquæ monasteriorum confirmatrix. Die 10. Decemb. 1592.

constabilijt Lyrinensis templi cum Cassinate cœnobio coniunctionem, Authenticis tabulis. 7. Idus Sextiles An. 1525. Queîs subscripsit Aquensis suprema Curia Prouincialis Quinto Cal. Octobres consequentes. Eundem porro Monastici Sodalitij nexum vicissim sanxêre Henricus 2. Rex Literis Nouemb. Mens. 1547. ac Clemens 8. R. P., Bullatis codicillis quarto Iduum Decemb. An. 1592. Quando igitur, ab arctiori Benedictinæ normæ Instituto Cassini Montis, temporarij duntaxat cooptantur, & quinquennes Cœnobiarchæ Lyrinenses, non perpetui, In ijs cessat prærogatiua Regia nuncupandi Præsulis monastici Sanctissimæ Sedi. Vt Rebuffus disertè asserit, in §. vlt. Ver. prælatum, De reg. ad Prælat. nominat. Quò refertur pariter Apostolicum hoc Cassinensis Societatis Priuilegium 3.

Capitulum seu Visitatores facere Abbates posse, & taliter factos, auctoritatem habere, ac si essent benedicti: Et Bona Congregationis ipsius, aut Monasteria, vel Prioratus nec in titulum nec in commendam, vel in administrationem impetrari debere. Tertio Idus Ianuar. An. 1434. Quinimo Gregorius 1. P. statuerat. 3. Nonas Iulias An. 595. Cassinate Abba mortuo, ne alium, quàm monachum, Sodaliúmque arbitrio, sufficere liceret, suffectumvè, aliter abdicare. Sicuti narrat C. Sigonius, De regno Italiæ lib. 1. ECONTRA autem differebat Sacerdotij competitor, qui Regia nominatione partes suas tuebatur, Cœnobij Vnionem Lyrinensis, etsi Principali Iure isto vetustiorem, sibi ideo minùs officere, quòd perducta non esset ad effectum: quíque post eam Cœnobio præfuissent *Abbates*, hos à Principe oblatos fuisse Pontifici summo, Præfectura ea insigniendos. Is præterea ab Romano Vnionis Rescripto, abusus nomine, Regem appellauit. AVLICI demùm Senatores, disceptato vtrinque negotio, controuersam Cœnobiarchiam clienti nostro addixêre lecto suffragijs Monastici cœtus, ex præscripto Vnionis antedict. Decreto percelebri 6. Idus Nouemb. An. 1599. Causæ seriem enarrante, in Consistorio illo, Falcone Senatore. Quin & paulò antea, Rex ipse Erricus 4. piè admodùm comprobarat Lyrinensis Monasterij copulationem, cum Benedictino Cassinate in Apenninis Italiæ iugis. Diplomate luculento pridie Nonas Decemb. An. 1597. Cassinensis porro Historiæ scriptor habetur Leo Marsicanus, vsque ad Victoris 3. obitum, qui in Cassinensis Familiæ disciplinam adolescens se dederat.

4. SVBSIMILI argumento, quinum Galliæ Cœnobium, Benedictinæ Casæ, soluitur vinculo Principalis nominationis ad Monasticas Ecclesiæ Dignitates. Quippe quùm *regulares* hi Conuentus quinque, eundem in ordinem redacti sint, legesque Cassinatis religiosissimi Cœnobij variis Pontificum Max. Literis, Clementis 7. postridie Cal. Martias An. 1525. Pauli 3. 14. Calend. Iunias An. 1537. Iulij 3. An. 1551. Tertio Nonas Octob. tum Pauli 4. Nonis Febr. An. 1555. Secùdùm quæ, Reges nostri liberũ ius * ἱερῶν κλήρων reliquere Monast. quinque Familiis, Casæ Benedicti. Solennibus tabulis Errici 2. Febr. Mens. An. 1547. quæ Prætoriano in Consilio promulgatæ sunt 10. Kal. Mart. Et in Senatu Paris. pridie Kal. Mart. eod. An. His consequenter, Nonus Carolus immunes exemptósque esse iussit Regia nominatione Benedictinos hosce Cœnobitas. Codicillis 3. Nonas Octobr. An. 1571. subinde publicatis Lutetiana in Curia, Nonis Octob. seq. Ætiologia est, quòd Trienni lege teneantur sacræ eiusmodi Potestates, nec vltra triẽnium vulgò producantur. Id quod Rebuffus etiam commemorat, in suis Scholiis ad §. vlt. De reg. ad Prçlat. nominat. In Concord. Haud dissen-

Benedictinæ Congregationis Montis Cassini Priuilegium die 11. Ianuar. An. 1414.

Karolus Magn. Imp. cum omnia Cassinen. Cœnobii Priuilegia confirmaret, iussit quoque vt monachi, iuxta præceptũ sanctæ Regulæ, Abbatẽ sibi sine cuiusq; præiudicio, licenter eligerent. Lib. 1. Chronici Cassinensis cap. 14.

Gregoriana Lex, cõuentu Episcoporũ in Vaticano habito, die 5. Iul. An. 595.

Gregorius Cortesius Mutinensis, Cœnobio Lyrinensi diu & sãctissimè præfuit sub Paulo 3. Pont.

Arestum intimi atcanique Consilij regij die 8. Nouemb. An. 1599. *pour dom Hylaire d'Antibe, Abbé esleu*: Cui patronus adfueram.

Patentes Literæ die 4. Decemb. 1597.

Petrus Diaconus, Cassinensis Librum scripsit de viris illustribus Monasterij Cassinensis.

Abbatiæ 5. ex reformatione Casalis Benedicti, in Francia satis notæ. Quarum Regia Pontificiáque priuilegia citauimus Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 10. Art. xj.

L'Abbaye de saincte Columbe lès Sens, a esté reformee, reduite, & vnie à la congregation de Chezaubenoist instar *de l'Abbaye de sainct Germain des Prez: ladite vnion executee l'an 1581. le 15. de Mars, & tous ses Priorez vnis à la mense Abbatiale de ladite Abbaye de saincte Columbe, sans que les commandes seculieres y puissent plus auoir lieu.*

Bulla Leonis 10. Pont. de erectione congregationis Casalis Benedicti in Francia, Ordinis S. Benedicti ad instar congregationis Montiscassini, aliàs S. Iustinæ de Padua reformatæ, *du 1. Decembre 1516. Où il y a* que defectum natalium supplet Religio.

Leodegarij Archiepiscopi Bituricens. tempore, qui sedit An. 1098. fundatum fuit Casalis Benedicti Cœnobium & dotatum, auctore & mediatore Andræa illius Monasterij primo Abba qui obijt anno 1120. xi. Calend. April.

Patentes du Roy, confirmatiues des priuileges, franchises, & libertez des 5. Abbayes, & leurs Priorez vnis de l'Ordre de Chezaubenoist, du 15. Nouemb. 1601. verifiees au grand Conseil, le 25. Decemb. audit an, & pareilles Lettres d'adresse au Parlement de Paris, du 18. de Ianuier, verifiees audit Parlement, le x3. de Feurier 1602.

Le Prioré de Dampierre assis à Concressant en Berry, membre dependant de l'Abbaye de S. Sulpice de Bourges, l'vn des 5. Priorez de Chezaubenoist.

Il y a en France autant de Conuents de Religieuses de l'Ordre de Chezaubenoist, comme il y en a d'hommes, asçauoir les Religieuses de sainct Laurent de Bourges, de sainct Pierre de Lyon, de nostre Dame de Neuers, d'Yseure à Moulins en Bourbonnois, & Charenton en Berry.

Apostolicæ Bullæ die 1. Mart. An. 1525. Die 19. Maii 1537. Octob. 1551. 5 Febr. 1555.

* Diuinarũ sortium, seu electionum.

Regiæ Literæ, in Magno Consilio verificatæ die 20. Febr. Et in Curia Paris. die vlt. Febr. An. 1547.

Rescriptum Principis die 5. Octob. recitatum in Senatu. 7. Oct. 1571.

Interlocutorium Curiæ Arestum die 14. August. 1574. Quòd Apostolica Ordinis priuilegia adferantur in Curiam ipsam, Casalis Benedicti reformationem spectantia & interim Religiosi fruantur Prioratu *de Tuffe*, cum onere pẽsionis Priori seculari soluendæ.

Magni Consilii Decretum die 15. Iunii An. 1591. de Cura de *Noligy sur Vicom*, depẽdente ab Abbatia S. Vincẽtii *lez le Mans*, contra Indultarium Curiæ Parlamenti.

tanea his præiudicauit Senatus, Interlocutione sua postridie Idus Sextiles An. 1574. de Tuffeio Primatu Monastico, qui Vincentianum, præd. Casæ, Cœnobium superius agnoscit, Cenomanæ ciuitati suburbanum. Ioh. Ayraldo, seculari Præfecto Tuffeij Conuentus, hinc: & Vincentianis Monachis, inde, litigatoribus. Nec dispari ratione sancitum fuit à Principe. Nou. Mens. An. 1558. temporarios illos Cœnobiorum Magistros singulos minimè onerari necessaria inferiorũ *Prioratuum* collatione in CONSCRIPTOS CVRIÆ Parisien. idcirco nominatos à Rege: nec crebram *Abbatum*, at seriorem tãtùm Regis cuiusque mutationẽ successionẽque, onus impositurã talis Sacerdotij minoris Senatoribus erogãdi. Ita enim cõtradicto iudicio pronunciauit Senatus Prætorianus 17. Cal. Quintiles An. 1591. secundùm Abbæ Vincentiani, apud Cenomanos, beneficiarium Geruasium Bonhometum, vnà cum Syndico quini Cœnobij, Casæ Benedictinæ, qui priuato huic collatum paræciacæ munus Ecclesiæ mordicus defendebat: Aduersus Petr. Pageum iure subnixum Iac. Blancheti, Regij in Curia Parisiorum Consiliarij

Prioratus, Religiosi Conuentus Parisien. Alborũ Mantellorũ, seu Gulielmitarum.

5. SVPERIORI affinis est quæstio Vilhelmitani Primatus monastici, apud Lutetiam, excussa in augustiore Prętorio; Ille-nè, Canonica Fratrum electione, an Principis nominatione, iustiùs cuiquam mandaretur. Etsi enim Regiæ partes sint hodie, monasticos Primates Romanæ Sedi nuncupare, qui, Conuentus antea Comitiis vocabantur ad eius Præfecturam §. Monastériis & *Prioratibus* De reg. ad Prælat. nominat. Vbi supra. Hoc ciuili tamen moderatione intelligendum de perpetuis iurisque perpetui Sacerdotiis, non de temporariis Ecclesiæ Dignitatibus, quæ viuo abrogari possint aliquando, ex statuta Ordinis regula ac disciplina.

De cét Ordre de S. Guillaume, n'y a en France que les Blancs Manteaux de Paris, celuy de nostre Dame des Prez à Louuergny en Retelois, & vn prés de Soissons, qui sont 3. en France. Mais au Pays bas, il y a le Prouincial de l'Ordre au Conuent de Beuure près d'Anuers, qui est pour la prouince Gallicane. Car de General, il n'y en a point en tout. Il y a, outre le Conuent du Val nostre Dame de Vallincourt, en Cambresis au dioceze de Cambray. Il y a aussi le Conuent de Berraphange aux Ardennes, prés la ville du Liege.

Les Italiens de cét Ordre de sainct Guilaume, qui iadis estoient en grand nombre, se sont retirez sous l'Ordre de sainct Augustin, il y a plus de 120. ans.

Vt Innocentius 3. P. subnotauit, Cap. cùm ad monasterium § prior. §. tales De stat. monach. Sic perpetua, & temporalis. Vicariæ inuicem distinguuntur à Glozematario Pontificiæ Sanctionis Iohannis 22. Cap. Execrabilis De Pręben. In Extrauag. Ad Ver. temporales Vicarios Cap. peruenit De appell. Cap. cùm ex eo De elect. Apud Bonifacium 8. P. Atqui Vilhelmitana in Secta, regulæ Benedictinæ, cooptantur Præfecti statum in tempus modò; quadriennes nempe, vt plurimùm. Quali temperamento vsi identidem suffragatores illi feruntur domesticis Comitialium electionũ Tabellis An. 1519. 1554. 1567. 1583. & 1594. Vnde liquidò patet, eiusmodi *Prioratus*, honorarij potiùs Regiminis nomine, quàm meri Sacerdotij titulo, dignis pro tempore deferri consuêsse, qui sacro Magistratu fungerentur aliquantisper, ac spiritalem morum veriùs, quàm Profanam bonorum curationem gererent. Quò alludit Innocentij 4. Rescriptum *ad Priorem generalem, cęteròsque Priores & Fratres Eremitas, Ordinis S. Gulielmi,* tertio Nonas Septembr. An. 1248. clausula infra relata. *Auctoritate Apostolica inhibemus, ne vllus Episcopus, vel qualibet alia persona, ad Synodos vel Conuentus forenses vos ire, vel iudicio seculari subiacere compellat, nec ad domos vestras causa celebrandi ordines, causas tractandi, vel conuetus publicos conuocandi, venire præsumat, nec regularem Prioris vestri electionem impediat, aut de instituendo, vel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra Statuta vestri Ordinis, aliquatenus se intromittat &c. Obeunte verò Priore generali vestro, vel suorum quolibet successorum, nullus ibidem præponatur, nisi quem Fratres communi assensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris secundùm Deum & B. Benedicti regulam prouiderit eligendum &c.* Hoc autem Innocentianum diploma, ratum gratumque

Pontificia Bulla die 3. Septembris 1248. quæ declarat expressum, Vilhelmitanum Ordinem Monasticũ militare sub regula S. Benedicti.

Prioratus de Corneliaco in territorio Aurelianensi fundatus fuit sub Annum 1200.

fuit seriatim Alexandro 4. apud Neapolim, septimo Cal. Mart. An. 1255. Clementi 4. apud Viterbium An. 1266. Honorio 4. Sexto Cal. Decemb. An. 1285. Et Clementi 6. apud Auenionem 18. Cal. Ianuar. An. 1342. Qui Cœnobitica etiam Vilhelmitanæ Familiæ priuilegia ampliarunt. Ea propter Aulicus Senatus, sacrorum vindicias * καὶ ἐλευθεριόσεως dixit secundùm nempè libertatem Monasticorum Comitiorum in legendo Præfecto Vilhelmitani Conuentus: Regia posthabita Claudij Maulei ad eam Præfecturam nominatione Senatus-Consulto 12. Calend. Quintiles Anno 1597. pro Vilhelmitis Parisiensis cœnobitis. Huius Ordinis institutionem Versibus paucis complexus est Sanson Haius Vilhelmita: quos suo attexuit Libello, *De veritate Vitæ, & Ordinis D. Gulielmi*, in hunc modum.

Die 23. Febr. An. 1255.
Die 26. Nouemb. An. 1285.
Die 15. Decemb. An. 1342.
* & libertatem.
Placitum Regii Galliæ Cõsistorij die 20. Iunii 1597. pro priore electo à Conuentu *des Blancs Manteaux*, contra Nominatum a principe.

Vndecies centum si vis coniungere quinque
Vndecies annos, post partum Virginis almæ;
Inuenies tempus, quo, Dux Aquitanicus antè
Pictauúsque Comes Gulielmus, cultor Eremi,
Fratribus imposuit proprio de nomine nomen.

In nostra vtique Gallia, duo tantùm habentur sacra B. Vilhelmo Cœnobia, alterum Lutetiæ, Rhemis confine alterum, in agro Campano. Sed in Belgio structa pluscula visuntur. Lutetianum illud, Bonifacio, 8. P. accepto fertur, qui, postulante Renerio totius Ordinis Antistite, Monasticam Ædem Seruorum D. Mariæ, Vilhelmitis munificè largitus est: vetustis possessoribus ad Institutum Vilhelmitanum adactis. Anno 1299.

Ordo iste Seruorum B. Mariæ, vnus fuerat ex abrogatis in Synodo Lugduni, Gregorio 10. Pontifice, habita.

7. REGIA insuper ad sacrosanctas Potestates nominatio non procedit in Carthusiensi cuiusque Primatu Conuentus Monastici. Ex Notis Rebuffi ad §. per præmissa De reg. ad Prælat. nominat. Nam etsi is Primatus purè demandetur Cœnobitæ, nec præfinitum in tempus: abrogari tamen huic ex causa potest à summo Ordinis Præsule, post inspecta lustrataque regionatim eiusdem Familiæ Cœnobia. Singulorum, ad hæc Conuentuum Præfecti, ita decernunt statuúntque de profanis Monasterij reditibus annuis, vt nil proprium, sed communem in vsum omnia referant: Quorum etiam prouentum Ratiocinia quotannis medio in Cœtu sacrorum Sodalium excutiuntur, dispunguntur. Proinde Rex Carthusianis libera Comitia legendorum cuilibet Conuentui Magistratuum: Imo nec Beneficiaria quidem æris Pensitatione annua tales Conuentus vnquam onerauit. Nam eximio singularique electionum iure suffultum est Carthusiense Sodalitium, Bulla Alexandri 3. Codicillis, Quinto Idus Iulias An. 1176. in hanc formulam. *Confirmamus institutiones factas, & faciendas Priorum per Capitulum generale, cum potestate instituendi & destituendi Priores, & corripiendi personas Ordinis.* Quibus consonat Vrbani 3. P. diploma 14. Calend. Maias An. 1186. Et Cælestini 3. Rescriptum, Quarto Idus Quintiles Anno 1192. *ne diœcesani se intromittant de disciplinis Religiosorum, aut de electionibus Priorum* &c. Cuncta deinceps huiusmodi Carthusien. priuilegia comprobauit Innocentius 3. qui Apostolicæ Nauis gubernacula tenebat, Nonis Decemb. An. 1202. Hæc autem mente voluenti mihi succurrit Ordinis præstantia, ab antiquis decantata Scriptoribus, ingenti cum elogio feruentissimæ Pietatis Carthusianæ. Etenim Petrus Blesensis, *si attendis, ait, Domum Carthusiensem, quam deseris, si consideras, vnde venias, aut quò vadas: Hierusalem pro Babylone, terram promissionis pro Ægypto, pro exilio patriam, cælum pro inferno, quietem & pacem pro labore & miseria, derelinquis.* Nec aliter æqualis „ Petrus Venerabilis, ad Carthusianos scripsit (Epist. 24.) quos immensè „ amari ab se profitetur, libenterque cum eis moraturũ se, si liceret exuere nomen Abbatis. &c. Qualiter (subdit idem) secundùm B. Patrem Benedictum, de numero commissorum rationem reddere præualebo, qui de propriæ vitæ studio requisitus, mutus forsitan apparebo? Atque, vt nostros recolam istìc Legum vel Canonum Scholiastas, En tibi Hostiensis in Procemio Summæ suę, talia effatus, *Carthusianos regi lege Euangelica, lege A-*

Priores Carthusianorum Conuentuales, sũt electiui & à Capitulo generali postea confirmandi: Qui nihilo minùs ob causam reuocabiles sunt per generalem priorẽ Ordinis, post visitationes à Visitatoribus factas.
Particulares quoq; Priores annuatim remittunt & cedunt Prioralem suum titulum in manibus *Capituli generalis*.
Die 15. Iulii 1176.
Bulla Vrbani 3. die 18. April 1186. vetantis, Priorem, vel Procuratorem Carthusien. institui, nisi iuxta formam Ordinis electum.
Die 12. Iul. 1192.
Die 5 Decemb. 1202.
Petr. Blesensis Ep. 86.
Petrus Cluniacensis Abba, qui An. 1140. florebat.
De destitutione prioris maioris Domus Carthusiæ, Francisc. Marc. part. 1. in Decis. 1361. An. 15. destituere possit procuratorem maioris Dom. Carthusiæ. De quo etiam Panor in Cap fin. de regulat. prælat.
Lib. 3. Epistol.

postolica, & dictis Sanctorum Patrum, ex quibus Theologia consistit: per quam Anima nutritur, regitur, & saluatur. Haud leuiore in Carthusienses affectu, Iohan. Andreas ad Cap. 2. De decim. In 6. asseuerat, Carthusianum, & Cistercien-sem Ordines multis spiritalibus beneficiis fuisse ab ECCLESIA cohone-status, seque Monasticam illis Ædem struxisse religiosè, gloriatur. Quid plura? Benedictus 13. P. sic impensè, commendat pias Carthusianorum Constitutiones, vt *Regulam* nominet, his verbis: *Attendentes, quòd Ordo vester, inter alias sacras Religiones Arctiore quadam Regula limitatur, quodque in eo viget laudabilis Obseruantia regularis.* &c. Tabulis Pontificiis 6. Nonas Martias An. 1403.

A Ioh. Andræa, prope Bononiā fundata Domus Carthusiēsis. Idē, in cap. cōsilium De obseruat. ieiun. laudat hunc Ordinē maxime ab esu carnium prohibito. Benedicti 13 bulla. Die 2. Mart. An. 10. Pontificatus. Cælestini Fratres Ordinis Benedictini.

7. AD Cælestinos progrediamur: Quorum Conuentibus singulis qui præficiuntur, haud ideo nominantur à Principe, quasi *Priores conuentuales* (iuxta cit. §. Monasteriis) sed legitimis suffragiis designantur à Monastico Prouinciali Magistratu. Extat enim Constitutionum Volumen Fratrum Cælestinorum, Prouinciæ Gallicæ, calamo exaratum, quod euolui, inter alia. *De prouincialis electione. De institutione Priorum singulorum.* Lib. 1. Nam hi sacro Sodalitio præsunt nuda temporarij Officij auctoritate, veriùs quàm Beneficij Ecclesiastici: nec priuatim suos faciunt fructus Monasticorum prædiorum. Quinimo peculiari eius Ordinis Lege cautum est ita, Lib 2. *Statim vt Prior creatus fuerit, & ad proprium Monasterium transmissus, duo Fratres eligantur depositarij, & tertius expensor, & quartus procurator, nisi prius fuerint instituti: Quo casu tolerari poterunt vsque ad primam visitationem, in qua visitatione renunciabunt suis Officiis palam in Capitulo, suorum Officiorum sigilla reddentes & instrumenta, à R. P. Prouinciali confirmandi, vel destituendi, cum Prioris assensu.* &c. Probabile necnon elicimus ab Iohanne. 22. P. argumentum reuocabilis *Priorum* Cælestinorum officij. Bullata charta 9. Kal. Maias An. 1320. quam, ad illustranda ea tempora, libet his ad verbum intexere. *Iohannes &c. Collectoribus fructuum Beneficiorum vacantium primi anni, & Subcollectoribus deputatis ab eis in Regno Siciliæ, & Italiæ &c. Pro parte Abbatis & Conuentus Monasterij S. Spiritus de Sulmona, Ordinis S. Benedicti, fuit expositum coram nobis, quòd Monasterium ipsum, cuius sanctæ memoriæ B. Petrus de Murrhone, olim Cælestinus Papa 5. fundator & principium fuit, quosdam Prioratus seu Obedientias Monasterio ipsi subiectas in diuersis locis habere dignoscitur: In quibus, Priores pro voluntate Abbatis ipsius Monasterij instituuntur, & amouentur ab illis, prout idem Abbas conspicit expedire. Vos quoque prætenditis minus veraciter, per amotionem d. Priorum à Prioratibus & Obedientiis ipsis, & aliorum institutionem in eis, Prioratus & Obedientias ipsas vacare, & propterea fructus ipsorum primi anni nobis deberi &c. Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si vt præmittitur, Priores à Prioratibus & Obedientiis prædictis pro Abbatis ipsius libito amoueantur, & instituantur in eis, Abbatem & Conuentum eosdem, & alia loca ipsorum subiecta eisdem, præmissorum prætextu nullatenus molestetis, &c.* Quod porro attinet ad titulum Prouincialis Cęlestinorum Pręfecti, statutum est nuncupatim à Clemente 6. P. nouum quemque, trieteride plena sublegi debere communibus singulorum *Priorum* sententiis. Rescripto Auenionensi, 8. Calend. Februar. An. 1344. Cui congruit autographus Liber. 1. Constitutionum Ordinis, in hunc modum. *De triennio in triennium, in principali Monasterio Capitulum Prouinciale est celebrandum, quando scilicet Prouincialis Officio suo renunciaturus est, & alius loco eius per electionem canonicam subrogandus. Vacante interim Prouincia, deuoluitur eius Administratio ad Principalis Monasterij Priorem, vel, si defuerit, ad Superiorem vel Vicarium: donec Prouinciale Capitulum congregetur, cui singuli Priores debent interesse.* Cruciferorum pariter Sectæ Monasticæ dictata Lex est Comitialium suffragationum, in cooptandis singulorum Conuentuum Magistris: Quam necdum contrarius vsus obliterauit. Ab prisca nempe Henrici Eburonum Antistitis Sanctione, edita Pridie Calend. Ianuar. Anno. 1248. Cui Innocentius 4. P. Episcopo Leodiensi munus delegarat scribendorum nouo Ordini regularium Institutorum, tali periodo. *Henricus &c. Priori & Fratribus S. Crucis, extra muros oppidi Huyensis Leodien. Diœcesis, ex institutione*

§. Monasteriis prioratibus conuentualibus. Tit. De reg. ad Prælat. nominat. In Concord.

Statuta Ordinis Cælestinorum. Lib. 1. cap. 4. De Depositariis.

Bulla, die 23. April. An. 3. Pontificatus Ioh. 22.

Petrus de Murrhone, ideo dictus, quia è claustro Benedictini Cœnobii B. Mariç de Fæsulis, ad Murrhonis montē secesserit. Huius D. Petri, Cælestinorum Auctoris Vita conscripta est à Cardinale Cameracēli, Nauarrici gymnasii Archididascalo, & Karoli 5. Regis Confessario: dein limatiùs concinnata à Fr. Dionysio Fabro, Cælestinorū Priore, impressa Lutetiæ An 1539.

Literæ Pontificiæ, apud Aueniouem, die 25. Ianuar. An. 2. Pontificat.

Principale .i. Parisiense Monasterium in Gallia. Ordo Religiosorum S. Crucis, eorúmque Priores Conuentuales sub Regula S. Augustini. Statuta Crucigerorum, à Leodiensi præsule, delegato Apostolico præscripta. Die vlt. Decēb 1248. Cuius videlicet Ordinis caput est apud Huyēse, Leodiorum oppidum.

Fratrum Prædicatorum &c. quilibet Priores canonicè eligentur, & omnes per Priorem Huyenſem tenentur confirmari, & inſtitui &c.

Bulle d'Eugene 3. An. 1149. 4. Idus Mart. *contenant les nombres des benefices reguliers dependans de l'Abbaye de la Chaiſe-Dieu,* ſcilicet Abbatia S. Sicarij Brantnenſis, Abbatia S. Michaëlis Golliacene, Abbatia S. Theodardi, Abbatia Traxinoretenſis, Abbatia S. Caſti: & apud Placentiam Prioratus quoque S. Bandilij Nemauſenſis, S. Marini Papienſis, S. Quirici ſecus Lucam, S. Treuerij vallis Tranſuerſæ, Tecladi, Partheniaci veteris Eccleſiæ S. Sepulchri &c. Prioratus Portus Dei cum Eccleſia de Lagiciaco, Prioratus de Caſtane, &c. *Auec exemption de ſuperiorité de tous Eueſques, &c. Et autres priuileges, à la charge d'vn pezant, payable chacun an au S. Siege Apoſtolic.*

Autre Bulle d'Honore 3. *de l'an* 1224. 7. Calend. Auguſt. *où il nomme encores* Prioratum S. Pauli, Prioratum de Calma, Prioratum de monte Brulonis, Prioratum S. Saluatoris, Prioratum de Bulleto, &c. *Auec pluſieurs priuileges.*

Bulle du Pape Adrian 4. *l'an* 1157. Idib. Decemb. *Autre d'Alexandre* 3. *l'an* 1178. 4. Nonas Ianuar.

8. HAVD multum ab ijs diſſidet, quod de Monaſticis Equitum Melitenſium Præfecturis Francicis definitum fuit in ſanctiore Principis Auditorio, ſextum abhinc annum. Siquidem Aquitanum Hieroſolymitanæ militiæ Primatum euicit beneficiarius Magiſtri Ordinis, pro quo Laurentius, patronus, egerat: aduerſus Regium Sacerdotij candidatum, cuius cauſam Buiſſonus orarat. Decreto 3. Kal. Februar. An. 1595. Imprimis enim liquebat publica eius Ordinis Lege, quæ olim, Petro Aubuſſone, Magiſtro, perlata eſt, *Electionem Priorum, Caſtellani Empoſtæ, & Bauliuorum, ad Magiſtrum & Concilium ordinarium pertinere.* Quò vergit etiam alia Fr. Baptiſtæ Vrſini, Principis Rhodiæ iſtius militiæ, Conſtitutio, tali ſcriptura. *Quandocunque Magiſter & Concilium ordinarium ad electionem Baiuliui Conuentualis procedent, poſtquam auditi fuerint, qui Bauliuatum more ſolito poſtulant, diſcuſſis priùs petentium moribus & virtutibus per eos, qui in Concilio aderunt, non ſeruato ordine, ſed pro arbitrio, per Magiſtrum, ante vſum Balottarum, iuramentum ſolenne ſuper Crucem habitus præſtitum de Baiuliuis, Prioribus & aſſiſtentibus in Concilio pro electione facienda recipiant, quòd virum idoneum, vtilem, dignum, atque præſtantiorem, habita, potiùs ad ſufficientiam & benemerentiam quàm ancianitatem conſideratione, Baiuliuum eligent. Et ſic per ſcrutinium Balottarum electio fieri debeat. Pariformiter Priorem Eccleſiæ, cæteroſque Priores & Baiuliuos capitulares eligi & creari præcipimus, * Linguarum emutitione, pro veteri conſuetudine ſemper reſeruata.* Subiungitur his, ſanctæ Militiæ Beneficia, à priuatis Equitibus, certum modò in tempus poſſideri, mercede condicta: eorum vero ius plenum ac poſſeſſionem liberam penes Collegium vniuerſum permanere, vt Conſtitutionibus ijſdem traditum eſt. Cap. 1. Tit. De communi Ærario. Quocirca Erricus 4. Galliæ Rex, almo Spiritu afflante, iudices cordatè præmouit, in controuerſia Aquitanici Primatus, de qua ſuprà, ne ſibi ipſi, ad Monaſticas haſce Præfecturas nominandi poteſtatem, contra fas & æquum aſſererent. Huic recidit quodammodò Pontificia Alexandri 6. Lex, ne ſacerdotia Equeſtris Rhodiorum Militiæ Antoniana Crucigerorum, vel B. Mariæ *Teutonicorum*, extraneis commendentur: ſed in eius modò Ordinis Fratres iuſto tit. conferantur Lib. ac Rubric. De Signat. grat.

De Magno Prioratu Aquitaniæ, Ordinis Hieroſolymit. *Appointlé au Conſeil.* Iudicatum die 30. Ianuar. 1595. *au Conſeil d'Eſtat.*

Statuta Ordinis Domus Hoſpitalis Hieruſalem. Tit. De electione.

Præceptorias Hieroſolymitani Ordinis Regia nominatione non conferri, oſtendim⁹ quoque, ex alijs Auctoribus, Lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 2. Art. 6. De quibus pariter, Nos Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 10. Art. 10.

* i. noui Beneficiarii per linguas ſeu Prouincias nominatione.

Ordinis S. Antonii Viennenſis, Præceptoriæ, *& des Cheualiers de l'Ordre Teutonique, de Pruſſe.*

Le Prieuré de Port-Dieu Dioceze de Limoges, dependant de l'Abbaye de la Chaiſe Dieu en Auuergne, à eſté iugé electif, & en la nomination du Roy, non collatif de l'Abbé, par Arreſt du grand Conſeil, de Septembre 1604. *pour frere Loys Preuoſt, nommé par le Roy contre l'Abbé de la Chaiſe-Dieu, interuenant auec Maiſtre Paul Hurault de l'Hoſpital Indultaire, comme ayant eſté Conſeiller de la Cour. Mais la Requeſte ciuile, & ledit Arreſt par l'Abbé & Indultaire, l'an* 1605.

Le Prieuré de noſtre Dame de Beaumont, membre de l'Abbaye de ſainct Oüen de Roüen, fondé par Robert Bertran l'an 1200. (*ſous Innocent* 3.) *comme Baron de Rocheuille, premiere Baronnie de Normandie, à ceſte charge de fundation, que aduenant vacation dudit Prieuré, les Religieux eſliroient* 3. *d'entre-eux, l'vn deſquels ſeroit opté par ledit patron. Depuis Rocheuille eſt venu par ſucceſſion aux ſeigneurs de Touteuille, à vn Comte de S. Paul puiſné de Vendoſme, & de par ſa fille Marie de Bourbon à Meſsieurs de Longueuille & Touteuille.*

9. QVIBVS ex omnibus facilè colligitur, Gallos Monarchas haud paſſim, nec in omnia *regularium* Conuentuum Sacerdotia, Nominatione vti ex Pacto Bononienſi conuento: nec, pro ſua pietate, abrogari om-

nino velle Regias priscas Francorum Sanctiones de libera Cleri electione, dignas titulo Christianissimorum. Nam Francica Lege Karoli Magni statutum est primò, de comitialibus legendi Episcopi suffragiis, in hæc verba. *Sacrorum Canonum non ignari, vt in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberiùs potiatur honore, assensum Ordini Ecclesiastico præbuimus: Vt scilicet Episcopi, per electionem Cleri & Populi, secundùm Statuta Canonum, de propria Diœcesi, remota personarum acceptione & munerum, & ob vitæ meritum, & Sapientiæ donum eligantur: vt exemplo & verbo, sibi subiectis vsquequaque prodesse valeant.* Ibi-

Lib. 1. Leg. Franc. Cap. 78.

Anno 1038. Conradus Imp. transmissis Alpibus in Italiam quam venisset, adijt B. Benedicti Cœnobium Cassinense. Vbi is prouocatus à grege Monachorum Cassinensium, vt eis Abbatem constitueret, negauit suum esse: Vos, inquit, vnum ex vestris eligite. Illis vero replicantibus, se non habere idoneum, incongruúmque asserentibus inter tot perturbationes in tanto apice quempiam sine magno vigore ac potentia ordinari, atque imo ex suis optare magnum aliquem præfici. Augustus in priori sententia perstans, Nequaquam, inquit, sed de congregatione vestra præcipue, Abbatem idoneum vobis eligite. Lib. 2. Chronici Cassinensis Cap. 66.

dem Legislator edixit, cooptandos in Cœnobiarchiam Monachos de communi cœnobitarum sententia. Cuiusmodi pia Edicta reuocauit in lucem Rex inclytæ memoriæ Ludouicus 9. promulgata Lege liberorum Comitiorum de Ecclesiasticis Præfecturis, quæ Rectorem amisissent. Et Regia quidem hæc Sanctio, lata An. 1228. exscribitur in Stylo forensi Lutetiani Senatus: quam Nos etiam recensuimus Lib. 2. FISCALIS PATRIMONII GALLORVM. Proin sancto Regi cùm facta fuisset à Pontifice summo potestas creandi instituendique Pastoris in sacra quauis Diœcesi, eóque Diploma retulisset Orator regius, qui Romam legatus, redierat in Gallias, Huic respondit ille, Quòd mea Romæ negotia ex fide obieris, laudo: quòd mihi à Pontifice munus hoc retuleris, non probo. Intelligo enim, quanto meæ priuatim, Regnique publicæ salutis discrimine, illud suscipiam. Ac protinus in ignem coniecit Romanos hosce codicillos. Id quod Broïmardus D. Ludouici Cancellarius, in eius Vita conscripsit. Fuerat namque Ludouicus à cunabulis inter Monachos enutritus: ideóque Monachum in paludamento militari, & Regia purpura egit toto vitæ curriculo, nec eò minùs fortem se, ac strenuum bello Ducem præstitit, in vnicum DEI obsequium Militia vsus. Planè Nicæna Synodus 2. irritam decreuit Episcopalis sacerdotij erogationem, seu alterius cuiusuis, profana ciuilíque auctoritate collati. Iuxta Apostolicum canonem 31. in profani Magnatis beneficiarios Antistites: qui Præsulatu sacrorum deponi iubentur, ac cœtu piorum amoueri. Eleuatur insuper Hierarchiæ dignitas magnopere apud eos Principes, à quibus illam Episcopi, ceu precariam, acceperint, aut fiduciariam. Inde Valentinianus Cæs. cùm moneret Episcopos, vt Insubrum Archipræsulem suffragijs crearent, Talem, inquit, deligite, cui quùm peccauerimus, capita nostra submittamus. Quemadmodum tripartita Historia patet, ac sumpto ex ea Canone Valentinianus. Distinct. 63. Ideóque nec Principes dedecet exhibitus sacrato Præsuli honos & obsequium. Iustiniana Epistola ad Ioannem 2. Christiani Orbis præsidem Apostolicum l. Nos reddentes honorem. Cod. de sum. Trinit. Qua etiam ratione, Sidonius Aruernorum Episcopus, Victoris, ait, Comitis deuotione præuentus, quem iure sæculari, patronum, iure Ecclesiastico filium, excolo vt cliens, vt pater diligo &c. Lib. 7. Epist. 13. Francorum certè Regum quò quisque fulsit bello clarior, ac fortunatior, eò religiosiùs curam gessit vt pro diuini Numinis amplitudine & sanctitate sancti pariter viri seligerentur ad Ecclesiasticum Ministerium: quibus nec grauaretur ipse Regios fasces substernere, quorùmque auspiciis, vel oraculis adeo, Publica cuncta gubernarentur. Atverò B. Gregorius, P. qui terrestris Angelus vocari promeruit, Dira omnia minitatur Childeberti Regno, ac Brunechildis Augustæ, quòd Ecclesiastica munera profanarent, eáque ambienti proteruiùs, nullo Cleri delectu habito, largientes, sacrilegis actionibus vitam conta-

Eiusdem Lib. Cap. 81.

In Stylo Parlamenti, Inter Ordinationes regias, Tit. de Electiòn.

Lib. 2. De Domanio Franciæ Tit. 10 Art. 2.

Hunc Broïmardum haud semel citauit R. Claudius de Sainctes, in præclaro opere De rebus Eucharistiæ controuersis

Can 3. Nicæni 2. Concilij.

Apostol. Can. 31. Ex quo, Can. si quis Episcopus 16. Quæst. 7.

Theodoriti Histor. tripartitæ. Lib. 7. cap. 8 Et Nicephori Lib. 11. cap. 32.

Principibus aliquando indultá legendorum Antistitum prærogatiuam memorat. Leo 1 P. ob schismaticorum nempe dissensiones quibus Ecclesia Dei nonnunquam concussa periclitabatur. Contra quos, fidelissimorum etiam Imperatorum Legibus frequenter munita fuit Ecclesia. Can. vota ciuium, principibus. Dist 63.

contaminarent, Regesti lib. 5. Epist. 5.6. Nam & à prima Monarchici status institutione Galliæ, mordicùs asseruerunt nostratis Ecclesiæ Proceres, solennem Clericorum vocationem ad sacras Præfecturas. Hanc sanxit Aureliana 2. Synodus, coacta An. 136. Can. 7. eiusmodi: *In ordinandis Metropolitanis, & Episcopis, antiquam institutionis formam renouamus, quam, per incuriam videmus neglectam: Itaque Metropolitanus, vel Episcopus, à comprouincialibus Clericis & populis electus, congregatis in vnum omnibus comprouincialibus Episcopis, ordinetur: vt talis (Deo propitio) ad gradum huius dignitatis accedat: per quem regula Ecclesiæ in melius aucta, plus floreat.* Consentaneam huic de sacra electione Legem statuit patrius Consessus Gallicorum Prçsulum, Aurelianensis 3. Concilij Canone 2. Quarti Can. 4. Quinti Can. 3. & 4. Quibus proximè adhæsit Cabilonensis Conuentus Franciacæ Ecclesiæ, Clodoueo 2. Rege: cuius Synodi Canone 10. hæc continentur. *Si quis Episcopus, de quacunque ciuitate, fuerit defunctus, non ab alio, nisi à comprouincialibus, Clero, & ciuibus suis, alterius noua fiat electio. Alioquin, huius ordinatio nulla censeatur.* Ac Francici dein Antistites Pipino Rege, Concilium habuerunt in Vernensi palatio cuius Can. 17. repetiêre Chalcedonensis Synodi placita, de Euangelico delectu Præfectorum Ecclesiæ, hac verborum dialecto. *Post mortem Episcopi, non liceat, Episcopatum esse sine Pastore supra tres Menses: nisi talis necessitas euenerit, vt hoc nullo modo fieri possit. Tum ad proximam Synodum Episcopus ordinetur.* Intermissum autem plusculis annis sacrarum Electionum morem restituit postliminio Augustus Galliarum Rex summo cum plausu, omniumque Ordinum commendatione, vt Historicus vates, Philippidos Lib. 8. memorat Vilhelmus Brito, Armoricus, Heroïco sequenti.

Concilium 2. Aurelianense, Anno 22. Regni Childeberti, Mense Iun 536. Ex Tomo 2. Concil. & Vincentij Speculo Lib. 23.

Cabilonense Concilium, cui Aruernum subsimile, hoc Can. 2. Placuit, vt ad factum quis Pontificii honorem conscendat electione, non paucorum fauore.

Concilium in Palatio Vernis, peractum An. 751. renouauit Chalcedonensis Canonem 24.

Philippus 2. Theodotus.

Præterea motu proprio, nullo supplicante,
Indulsit Monachis, & Clero, vt fiat ab illis
Canonico deinceps Pastorum electio ritu,
Nam Rex Anglorum ius vsurpauerat illud:
Vsqueadeo, vt solus Pastores ipse crearet.
Nam quotiens Pastore carens Prælatica Sedes,
Ciuili letho, naturaliuè vacasset,
Protinus Ecclesiæ bona cuncta vacantis, ab ipso
Vsurpata, suos conuertebantur in vsus:
Sicque Dei sponsam viduans, quantùm ipse volebat,
Cogebat placito sibi demum nubere sponso:
Istaque causa fuit alijs specialior, ob quam,
Ense trucidauit Thomam trux ille beatum,
Qui tam peruersos Ritus abolere volebat.

Angliæ Reges in Francicis suis Normaniæ & Andegauiæ ditionib. pro arbitrio dabant Episcopatus & Abbatias More suo Anglico: Donec illis Ditionibus pulsi sũt, armis Phil. Augusti.

S Thomas, Cantuariensis archiep.

Nec verò Gallus solùm auctor talem Sacrorum abusum Regibus Britanniæ Insulæ adscripsit, sed indigenæ etiam Angli sparsim, Vilhelmus Malmesburiensis cœnobita, Henricus Archidiaconus Huntindoniensis, Rogerius Houedenus, & Ingulphus Abba Croylandensis: Qui concinnatis quadringentos ante annos Regum & Pontificum suorum Annalibus enituêre. Queis consequenter, Italus Anglorum Historiographus retulit Polidorus, Erricum 1. qui Regia Sceptra assumpsisset An. 1101. sui primùm muneris beneficijque fecisse patrios Pontificatus, Cœnobiarchias, aliàque id genus Sacerdotia Insulæ suæ insigniora. Anglicarum Rer. Libr. xj. Eòdem spectat æqualis Errico, Yuonis Carnutensis Epistola 252. ad Paschalem 2. P. Vers. *Quomodo Rex Anglorum Episcopalem electionem ibi fieri non permiserit.* &c.

Malmesburiensis Monachi, De gestis Regum Anglorum Lib 5. de gestis Pontif. Angl. Lib. 4.

Huntindoniensis Lib 8. Historiarum. Houedeni Annalium Partes duæ. Ingulphi Lib. 1. Histor.

10. DE Sacrarum Electionum theoria, satis: nunc earum Praxin Gallicam repetamus. Bononiensi enim Tractatu Regiæ Francorum nominationis ad maiora Sacerdotia, demuntur ea disertè quêis antiquo Iure peculiari, eximioque Priuilegio, receptus fuerit solennium Comitiorum vsus. In his quippe Reges nostri, qui principẽ inter Ecclesię filios locũ obtinent

Arestum Magni Cõsilij, Regis, pro electione, contra nominationem Regiã die. 18. Mart. 1524. Placitum eiusdem Consilii die. 8. Nouemb. 1522.

Abbatiæ B. Petri d'Vzarches fundatio, & priuilegium eligẽdi Abbatis speciale.

sartã, tectã manere voluerũt Cleri suffragationem. Vulgato § per præmissa De reg. ad Prælat. nominat. In. Concord. Talem ideo exceptionem fauorabiliter amplexi sunt Prætoriani PATRES, ex Interdicto Vti possidetis, de Cœnobiarchia D. Petri *de Manes*, Ordinis Benedictini: Quã monacho à Socijs delecto addixerunt illi, possessoria Formula victo Regis donatario competitore. Decreto. 15. Kal. April. An. 1524. Nec diuersum ab ijsdem Iudicibus pronuntiatum fuerat sesquiãno antea, de Monastico Vsarchiæ Præsulatu, in sacra Lemouicum Diœcesi, Sexto Idus Nouẽb. An. 1522.

Arrest du Parlement de Bourdeaux du 7. iour de Septembre 1536. entre Messire Iehan de Langeas Euesque de Limoges appellant des Secrestain & Chambrier de l'Abbaye de S. Pierre d'Vsarche demandeur en excés & iniures, & deffendeur, & lesdits Religieux Officiers appellez, & le Syndic de ladite Abbaye prenant la charge pour eux, demandeurs, & deffendeurs. Veu, &c. Au principal produiront, &c. Et cependant iouira l'Euesque par prouision des droicts & possessions de creer Chancelier en la ville d'Vsarche, d'y faire publier Monitions excommunicatoires, absolutoires, & autres dans les Eglises parochiales de ladite ville, & faux-bourgs, & membres dependans de ladite Abbaye, & de iouir de la Iurisdiction spirituelle d'entre les Habitans de ladite ville, faux-bourgs, & membres, & de contraindre les Curez, ou Vicaires desdits membres, de comparoir aux Sannes par deux fois chacune annee à Limoges. Aussi de corriger les Prestres seculiers de ladite ville, &c. Bailler Tonsures & Confirmations en ladite ville, &c. Et de visiter les Eglises parochiales de ladite ville, &c. Aussi ordonne que ledit Syndic audit nom iouira du droict de n'estre visité, ensemble l'Eglise de sainct Pierre de ladicte Abbaye d'Vsarche par ledit Euesque: ne payer à luy aucunes procurations à raison dudict Monastere. Aussi iouira de la Iurisdiction spirituelle, ciuile entre les Religieux; & criminelle concernant la correction desdicts Religieux, & autres demeurans en ladicte Abbaye, en premiere instance, & des cas qui ne seront enormes & grands, & par appellation és cas permis de droict. Et les cas enormes ledict Euesque iouira. Le tout par maniere de prouision.

Hoc Ludouici Iunioris priuilegium confirmarunt Carolus 7. Octob. Mens. 1455. & Ludouicus. 11. Febr. Mense. 1466. Registratum apud Acta Biturici fori, die 4. Octob. 1471.

Abbatia d'*Aisnay* à *Lion* fũdata à Brunechilde, Sigisberti Austrasiæ Regis coniuge. An 612. Sed quæ destructa fuerat à Vãdalis tempore Eucherij Archiepiscopi Lugdunen. consecrata est a Paschali. 2. P. An. 1106. 4. Cal. Febr.

ad prouocationem quæ abusus ergò interposita erat à Procurarore Fisci. Quum enim Monasterium istud condidisset Hildegarius Lemouicum Episcopus paterno Geraldi iussu Procomitis Lemouicen. Sanxerunt Rom. Pontifices Gregorius 8. An. 1118. Eugenius 3. Kalend. Februar. An. 1145. & Alexander 3. 13. Kalend. April. An. 1180. Cœnobij Magistrum quemque legitimis Monachorum votis districtè allegendum. Nuper tamen, simili ex quæstione eius Monasterij, diuisæ sunt paribus calculis Prætoriani Consilij sententiæ. Septimo Idus Septemb. An. 1595. De hoc Vzarchiæ Monasterio, Boerius nuncupatim, Burdegalensi Decis. 260. Rursus Diui Sulpitij Mandræ Benedictinæ, apud Bituriges Cubos, permisit rex Ludouicus. 7. *Libertatem eligendi Abbates remota omni violentia, secundùm regulam S. Benedicti.* An. 1168. Vt Regiæ Chartæ verbis vtar. Sic Athanatensi cœnobio, Lugduni ad Rhodanum amnem[1], irrogatum fuit Priuilegium liberæ Electionis Monasticæ, ab Innocentio. 4. P. Lugdunensis

S. Sulpitij Monasterium Bituricen. reformatum fuit à Guillelmo Cambray, Archiepiscopo Bituricens. sub Anno. 1496. Vti Casalis benedicti Cœnobium reformatum fuerat An. 1488. auspice Petro Cadœto, Archiepiscopo Bituricens.

Indulta specialia Rom. Pontif. (de quibus obiter Rebuffus ad d. §. per præmissa) die. 9 Iunij 1531. die. 29. Iul. 1550. die 15. Non. 1586. & die 13. Iun. 1597. Vt illis nẽpe Reges Franci nominarent idoneos ad quascúnque Cathedrales & Metropolitanas Ecclesias, & Monasteria omnium Ordinum de quibus cõsistorialiter disponi consueuit. Quibus vicissim Pontificibus Rex quisque cõcessit liberas Reseruationes, gratias expectatiuas, præuentiones, & prouisiones Apostolicas, assignationes pensionum, & alia inter Britones, & Prouinciæ Comitatus ciues, non obstante earum Regionum Vnione cum Regno Franc.

Concilij præside. 15. kal. Decemb. An. 1250. Cuius seriem Priuilegij descriptam habes. Lib. 2. Historiæ Lugdunen. Cap. 104. Atquin rerum experimento compertum est, huius Præfecturam Templi Monastici, Regio munere prorsus candidatis deferri. Nam etsi pactitia Bononien. Lege reseruatum fuerit singulare quoddam Electionum ius in Monasteria nonnulla: Quotquot certè summum dehinc Pontificatum gessere, indulserunt viuo cuilibet particulatim Regi prærogatiuam hanc nuncupandi Præsulis Romano Antistiti. Expromptis in id Rescriptis Leonis. 10., Clementis. 7. An. 1531. Quinto Idus Iunias, Iulij. 3. P. An. 1550 4. Cal. Sextiles, Xysti. 5. An. 1586. 17. Cal. Decembres, ac Clementis demum Octaui. 9. Cal. Quintiles An. 1597. Quòd si his externarum Politiam Ecclesiarum admiscere liceat, Anglus scriptor perhibet Vilhelmus Malmesburiensis cœnobita, Adelmum Malmesberiæ Abbam à Sergio Pontif. libera cooptandi Æteriarchæ suffragia impetrasse nõgentos abhinc annos: Nec ideo tamen Anglos reges à profana Monasticorũ largitione Munerũ abstinuisse. Lib. 2. Nouellæ Histor. Vtut sit, ab lõgissima seculorum memoria, Franci Reges Ecclesiasticis

electionibus auctoritatem suam quadãtenus accõmodarunt. Nam præter vulgaria illa, quæ de Principis assensu in sacris quibúsque Magistratibus designandis, iactantur, Decretorum Distinct. 63. Isidori Cap. 19. & alibi passim. Rem oculis subijcit Hariulfus, Centulæ Ambianorum sacerdos cucullatus, qui Historiam Centulensis sui Cœnobij pertexuit An. 1088. *Quoniam*, inquit, *moris erat in locis Regalibus, vt nemo præficeretur absque nutu Regio, diriguntur de claustro Centulensi Fratres boni testimonij, qui Karolo Mag. virumque renuncient, & Abbatem Symphorianum mortuum, & domnum Angilbertum iam electum. Qui multo fauore annuit huic electioni, iussitque, vt maturiùs perficeretur. Et Geruinus eiusdem loci Abbas, lepra percussus An. 1071. impetrauit à Philippo. 1. Franc. Rege, vt nepos suus, quem communi Fratrum consensu elegerat, sibi subrogaretur.* Ex chirographo Codice Centulensis Historiæ lib. 4. Ac multò quidem antea, Gregorio, Turonum Archipræsule selecto, Regem legati adierunt, qui sacræ electioni auspicia, consensúmque ipsius curarent adhibendum. Ita Lugdunensis Archiepiscopus, cognomine Sacerdos, Childebertum exorauit Regem, vti suum in Archiepiscopatum successorem ferret nepotem ex fratre Nicetium, accedente eòdem Cleri vocatione solenni. Quemadmodùm refert Gregorius ille Turonen. Lib. De Vitis Patrum. Cap. 8. Principi rursus gratam acceptámque fieri electionem Præfecti Ecclesię debere, ostendit idem Gregorius, varijs rerum exemplis. Hist. lib. 3. Cap. 2. 17. Lib. 4. Cap. 7. 11. 15. 18. Tum lib. 6. Cap. 9. Lib. 7. Cap. 17. Lib. 9. Cap. 23. Secundùm hæc, D. Germanus Parisiorum Episcopus, Priuilegiarijs in suburbanam Vincentij Ædem Monasticam Literis interserit talem periodum. *Quatinus illius sancti loci honor celeberrimus, & memoria Childeberti regis glorio. è eniteat eodem in loco omnibus huius æui temporibus, habeátque Abbatem ex propria congregatione ipsa Ecclesia: Qui sub gubernatione Regum per successiones eundem locum prouideat*, &c. Duodecimo Kalend. Septemb. An. 5. Domni Chariberti regis. Quam primùm item D. Bonitus ad Cathedram Aruernorum Pastor allectus est concordibus suffragantis Cleri calculis, missi sunt ad Theodoricum Regem, qui, illi, vt sacræ ineundæ Præfecturæ auctor foret hic, studiosè procurarent. Scriptore, post antiquiores, Laurent. Surio, in Vitis Diuorum, Tomo. 1. Apud eundem, in B. Hermelando, proditum inuenimus, Fratres Antrensis Cœnobij, Hermelando Abbati subrogasse Adalfredum, Rege probante. Tomo. 2. De sanctis. Sed quid pluribus egemus testibus? re S. Consulto patefacta An. 1308. in hanc formulam. *Cùm Religiosi S. Maglorij Parisien. ad electionem Abbatis processissent, non petita, vt erat consuetum, & obtenta à Rege licentia: qui electus, obtenta confirmatione & consecratione, propria auctoritate administrationi temporalis se ingessit. Cùm Rex propter hæc facta posset ad infirmandam eius electionem processisse, tamen moto pietate & precibus Rege, quia prædicta duo facta ipse electus emendauit, mediante hac emenda, temporalitas ipsius Ecclesiæ fuit ipsi deliberata.* Denique Parisiensi. 1. Synodo Ecclesiastica, sancitur Principalis auctoritas probatióque iam peractæ electionis, sacrorum Præsulum. Interest enim Principis, infensum non habere Antistitem. Ex quo, facilè Calyxtus. 2. P. siuit Henricum. 5. Imp. sacris Germanorum Episcoporum & *Abbatum* electionibus assensum suum interponere. Apostolicis tabulis Nono Kal. Octob. An. 1122. quæ Vrspergensis Abbæ Conradi Chronico referuntur. Pari de causa, Allobrogum Duces elicuêre istud pridem à Nicolao. 5. P., ne quis ad Pontificales, Monasticasuè suarum Regionum Præfecturas subueheretur, qui illis subditus, cuiusuè cognita perspectáque fides non esset. Anastas. Germonio enarrante, Taurinensi Archidiacono, De Sacrorum Immunitatibus Lib. 3. Cap. 11. Quinetiam Maria Boleslai soror Bohemiæ Ducis, Monacha Ordinis Benedictini, impetrauit à Iohanne. 9. P. Rescriptum de iure nominandi Præsulis fratri dato. An. 897. Ex Iohanne Dubrauio Olo-

Can. 15. 16. 17. 18. Dist. 63. Item Caus. 23. Quæst 5. Cap 14. De elect. Cap. 15. De iur. patron.

Abbatiæ S Richarij res historicè tractatæ Libris. 4. ab Hariulfo illius Monacho, qui in Regno Philippi. 1. inclaruit.

Charta Priuilegij S. Germani, in Abbatiā B. Germani de Pratis, die 21. Augul. An. 569 Quæ asseruatur in Archiuis ipsius Ecclesiæ.

Sur. in B. Bonito, S. Auiti Fratre, & successore Aruern. Episcopo. De Sanctis, die. 15. Ianuar.

In vita B. Hermelandi, Antrensis Abbæ, Die. 25. Mart

Lib. Arestorum, Fol. 14. de Abbatia de S. Magloire.

Parisien 1 Concil. Cap. 8 De quo, in Can 5. Distinct 63.

Bulla Calyxti. 2. die. 23. Septemb. An 1122. ad verbum recitata Lib 2. Doman. Franc. Tit. 10. Art. 7.

Sabaudiæ Duces.

Le Roy Henry 2. par sa Patente du 29. d'Octobre 1553. & du 18. d'Auril precedant, Verifiée au Parlement de Bretagne à Nantes le 4. de Iannier aud. an, declare que le Pape Iules 3. luy auoit liberalement octroyé la confirmation des Indults que auoient les predecesseurs Ducs de Sauoye Princes de Piedmont de nommer & presenter aux benefices consistoriaux desd. Pays, auec autres graces contenuës esdicts Indults. A raison dequoy ledit Roy respectiuement accorde audit Pape, toute prerogatiue & ses facultez anciennes sur les benefices de son obedience siz en Bretagne & Prouence.

muzensi episcopo, Bohemicæ Hist. lib. 6. Ponamus autem, Gallos reges, nedum Pontifices Max., liberam Cœnobiarchæ electionem Monachis vniuersim permisisse: Qualem Ludouicus. 12. Belbrancheo, Cenomaniæ, Monasterio Cisterciensi reliquit, Diplomate Nouemb. Mens. An. 1498. iuxta Alexandri. 3. Priuilegium, Sextilis Mens. An. 1165. & posterorum Rom. Pont. Haud ideo certè Princeps antiquum ius à se abdicauit auctoritatis, consensúsve electioni præstãdi. Quippe quùm hodie etiam, abrogato Electionis canonicæ ritu, Rex purè onerat Pontifici nouum Bel-branchei cœnobij Magistrum, ad hoc admittendum, comprobandum.

Abbatia *de Belle brãche*, Ordinis Cisterc.

11. VIRGINEA Cœnobia, *Concordati* Lege, non adstringuntur regiæ Nominationi. Vt edocuimus alibi, & ritè decisum fuit à Prætoriano Senatu postridie Idus Octobres An. 1573. secundùm electam Monasterij Antistitã Rubeimontis, Benedictini Ordinis, in Lingonensi diœcesi: contra designatam à Rege Præfectam ei Monasticæ Casæ. Diuersum tamen hodierno Vsu receptum est, quem Principalis iussus Errici. 3. Vsum inuexit, Actis consignatus Prætoriani Consilij Mens. Decemb. An. 1578. Sed cum ipsum benignè interpretati sunt Iudices, ex animo sensúque Principis, non habere locum in muliebribus, Franciscanæ Sectæ, Monasterijs. Quanquam enim horum Magistræ, titulo decorantur Abbatum fœminarum, communibúsque nunc fruuntur possessionibus, parando victui idoneis: Haud propterea vtique à Franciscanis Constitutionibus desciuêre, quæ singulis proprium quiduis abnuerint rerum profanarum. Nil quippe Monastica Antistes sibi peculiare sumit ex communi fundorum Ecclesiæ prouentu ac reditu: Verùm annui & ordinarij illorum fructus communem in Mensam Conuentus haud dubiè inferuntur, insumuntur. Seraphicæ nimirum Religionis Annales tradunt, B. Franciscum, Assisiatem, natali in oppido instituisse An. 1212. similem inter mulieres Ordinem Monasticum: quem, sexennio antea, futurum, cœlesti Flamine prædixerat, dum B. Damiani Phanum feruido piæ Mentis æstu instauraret. Cuiusmodi Monialium Ordinem Innocentius. 3. & Alexander. 4. probarunt, Minorúmque Ordini submissum voluêre. D. Clara, virgo Assisiates, fœmineum Conuentum auspicata est *pauperum Dominarum*, quæ nihilò plus communiter, quàm priuatim, vulgarium opum possidebant. Inde Coletani, à B. Coleta originem ducunt, S. Claræ Monacha, Burgunda: Quæ, Benedicto. 13. P. præsente & auspice, Regulam, Niciæ professa, varias extruxit Sanctimonialium Cellas, votiua paupertate stipem emendicantium. Ast longa pòst ætatum serie, indecorum Sexui visum, Franciscanas Virgines compitatim ac hostiatim vagari, diurnam Annonam quæritantes. Eóque promiscuum in victum ac cultum ipsarum collatæ sunt vndique sensim profanæ facultates, non verò in rem Magistræ Conuentus peculiarem ac familiarem. Id quod pluribus adstruxit Francis. Marcus, Delphinatium Senator, de secundo Franciscanorum Ordine S. Claræ, bonorum possessore communium, nec cuiusquam priuatorum. Decis. Gratianopolitana. 965. Parte. 1. Post Gloz. Clement. cùm ex eo De senten. excommun. Quare Petragoricam B. Claræ Cœnobiarchiam Prætoriani PATRES adiudicarunt Monasticis lectæ sententijs Cœnobitæ puellæ. Extemporaneo Decreto in causis agendis. 15. Kalend. Februar. An. 1595. pro Gaspare *de Salefault*, in Mariam *de Nesmond*, à Rege nuncupatam Sedi Romanæ. Huic adplicatur S. C. alterum, ex scripto factum Pridie Kalend. Octobres An. 1599. secundùm Franciscam *de Montegut*, quæ suffragijs vocata fuerat ad muliebrem Præsulatum Cœnobiticæ domus *de Leuignac*, Tholosatibus finitimæ: summota eo Munere Anna *de Polostrun*, quæ nominationi Principis innitebatur. Nec desunt quoque Rerum Iudicatarum exempla, in fœmineos Ordinis Conuentus B. Dominici, Calaguritani. Apud Aquas Sextias, Massiliensis Prouinciæ, Monasticum est Nazarethi Fanum, Vestalium Dominicani Ordinis, D. Bartholomeo sacratum: Quod Galli Reges fundarunt, Prouinciæ scilicet Comitum successores.

Doman. Franc. Lib. 2. Tit. 10. Art. vlt.

Placitum Magni Cõsilij die 16. Octob. 1573. inter Sororem Mariã *de Castres*, cõquerentem pro Abbatia B. Mariæ de *Ruegemon*: & appellantem ab electione ceu ab abusu: Et Soror. Ludouicã *d'Amencourt* electam, opponentem, & intimatam.

Frãciscanç huius Historiæ concinnator, Petrus Rodulphius, Tossinianensis, Franciscanus Conuentualis, magnæ Domus Venetiarũ Prælector. An. 1586.

Secundus Ordo S. Francisci, nempè Minorissarum, aut S. Damiani, aut Coletanarum, alias Ordinis S. Claræ. Cuius tres sunt Regulæ, a Gregorio 9. Innocentio. 4. & Vrbano. 4. confirmatæ. Ex Steph. Brullefero, scriptore Fundamẽti seu Firmamenti. 3. Ordinum S. Francisci.

Arestum Magni Cõsilij die 18. Ianuar. 1595. de Abbatia S. Claræ, *lez Perigueux*. Alterum eius Consilij Placitum die vlt Septemb. 1599. de Abbatia *de Leuignac* prope Tholosam, pro Electa, & confirmata à Prouinciali Cordigerorum. Dn Lasnieto, Consiliario, litis relatore.

Abbatia D Bartholomei *de Nazareth*, Ordinis Iacobino-

Nec eò secius, Francisca Foresta, quæ comitialibus Sodalium votis assumpta fuerat ad cœnobiarchiam, iudicio obtinuit Prætoriani Senatus: nequicquam renitente Margareta Stephana, ab Rege designata Pontifici, eo titulo honestanda. Ex forensi controuersia, quam Lasnerius Senator collegis suis recensebat, Septemb. Luce vlt. An. 1599. Rursus in conflictu duarum à Principe nominatarum puellari Cœnobiarchiæ, potior habetur quæ communibus Monacharum calculis allecta sit, tametsi posteriùs à Rege nuncupata Antistiti summo, quàm altera Monastici Sacerdotij competitrix. Apostolicis enim Virginei Monasterij collationibus attexitur vsquequaque vulgata Clausula, DVMMODÒ CONSENSVS MAIORIS PARTIS MONIALIVM ACCEDAT. Cui sacrarum Electionum Ritui, vocationíque Almi Spiritus, in ambiguis, fauere decet Christianos piósque Magistratus. Quod Regij etiam Prætorij Senatores religiosè obseruarunt, cùm ex Interdicto possessionem addixêre fœminei Cœnobij Monstroliensis, Margaretæ *de Faydatis*, Principis candidatæ, simul & à Sodalibus lectæ: deuicta Margareta *de Billy*, quæ vt regia Nominatione illam anteuerterat, ita Monastici Conuentus sententijs ab ea superabatur. Aresto prolato Kalend. Martijs An. 1583. Insigniora enim huiusmodi Sacerdotia Gallica, queîs Regia nominatione Præsules designandi, proponuntur ab aliquo litigatorum, haud alium sortiuntur Iudicem, quàm Consilij Prætoriani Consessum. Trino Edicto, Francisci. 1. decimo Kal. Sextiles, & postridie Nonas Septembres An. 1527. Tum Henrici filij, An. 1552. Mens. Septemb. Quam quidem Errici 2. Constitutionem Prætorianus Senatus promulgari iussit Quinto Nonas Octobres subsequentes.

rum, à *Ayx en Prouence*, adiudicata est Electæ, contra Nominatariam Regis.

Decretum Magni Consilij die. 1. Mart. An. 1583. de Abbatia B. Mariæ *de Montreul*, Laudunensis diœcesis.

Beneficia Consistorialia, antiquitus electiua, nunc Regiæ nominationi obnoxia, à Magno Consilio dijudicantur.

Edictis die 23. Iulij, & 6. Septemb. An. 1527. Publicátæ Edicta Cõsilio Mag. die. 3. Octob 1552.

Bulla Nicolai 5. P. Nonis Martijs An. 1447. statuit quod Monialium Abbatissæ non nisi ad triennium eligantur, illasque à maiori Monialium parte factas, Canonicè electas declarat. Vbi loquitur nominatim de Sororibus Ordinis S. Claræ, siue S. Damiani, vel Minorissarum.

12. PRÆTER hæc, Almæ Triadis Ministri in redimẽdis captiuis, Cœnobisæ, immunes sunt legéque soluti regiæ Nominationis ad Monasticos Præsulatus. Errici 2. Diplomate Principali, 3. Kalend. Apriles An. 1557. Quod Franciscus. 2. diploma ratum esse iussit posteriori Rescripto Mart. Mens. An. 1559. Postmodùm etiam Regijs Literis subscripsit Romanus Christiani Orbis Antistes Pius. 5. Bullata charta postridie Nonas Sextiles An. 1571. quæ in Parisien. Curiæ Tabularium regesta est decimo septimo Kalend. Apriles An. 1573. Tali autem Immunitati Regiarum nominationum triplex subdi ratio potest. Prima, quòd huius Ministeria Ordinis, seu *Prioratus*, pia sint Hospitia veriùs, quàm Ecclesiastica beneficia. Quippe quùm Regulari norma eius Familiæ ita caueatur. *Singulis noctibus, ad minus, in Hospitali coram pauperibus, pro statu & pace S. Rom. Eccles., & totius Christianitatis, & pro benefactoribus communis fiat oratio. Item cura Hospitum & Pauperum omnium, euntium & redeuntium, vni de discretioribus Fratribus iniungatur, qui audiat eos, & vt expedire viderit, charitatis solatium administret.* Cuiusmodi Xenodochijs, publicisq; inopum Diuersorijs Præfecti, minimè nuncupantur à Rege Pontifici Max., nec, quasi Sacerdotiorum, collationem petunt à diœcesano Præsule. Ex Concilio Viennæ ad Rhodanum celebrato, in Clement. 2. De relig. domib. Et Clem. per literas De præben. Felin. ad Cap. de quarta. Tit. De præscript. In Antiq. Altera ratio huic affinis sumitur ex alia Ordinis Regula istiusmodi. *Omnes res, vndecunque licitè veniant, in tres partes diuidantur æquales: & inquantùm duæ partes sufficiunt, exequantur ex illis opera misericordiæ, cum sui ipsorum, & eis necessariò famulantium moderata sustentatione: Tertia verò pars reseruetur ad redemptionem captiuorum, qui sunt incarcerati pro fide Christi à paganis, vel dato pretio rationabili pro redẽptione ipsorum, vel pro redemptione paganorum captiuorum: vt postea rationabili commutatione redimatur Christianus pro pagano.* Vnde elicias, Cœnobij cuiusq; Magistrũ seu Ministrũ potiùs vulgò dictum, omnia habere cũ Sodalitio communia, nec,

Fratres Mathurini, Ordinis S. Trinitatis de Redemptione captiuorum, cum suis Ministrationibus monasticarum domûm, quæ propriè Beneficia conuentualia non sunt, sed Administrationes simplices merè electiuæ. Vt diximus Lib 1. Doman. Franc. Tit. 10 Art 12.

Patentes die. 30. Mart. 1557. à Papa adprobatæ die 6. Aug. 1571 Et à Curia Parisien Bullam publicâte die. 16. Mart. 1573.

Hospitalia tamẽ, quę conceduntur in titulum, veniunt nomine Beneficij. Clem. vn. & ibi glo. De rer. permut. Cap. vn. De eo qui mitt. in possess. Rebuffus plenissimè in Tract. Nomina. Quir. 15. Num. 13.

Ordinem hunc S. Trinitatis auspicati sunt Iohan. de Matha, & Fœlix Anachoreta, apud Ceruum frigidum, agri Meldensis, in Eremo Ille 1. Minister generalis, Romæ sepultus est in Ecclesia S. Thomæ & S.

Michael de Formis, sita in monte Cælio, An. 1113. Hic autem Româ ad Ceruũ frigidum rediit. Innocentio 3. P. qui Ordinem confirmarat. 15. Kal. Ianuar. An. 1197. De quo, Gaguinus, Fran. Hist lib. 6. & Polid. Virgil. Lib. 7. Cap. 3. de Inuentor. rer.

fructuarij instar Beneficiarij, profanos Templi reditus priuatim dispensare. Quemadmodùm de aliis Monasticæ Ecclesiæ Rectoribus suprascriptũ est, in quibus, Principalis nominatio nullum sibi locum vindicarit. Postremò, Regulari illa Constitutione sancitum est, cœnobitam electione sic prouehi ad Conuentus Magisteriũ seu Ministerium, vt deponi & abdicari potestate queat: Longè secus, ac de perpetuis Sacerdotiis, quibus Rex Præfectos designat Apostolicæ Sedi, lege statutum fuit Pacti Bononiensis An. 1516. Tenorem Monasticæ Constitutionis sic habeto. *Maior Minister, si pro excessibus suis corrigendus vel deponendus fuerit, per 4. vel 5. Ministros eiusdem Ordinis magis religiosos hoc fiat: qui tamen auctoritate generalis Capituli ad hoc eligi debent. Minister verò, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem Ministrum, conuocatis 3. vel 4. Ministris minoribus, si commodè infra 3. dietas à loco possint inueniri, sin minus, assumptis secum 3. vel 4. Fratribus eiusdem Ordinis, de eorum consilio & assensu deponatur, & alius dignus loco eius subrogetur.* Tales veró Cœnobiticas Regulas, quæ à Fœlice Anachoreta, primo in Gallia Ministro, proditæ sunt, constabiliêre Episcopus Parisiorum Reginaldus, Robertus, D. Victoris, & Theobaldus, B. Genouefes, cœnobiarchæ, in id selecti ab Vrbano. 4. Pont. Max. Authenticis tabulis 3. Idus Decemb. An. 1263. queis, Vrbani successor Clemens 4. prædictæque Ordinis Regulę, auctoritatem suam accommodauit Septimo Idus Decembres. An. 1267. & 1269. Planè *Statuta* monasticę huius Sectæ emendata sunt in celebrioribus Comitiis, auspice Ioh. Halboudo, Trecensi, Ordinis principe An. 1429. Ea rursus, frequenti Conuentu totius Familiæ, recognita sunt, restitutáque 13. Kal. Maias An. 1573. Curante ac rem promouente Fr. Iacobo Burgesio, in Belgica, Conuordię Ministro. Atque hic adeo typis mandauit Regulam & Constitutiones sui Ordinis: cum Formula Reformationis, ad præscriptum Tridentinæ Synodi œcumenicæ, excerpta è sacrorum Conciliorum decretis, & S.S. Patrum elogijs. Quam vtique censoriam Formulam, coactis, apud Ceruum Frigidum primoribus cœnobitis, seruari præcepit Bernardus Metensis, vniuersæ Antistes Familię An. 1586. Itaque, vt sacrosanctas repetam Ministrorum Ordinis electiones, Monumenta testantur Lutetianæ Ædis Mathurini, Fr. Stephanum Menilium, qui huius Fani Ministerio præfuerat, Diplomate venatum fuisse Ordinis Præsulatum, spreto canonicæ Suffragationis ritu solenni. 1414. Sed is paulò post, in medio Fratrum Cœtu panegyrico, sede exturbatus est à Regio Officiali, Principis iussum exequente. An. 1415. Nec ita dudum, Philip. Molitor à Theobaldo patruo extorsit gratiosam supremi Magistratus Ordinis, quo iste fungebatur, eiurationem, subindeque eiuratum Sacerdotium Romanis Codicillis impetrauit. Alius verò suffragijs cooptatus est Monasticis, An. 1546. Maio Mense. Exin ab electione ista, ceu ex abusu, Codicillaris ille Magistratus appellauit supremam Curiam Parisiorum. At perspecto confestim sacræ Familiæ Tabulario, de iure legendi Magistratus eiusce, agnouit errorem Prouocator ipse, & à prouocatoria lite illicò destitit. Hunc demum Trisagiæ Diuinitati sacrum Ordinem, qui Redemptioni captiuorum incumbit, extulisse videntur imprimis Diui Thomas Aquinas, & Antonius Florentiæ Præsul, quum censerent Monasticam Religionem, quæ liberandis captiuis operam daret, alia præstantiorem esse, quæ excipiendis Hospitio viatoribus animum adiiceret.

Statuta & Regulę Ordinis Mathurinorũ, seu S. Trinitatis, de Redemptione captiuorum.

Chiefs d'Ordre religieux, qui sont en France Cluny, Cisteaux, Chartreux, Premonstré, Val des choux, S. Anthoine de Viennois, Mathurins, Val des escoliers de S. Ruff en Dauphiné, de la Charité sur le fleuue de Roignon vers Chaalons en Champagne.

Apostolicæ literæ die. 21. Decemb. An. 2. Pontificat. Vrbani Et Bulla Clementis. 4. Die 7. Decembr. An 1267. An. 3. Pontific.

Reformatio Statutorum in Capitulo generali. Die 19. April. An. 1573. Burgesius, Prouincialis Picardiæ, Minister in Domo Conuordiensi.

Steph. le Menilly, Theologus doctor, Rescriptũ Papæ obtinuit collatorium Generalatus Ordinis, ex eoque Generalem se nominauit.

Generalis Minister Ordinis electus, non eget confirmatione Papæ, nec alterius. Ideo eius Ministerij resignatio fieri, nisi coram Electoribus, non potest.

D. Thom. Summæ 2 Parte 2. Quæst. 188. Art. 6. & B. Antoninus, Summar. Tomo 3. tit. 16. §. 2.

Cisteaux.

13. Cistercienses itidem sacerdotes cucullati iure prędi ti sunt eximio deligendorum in Comitijs *Abbatum*. Rescripto Gregorij 9. ita concepto. *Ne vllus Episcopus, aut quilibet, cuiuscunque dignitatis, aut præeminentiæ existat, regularem electionem Abbatum ipsius Ordinis impediat, aut in ea quomodolibet se ingerat.* Queîs adstipulantur etiam posterorum diplomata Pontif. Roman. Pij. 2. Xysti. 4. & Innocentij 8. in hanc sententiam. *Perpetuis futuris temporibus, nulli, Apostolica, vel alia quauis auctoritate Potestatis, aut alii, eiusdem Ordinis Monasteriis vacantibus, vel vacaturis, in Abbates præficiantur, nisi per eosdem Patres Abbates & Conuentus ipsorum Monasteriorum, ad quos*

eorundem Abbatum electio pertinet. Quum autem sæculi Clericis Monastica hæc Sacerdotia commendari cœpissent, Ludouico .xi. Rege, questi sunt de eo grauissimé Ordinis Antesignani, in medio Francici Popul. Congressu apud Turonas: Ac regios subinde Codicillos impetrarunt Nouemb. Mens. Ann. 1483. Quibus Codicillis sæculares Cisterciensium Cœnobiorum Fiduciç abrogantur, nec alij in posterum, quàm qui suffragatorum puncta Sodalium retulerint cœnobitæ, habiles fiunt ad Cistercienses Præfecturas obeundas. Verùm Edicto Blesensi An. 1579. soli eximuntur nominatione Regia Cœnobiarchæ Ordinis Coriphæi, ac Vallisscholarium Antistites primarij. Vt à nobis demonstratum est Lib. REI DOMINICAE GALLORVM. Isti quidem Vallisscholarium Sodalitio, quod Augustiniana norma regitur, initium dedere Lutetiani quatuor Theosophiæ professores, Vilhelmus, Ricardus, Euerardus, & Manasses An. 1201. cœlitus inspirato eorum discessu abditam in Vallem Campaniæ Belgicæ, Lingonas versùs. Queîs socium pariter se Fridericus, Catalaunen. Episcopus adiunxit: Nec longé post, Ordinem probarunt diœcesanus Lingonum Præsul An. 1203. & Honorius 3. R. P. Nonis Martiis An. 1218. Ast mutatis dehinc à Religiosa Familia sedibus, translatisque propinquam in Vallem salubriorem, ad Chaumontium Campaniæ oppidum, nomen huic inditum est Vallisscholarium, Anno 1234. Continua posthæc temporum serie, Qui matrici huic Casæ Dei præfuêre, *Priores* modò sunt dicti, non *Abbates*. Bullatis Honorii 4. tabulis, Iohannis 22. Pij. 2. ac Pauli. 4. qui anteriores recensuit Quarto Kalendas Iunias An. 1469. Vnde nec inferiorum Cellularum monasticarum Præfectos nominarunt Reges summo Ecclesiæ Antistiti: donec Paulus 3. P. maiorem illum Primatum illustriori Cœnobiarchiæ titulo ornarit, auxerit: Diplomate luculento. 3. Idus Maias An. 1539. Proinde nec æquum videbatur specie ipsa prima, *Concordati* lege obstringi Sacerdotia eius Familiæ, quæ nudo tum *Prioratui* subiacebant, non, Cœnobiarchiæ. Quibus accedit, Cœnobitas id genus proprio singularique iure suffultos esse legendi sacri Magistratus sui. Apostolicis Pauli 2. codicillis præd. in hæc verba. *Prior Monasterij, seu Prior conuentualis Vallisscholarium, qui Maior seu Caput Ordinis est, curam animarum Fratrum Religiosorum Ordinis habeat: & vacante aliquo Prioratu, Fratribus Priorem inibi eligendi licentiam concedat, & electionem confirmandi vel infirmandi Prior generalis habeat potestatem. Quodque, vacante eodem Vallisscholarium Prioratu, tres primi Priores D. Ordinis licentiam concedant eligendi, & electionem confirmandi vel infirmandi habeant potestatem.* &c. Nihilo tamen seciús, ex controuersa nuper electione Præfecti Ædis Catharinæ, eius Ordinis, succubuit electus, obtinuitque nominatus à Principe. Decreto Prætoriani Consilij, Iunio Mens. An. 1594. secundùm N. Boulongneum, Regis beneficiariũ: aduersus Fr. Gottofred. Hardyum, qui Monasticis suffragijs causam suam tutabatur. Dn. Laniero, litis eo in Senatu expositore. Sic Aquitan, Annales ferunt, Pictonico B. Cypriani Cœnobio irrogatum deligendi Abbç priuilegium peculiare à Gregorio 7. P. Annum circiter 1074. Idemque Benedictino Quincei Monasterio concessum à Diœcesano Pictonum Antistite Ysamberto. Circa annum 1080. Nec eò minùs, Reges hodie, vacuis possessore Cœnobiis, nuncupant Rom. Pontifici Cœnobiarchas. Dicam obiter, monasticum illud B. Catharinæ Phanum, à D. Ludouico conditum fuisse An. 1229. ceu Monumentum ære perennius, Victoriæ aui Regis Philippi 2. Quam, ad Bouinas Flandriæ Pagum, de Otthone Cæsar. & Ferdinando Flandrorum Comite reportarat. Anno 1214.

14. PLANE Francicus Clerus supplex poposcit ab Errico 3. rege, priscas suas Episcopali cuique, & Monastico Templo electiones restitui: Oratoribus vicissim, Arnaldo Pontaco, Vasatum pontifice 5. Nonas Iulias Anno 1579. & Briocensi Armoricarum Episcopo, 13. Cal Decemb. An. 1585. Quorum, Ecclesiæque adeo supplex Libellus ad Principem, fuit deinceps

Literæ patentes, in Senatu verificatæ die xi. Mart. An. 1483.

Abbatia caput Ordinis Cistercien, & 4. filiæ præcipuæ.

Abbatia du *Val des Escoliers.*

Tit 10. art. 4.

Ordo Vallisscholarium, sub regula S. Augustini.

Bulla Honorij 3. cõfirmatrix Ordinis Vallisscholarium, die 7. Mart. An. 3. põtific.

Põtificiæ literæ pauli 2. Die 29. Maij Anno 1469.

Pauli 3. Rescriptum die 13. Maii An. 1539. de Abbatiæ nomine imposito Vallisscholarium matrici Ædi monasticæ, Prioratui antea dicto.

Arestũ *Magni* Cõsilij pro Nominatione regia Prioris S. Catharinæ Vallisscholarium, in Vrbe Paris.

Abbatia S. Cypriani, in suburbiis Pictauẽsibus exædificata à Froterio Pictonum Episcopo: qui ibidẽ, positis Benedictinis monachis, sepultus est. sub Ann. 928. Ex Aquitan. Annal. Parte 2.

Abbatia S Benedicti *de Quincay pres Poictiers.*

Ecclesia S. Catharinæ Vallisscholarium Lutetiæ, fundata rogatu Seruientium Equestrium D. Ludouici *Sergens d'armes.*

Remonstrãces au Roy par le Clergé de France die 3. Iulij an. 1579 & 16 Nou. 1585. Ex lib. Gallico *des Remonstrances du Clergé.*

consignatus posterorum memoriæ. Obducto enim regiæ Nominationis velo, *seculares* promiscuè Clerici *regularia* aucupantur Sacerdotia in dies: & hæc præterea, graui nummorum in profanos Magnates pensione annua onerantur. Tali sanè pessimo Ecclesiæ veneno causam præbuit secularis Monasticorum Beneficiorum Fiducia, peruulgata apud Gallos. Quam, Vrbani 6. ac Bonifacij 9. temporibus introductam, Commendationem sacrorum Munerum perpetuam sectatus est Paulus 2. Christianæ Ecclesiæ præses. Nam postridie eius diei, quo Pontificiam tiaram sumpsit hic, à Cardinali Portuensi admonitus est, ne id vitium latiùs serpere in Europa sineret. Pauli verò ea tum vox fuit, Monasteria 500. & ampliùs, à Pontificatu Calyxti 3. in eam diem commendata Clericis, nulla deuinctis Regula peculiari. Ex Iacobi Papiensis Epistola ad Franciscum Spinulam, quæ extat. Nec ita diu à Pauli 2. obitu, indictis Turonas Galliæ Ordinibus, expostularunt Sacerdotes, frequente Pop. cœtu, Monasticas Præfecturas, seculi Clericis commẽdari Fiduciaria l. An. 1483. Antea necnon Clem. 5. P. Gallus, exhorruisse legitur cõtractas eiusmodi Fiducias Episcopatuum, ac Cœnobiorũ Cap 2. De prębend. In Extrauag. cõmun. Frãcica autẽ superior Ætas vnum tulisse perhibetur, fiduciariũ, apud Lemouices, cœnobiarchã, Aymericum Ann. 950. In Fragmento Aquitan. Hist. Is enim primus, nulli addictus Voto, *Abba* salutatur: qui postremis tamen vitæ annis, stimulante facti conscientia, Monasticum institutum professus est. Ludouicus quippe Rex (Simplicis Caroli auus) eiipsi, cuius offensionem metuebat, Cœnobiarchiam commisit B. Martialis, Lemouicensis, ea cautione sacramentóque dicto vt Cœnobiticam togam ritusque viuendi complecteretur. In Britannia pariter Insula, Erricus 2. rex, custodiæ titulo Cœnobium dedit Abendonium Gottofredo, S. Asafi Ecclesiæ Præsuli, donec Episcopalem in sedem, quam deserere coactus fuerat, restitueretur. Anno 1175 Sicuti Anglica Rogeri Houedeni Historia testatum est, Parte posteriori. Cæterum ex perpetua monastici Beneficij Commendatione in Clericos seculi, manarunt sensim fiduciarij, seu veriùs clitellarij Custodes alienorum Sacerdotiorum, in gratiam Procerum & Equitum: Qualis Depositi vnicum apud Græcos exemplum spectatur, (Zonaræ Annalium Tomo 3.) de sacratissima Constantinopoleos Dignitate perdiu adseruata impuberi filio Thracij Imperat. captato alterius personati nomine. Extincto nimirum Stephano Amaseno, qui Bizantiorum Pręsulatum triennio occuparat, successit Trypho monachus pacta conditione, vt intra certum tempus Theophylacto Romani Lacapeni Cæsaris filio, puero adhuc, cederet tali Pontificatu. Verùm, & in Latina Francorum Hierarchia, Satrapæ dum Symonicam velare cupiunt taciti fideicommissi notam Sacerdotiorum, in aliam impingunt. Hi quippe à Clerico, cui sacrum Munus commendatur, graue æs annuum stipulantur, PENSIONIS titulo: qualem pia veterum Disciplina minimè nouit. Leuitici enim Lege, quod semel Numini sacratum fuerit, SANCTVM SANCTORVM sit DOMINO: quod semel DEO dicatum sit, ad humanos denuo vsus non est transferendum. Ob id quoque, Turonica Galliæ Synodo 4. vetatur sectio partitióque Beneficiorum Ecclesiæ Cap. maioribus Cap. vacante De pręben. In summa Francicus Clerus Expostulationem publicam edidit in Beneficiarias pensiones annuas, profanis Dynastis adscriptas, & in viles adeo symonicæ Fiduciæ reos. Vndecimo Calend. Ianuarias An. sesquimillesi. 79. Multò etiam antea, in Equestri monastico Ordine D. Iohannis Baptist. Hierosolymitano, sancitum fuit à Frat. Claudio *de la Sengle*, eius Militiæ Præfecto, *Vt nullus pensionem super Commendis constituere possit, præter Magistrum, & eos, quibus per Capitulum generale nominatim & in specie id concessum fuerit: Nec pensio dari poterit de Commenda, de qua membrum, vel alia pensio alicui data fuerit.* Rubr. *De Commendis.* Exin Prouinciali quolibet Sacerdotij Gallici Concilio decretum est, summissis precibus agi cum Principe Christianissimo, vt quoúsque liberas electiones relinquat Ecclesiæ, nullum designet

Commendæ seculares Regularium beneficiorum.

Status Regni, apud Turones, conuocati.

In Appendice Aimoyni, Libr 5. citantur Nobiles laici Monasteriorum possessores, & Equites auratí, Abbatum titulis se iactantes, quique suas vices gerentibus solum Decani vocabulum relinquebant.

Rogeri de Houedem, Historia Anglica perducta ad Annum 1200 recens impressa cùm aliis Londini, Anno 1596.

Confidentiarii beneficiorum Ecclesiæ.

Archiepiscopatus Constantinopolit.

Pensiones Beneficiorum pro Laicis.

Turonicum Concilium 4. Præside Alexandro 3. P. An. 1164.

In Volumine gallico *Des Remonstrances du Clergé &c.* Die 22. Decembris 1579.

Statutum Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani.

Diœceſum Præſulem, aut Cœnobiorum, niſi ſacerdotem, & quantùm fieri poſſit, religioſum: Rurſus nè ſinat, de talium reditu Dignitatum ſacrarum nummarias penſitationes annuas profanis viris aut mulieribus adſignari, Rothomagenſi Neuſtriæ in Conuentu Eccleſiaſtico Ann. 1581. ac Burdigalenſi Vaſconum An. 1583. Longè quidem modeſtius illud, quàm quod, apud Bohemos, Decanus & Collegium canonicorum Olomucenſis Fani Pontificalis egere, propugnanda ſua Epiſcopi Vilhelmi electione: in VVenceſlaum Bohemię regem, qui ei Cathedræ Frideberkum vi maiore obtruſerat, præpoſuerat. An. 1241. Septenni quippe exilio ſpontaneo, Templi Sodales, Romæ proſecuti ſunt liberalem cauſam ſuam, & Eccleſiaſticæ ius ſuffragationis mordicus defenderunt. Donec in Brunonem Schœneberckum vnanimi voto conſenſum fuit, cedente iuri ſuo apud Hadrianum 4. P. Vilhelmo, qui Comitialibus Canonicorum ſententiis ad Epiſcopatum allectus fuerat. Ex Iohan. Dubrauij Catalogo Omolucenſium Epiſcopor. In calce Bohemicæ Annal. Audio ſanè, Belgas monachos, Hiſpanici imperij, ea formula ſibi cooptare Cœnobiarcham quemque ſuffragijs conſueuiſſe, vt è tribus, quos in demortui vicem *Abbæ* ſublectos, Principi obtulerint, quem aſſumptum maluerit, eum hic deſignet, iubeatque monaſtica Præfectura fungi. Nec diuerſum Henricus 4. Rex noſter verè pius indulſit pridem Fulienſibus, Ciſtercien. Sectæ, cœnobitis; vti ex tribus vnum, Sodalitij ſui Magiſtrum deligerent: ſalua Principis auctoritate, & prærogatiua vnius ex ijs ſibi nuncupatis admittendi, quem duxerit reliquis duobus anteponendum. Vt alio opere admonuimus. Quòd ſi antiqui Gallię Reges, poſt ſolennia huiuſmodi Eccleſiæ comitia,

Concilia prouincialia *de Rouen & de Bourdeaux.*

Bohemici Cleri ius eligendorum Præſulum.

Flandricæ Abbatiæ.

Il y a outre le Conuẽt des Fueillans de Paris, vn Conuent desd. Fueillans en Normãdie, vn autre en la Baronnie ou Duché de Rayx en Bretagne, autre vers Tholoſe, autre vers Bordeaux.

Depuis par nouuelles Patentes du Roy en Feurier 1600. verifiées au Parlement de Tholoſe le dernier May aud. an, l'eſlection pure eſt accordée auſd. Fueillans de leur Abbé des Fueillant, ſans option ne gratification du Roy, à la charge que l'eſleu Abbé ſeroit ſeulement triennal en ceſte congregation reformée Fueillantine, comme en celle de Chezanbenoiſt l'Abbé eſt triennal. Suyuant leſquelles Patentes y a Bulle de Clement 8. de pareil droit d'eſlection d'Abbez triennaux des Monaſteres Fueillantins, apres le decez de Frere .... de S. Mor à preſent Abbé des Fueillans, lad. Bulle du 4. May l'an 1602. laquelle Abbaye des Fueillans eſt au dioceſe de Rieux, en Languedoc, & le Monaſtere des Fueillantines, aux faulxbourgs de Tholoſe. Et en Auril 1603. leſdits Fueillans pourſuyuent la verification de ladite Bulle, auec Lettres d'attache du Roy, au grand Conſeil, à Tholoſe & à Bordeaux, où ſont quelques Monaſteres de ceſt ordre reformés de de Ciſteaux.

Les Fueillans, Ciſtercienſium Ordinis reformati.

optione vſi non ſunt, nec libero, vni è multis gratificandi, arbitrio, electi certè comprobationem ſuæ Celſitudini reſeruarunt. Quemadmodùm Yuo Carnutum Epiſcopus, de Rhemenſi Metropolita ſelecto, Regique probato, ſcripſit ad Paſchalem 2. Pontificem. Epiſtola 206. Sub Annum 1105.

Lib 1 Legum Ardegauenſium. Cap. 37. Art. 9.

15. CÆTERUM ſacris Mendicantium Ordinibus nullæ incidunt, de *Regulari* ſua Præfectura, controuerſiæ Nominationum Principalium: Quippe quam Præfecturam, votiuæ paupertatis obiecta ſpecie, nulli ambiant æmuli, præferuidique aucupes lautiorum Sacerdotiorum. Verbi cauſa, Monaſticus Primatus Fratrum Eremitarum Auguſtinianę Societatis, haud dubia defertur electione Cœnobitarum. Ex Conſtitutionibus ſuis, œcumenico Ordinis Conuentui acceptis ratiſque, Anno. 1287. & 1288. Cap. 39. *De forma electionis Prioris generalis Ordinis. Cap. 32. De modo celebrationis Capituli, & electionis Prouincialis, Viſitatorum, Diffinitorum, & Diſcretorum qui ad generale Capitulum ſunt ituri, & Procuratorem prouinciæ. Cap. 31. De officio & auctoritate Prioris Conuentualis, & pro quibus cauſis abſoluatur. Cap. 28. De forma electionis Supprioris, & officio eius. Cap. 29. De modo electionis Procuratoris et Sacriſtæ* &c. Ex quibus planum fit, ſingulos Ordinis Magiſtratus, Officiaque publica, Fratrum ſuffragatione, ritè promeritis demandari. Hinc clariſſima illa Eccleſiæ lumina, ſacrorumque Voluminum auctores venerandi, Ægidius Romanus, Thomæ Aquinatis auditor: Iacob. Viterbienſis, Paulus Venetus, Michael Maſſa, Hugolinus Patriarcha Conſtantinopolit., Auguſtinus Anconates, Bartholomeus Vrbinas, Symo Cremonenſis, Bonauen-

Prior generalis Prior Prouincialis, Prior localis.

Auguſtinianorum Statuta approbata per Generalem & Diffinitores Capituli generalis, in vrbe veteri celebrati Anno 1287. Et in Capitulo generali Florentiæ peracto An. 1 88. Ordinem hunc inſtaurauit Ioh. Bonus Mantuanus, Sabellici enneade 9.

Ægidius de Roma, Prior Generalis Ordinis, Biturigum tandem Archiepiſcopus.

Iacobus Bergomenſis Supplementi Cronicon ad vſque Ann. 1486. compilator.



tura Patauinus, Gabriel Venetus, prouinciæ Venetæ præses: Augustinus Romanus, Gregorius Ariminensis, Iacob Philippus, Bergomas: Christophorus Persona, Gerardus Senensis, ac plerique alij: Quorum Theologica monumenta, cum Historicis, percensentur à Iohan. Tritthemio Abba Spanheimensi. Illius autem precibus Ægidij Romani, Philippus rex Pulcher sedes Laremque sacrum dedit, dicauit Augustiniano Lutetiæ Sodalitio, (cui ex Eremo cognomen inditum) eodem in solo Vrbis, quod *Fratribus Saccorum* antea D. Ludouicus incolendum adsignarat. Codicillis April. Mens. Anno 1293. quibus vltrò assensus est Parisiorum Episcopus Symo. Literis apud Gentiliacum exaratis, Die Martis, post Natalitia *Christi*, eodem An. TRANSEO ad Dominicanæ Familiæ alumnos, qui similiter Monasticos ineunt sui Ordinis Primatus liberis Sodalium suffragiis. Nam Constitutionibus Fratrum Prædicatorum, quas Vincent. Bandellus, Ordinis Antistes, sigillatim expositas publicauit, intexitur Cap. 2. *De electione Prioris conuentualis, & institutione Supprioris. Cap. 3. De electione Prioris prouincialis. Cap. 4, De electione Magistri Ordinis. Cap. 5. De electione Diffinitorum Capituli prouincialis & generalis.* Quinetiam, solennibus habitis apud Burdigalam Ordinis Comitiis, *Iniungitur Prioribus prouincialibus, & Vicarijs quibuscunque, quòd intra Mensem ante electiones quasque, nouas assignationes & mutationes Fratrum non faciant in Conuentibus, in quibus Electiones huiusmodi fuerint celebratæ: nisi pro officio Lectoriæ vel Prioratus, vel pro graui scandalo vitando, vel nisi in Prouinciali Capitulo, vel in loco ipsius Prouincialis Capituli* &c. In easdem Constitutiones, Bandelli Distinct. 2. præscribitur hoc, (Cap. 11.) *Priores electi confirmentur à Priore prouinciali, si ei visum fuerit.* Idem planè spirat Regia Henrici 2. Epistola aperta 7. Kalend. Iunias Anno. 1556. quam Senatus promulgauit 9. Calend. Quintiles seq. de iusta liberáque Præfectorum claustralium vtriusuis sexus cooptatione, vel abrogatione, quam Dominicani promouere tenentur Magistri Prouinciales. Cuiusmodi Electionum Ritus legitimus, Christianum in Orbem sparsit facundissimos sacrarum concionum Declamatores, &, quod Dominicani ipsi dicuntur, Prędicatores Diuinorum oraculorum. Nec contenti quidem isti publico cœlestium Eloquiorum præconio apud præsentes Auditores, ea ipsa apud absentes posteróque Lectores euulgarunt, varijs editis lucubrationum suarum Operibus ac Commentarijs. In quibus, Thomas Aquinas, ad obscuriorum Dogmatum caliginem illustrandam, velut splendidissimum sydus emicuit, Ita Albertus Magn. haud pauca sacris de rebus fœlici stylo exarauit. Tum Vincent. Beluacensis, Accoldus Florentinus, Ioh. Taulerus, Raymundus Campanus, D. Antonius Florentiæ Archipręsul, Syxtus Senensis, Thomas Donatus, Venetus: Leander Albertus, Bononiensis: Iohan. Segobiensis, Vincent. Ferrariensis, Thomas de Vio, Caietanus: Dominicus de Soto, Hispanus: Georgius Bustus, Vercellensis: Hieronymus Sauonarola, Herueus Brito, alijque eius Familiæ Scriptores plurimi. Quos Alphabetica serie, Anton. Senensis, Lusitanus, Dominicanæ Sectæ, commemorauit Libro, qui Bibliotheca Ordinis Fratrum Prædicatorum, inscribitur. Franci autem Dominicani, vulgo *Iacobitæ* vocitantur, à Iacobo Lutetiæ Parisiorum Vico, circa quem illi primùm hospitio excepti sunt apud *B. Mariam de vineis*, & quo in Vico dehinc sacram Ædem sedemque domicilij perpetuam collocarunt. Sicuti Bullatæ Honorij 3. tabulæ indicant. Quarto Calend. Martias Anno 1220. hoc verborum schemate. *Honorius &c. Dilectis filijs Priori & Conuentui S. Mariæ de vineis extra Portam Parisien. &c. Gratum gerimus, quòd dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum in sacra Pagina studentes apud Parisios, in visceribus charitatis, vestræ pietatis officijs, laudabiliter confoueatis* &c. Nec diutino pòst tempore, Dominicani, Iacobæa in Via Vrbis, perenne domicilium fixerunt Regia teste Philippi Longi Charthula 12. Cal. Maias. An. 1317. in hanc phrasin. *Philippus &c. Placet nobis & volumus, quòd Religiosi viri, Prior & Conuentus Fr. Prædicat. Parisien. mansionem Portæ, quæ dicitur Porta Inferni, per quam itur ad domum Religiosorum Vallis scholarium, iuxta Parisios, ac*

Thritthem. Lib. De Scriptoribus ecclesiasticis.

Fratres Saccorum de pœnitentia Iesu-Christi, cum Religionis Obseruantia sua, per Romanam ecclesiam minimè adprobati. Quorum ideo Domum parisiensem Augustiniani eremitæ Regio munere occuparunt.

Illos Saccitas Fratres memorat B. Antoninus Chronicôn Parte 3. Tit. 24. Cap. 14. § 3.

Fr. Vincentius Bandellus de Castronouo, Italus, Ordinis huius Magister 36 Statuta eiusdem suis Declarationibus illustrauit Ea verò multùm amplificata ab anno 1550. Iustinianus Chiensis generalis Magister Pio. 5. Pontifici Dominicano dicauit.

Francisc. Marcus in Decisione 1362. de Prioris fratrum Prædicatorum electione, Parte 1.

Declaratio regia, die. 26. Maii. 1556. publicata in Curia die. 23. Iunii. de electionibus, absolutionibus, & destitutionibus Prioratuum, & Officiorum Ordinis Fratr. Prædicatorum.

Chronicon Fratrum Prædicatorum, à Fr. Antonio Senensi Lusitano, Dominicanæ Sectæ, pridem mandatum est typis.

Fratris Iohannis Viquerii, Granatensis, apud Tholosam Prædicatorum Ordini adscripti, Theologiæ Doctoris, Institutiones sacrarum Literarum ad naturalem & Christianam, maximèque ad Scholasticam, &c.

I. Thauleri, Coloniensis, anno 1350, Conciones de Tempore, de Sanctis, de Institution. diuinis Prophetiæ, de plagis nostri temporis, cantica Spiritalia, Speculum Domini &c.

Hic Raymundus Campanus vocatur à Baronio in Martyrologio Raymundus Campanus, Ordinis Prædicatorum. qui B. Catharinæ Senensis confessarius, texuit eius Historiam.

Turres Alteras, & aisiamenta omnia ad D. Portam pertinentia, prout se extendunt à Domo D. Fratrum Prædicatorum vsque ad D. Portam inclusiuè : quæ præmissa D. Fratribus Prædicatoribus per charissimum dominum Genitorem nostrum ad eius volun-tatem fuerunt concessa, teneant & habeant, quandiu nostræ placuerit voluntati. &c.

Ferdinandus del Castiglio, Ordinis Prædicat. Dominicanam Historiam pertexuit. Pontificia Bulla Honorii 3. die 26. Feb. Anno 4. Pontificat.

Regiæ Literæ, pro Fratr. Prædicatoribus Parisiorum, die 20. April. An. 1317.

Sancti Pagnigni Lucensis, concionatoris Apostolici, Prædicatorij Ordinis translatio noua vtriusque Instrumenti seu Testamenti edita An. 1528.

Frater Martinus Polonus Dominicanus, qui vixit An. 1283. scripsit Chronica.

Ioh. Garzonius scripsit de Viris illustribus Ordin. Prædicat. Ac nouissimè Franciscus Diacetius Episcopus Fesulanus, egregium de ea re Commentarium ad Pium 5. Pont. conscripsit.

Syluester Prieras, Dominicanus, scripsit Auream rosam in expositionem Euangeliorum.

Frat. Bartholomei à Medina, Ordinis Prædicatorum, Instructio Confessariorum, siue summa Casuum Conscientiæ Latine facta à Raphaele de Cæsare, Neapolit. An. 1601.

Theodoricus, eiusdem Prædicatorij Ordinis frater scripsit 8. Libris præclara B. Dominici gesta quæ refert Surius Tom. 4.

Fratris Francisci Feuardentij Opus inscriptum Theomachia Caluini An. 1603.

Fr. Iacobi Suarez de S. Maria, Obseruantini, è Portugallia, defensio Purgatorij & Suffragiorum pro defunctis, in Hæreticos An. 1603.

Petri Galatini, Minoritæ Tractatus, de arcanis Catholicæ veritatis, in Hebraicis Libris, præsertim in Thalmude inuentus, in defensionem Iohannis Capuionis, aduersus Iudaicam nostri seculi obstinationem.

Aluarus Pelagius Hispanus Minorita, Ioh. Scoti auditor, Ludou. 4. Bauar. Imp. scripsit in Guillelmum Occam, De planctu Ecclesiæ, &c.

S. Bonauenturæ Opera in Libros Sententiarum Commentaria, Itinerarium mentis in Deum, alterum in seipsum, mendicantium defensorium, De vita Christi, Arbor Crucis, Breuilogua, Sermones Dominicales, Nouitiorum institutio, Stimulus amoris Pharetra, de auctoribus doctorum approbatorum.

La 2. & 3. partie de l'Histoire des Fr. Mineurs, composée par Marc de Lisbone Euesque de Portuense, Religieux de l'Obseruance, Assauoir lad. 2. partie contenant les Actes & Vie de S. François, & de 24. Ministres generaux dud. Ordre successiuement. La 3. partie contenant la Vie & miracles de 300. tant de Religieuses Cordelieres, tant de l'Obseruance que autres dudict Ordre.

Bulle de Jules 3. de l'an 1551. 10. Calend. Nouemb. *suyuie d'vne Patente du Roy du 3. de Feburier 1551. Verifiée en Parlement le 22. d'Aoust 1552.* ad onus in Aresto Curiæ hac die lato contentum. *Par laquelle Bulle à la supplication du General de l'Ordre des Cordeliers, & du Gardien & Escoliers du Conuent des Cordeliers de l'Vniuersité de Paris, Ordre des Freres Mineurs de l'Obseruance, Il leur sera permis doresnauant prendre leurs degrez de licence &c. en la faculté de Theologie iusques au nombre de 4. en chasque promotions & Licences, tout ainsi qu'il a esté receu & vsité pour les Iacobins, au lieu qu'auparauant n'estoit loisible aux Cordeliers dudict Conuent des Cordeliers y faire promouuoir sinon iusques à deux Religieux en chasque Licence. Et iouyront lesdicts 4. freres Escoliers graduez & promeuz de ladicte Vniuersité.*

Thomas Beauxamis, Carmelita Parisien. doctor eximius, multa scripsit, & Palladij, ac Theodoreti Historicos Libros sacros Annotationibus illustrauit.

16. ECQVID iam Seraphici Ordinis Leges proferam, quibus, prædictarum instar, cœnobiticæ Præfecturæ mandantur electis communi Fratrum sententia? Franciscanæ Regulæ Caput 8. sic habet, *Decedente Generali Ministro, electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus, & Custodibus in Capitulo Pentecostes : in quo Prouinciales Ministri teneantur insimul conuenire, vbicunque à Generali Ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minore[illegible] sicut à D. Ministro fuerit ordinatum.* De electione autem, breuique singularum functione Magistratuum Minoriticæ Familiæ, scripsit diligenter Franciscus Gonzaga, eiusdem Minister primarius, Volumine amplissimo, De origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ, 1. Parte. Ac propterea iustè sanctéque cooptati Præsules Ordinis, innumera cœlestis Sophiæ monumenta posteris reliquerunt, vberrimo cum fructu Christianæ Reipublicæ. In his primas tenent D. Bonauentura, Alexander de Ales, Nicol. Lyranus, Adamus Sasboutus Delphius, Vilhelmus Occam, Aluarus Pelagius, Angelus Clauasius, Ligur: Francis. Ximenius, S. Bernardinus Senensis, Oliuerius Maillardus, Nicol. Denyseus, Anton. Gueuara, Bertrandus à Turre, Sthephan. Brulifer, Anton. Paganus, Venetus: Augustinus Rhiginus, Ferrariensis: Bartholom. Albisius, Pisanus: Francis. Maronius. Plusculos etiam alios sacrorum Operum Auctores Seraphicos descripsêre vicissim Alphabetico

Franciscani, quorum singula Ordinis tacuta referuntur hoc Lib. *Firmamenta trium Ordinum Beatiss. Patris nostri Francisci*, impresso publicè, Ianuar. Mens. An. 1512.

Fr Marcus Olysipponensis edidit Chronica Franciscanæ suæ Religionis lingua Hispanica Et Fr. Pelegrinus, Bononiēsis Franciscanus Historiam sui Ordinis concinnauit.

ordine Petrus Rodulphius Tossinianensis, & Francis. Gonzaga, Libris Franciscanæ Historiæ emissis in lucem An. 1586. & 1587. Lutetiano certè Minorum Fratrum Collegio D. Ludouicus Rex solum, fundúmque concessit, grandi ære coëmptum de Benedictinis monachis Fani Germani: quo in solo piam, illi, votiuæque Professioni parem vitam traducerent. Literis April. Mens. An. 1234. quibus Pontificium Gregorij 9. iudicium, in rem vtriúsque Ecclesiæ, intercessit, Tertio Nonas Iunias An. 1236. Quemadmodùm Historico Minoritarum Codice perhibetur. IN MEDIVM iam prodeant Carmeli Syriæ montis Eremitæ, quorum Conuentui cuilibet Præfecti, ab eo peræquè deliguntur ex more, ac supra citati Eremitæ Augustiniani, Fratres Prædicatores, & Minores. Expromptæ in id sunt Constitutiones Carmelitanæ, quas vti Ioh. Balistarius, Antistes Ordinis, in Libellum redigendas curauit An. 1369. ita Ioh. Sorethus, successor explicauit, ampliauit An. 1466. ac denuo Nicol. Audetus, adiecta Isagoge, perpoliuit An. 1524. Earum Constitutionum Parte. 4. voluuntur Capita isthæc, *De electione Prioris generalis; quid agendum Prouinciali absente, mortuo vel assumpto. De electione Diffinitorum: De electione Vicarij & eius potestate: De Capitulo conuentuali. Mortuo Priore locali, de eius electione quid faciendum: De electione Socij Prioris ituri ad Capitulum prouinciale. De electionibus in communi, & qui possunt eis interesse.* Cautum est rursus Parte. 2. Constitutionum ipsarum (cap. 2.) Prouinciales, triennio peracto, deponere Officium debere. Minùs itaque mirum, Carmeliticis in Comitijs designatos Primores Conuentuum, pietate iuxta ac eruditione insignes claruisse. Testantur hoc multorum Scripta Carmelitarum egregia, Cyrilli Alexandrini, Michael. Angriani, Bononiensis: Ioh. Campseni, Petri Casæ, Blasij Andernaci, Ioh. Sorethi, Ioh. Alerij, Guidonis Perpiniani, Ioh. Nobleti, Baptistæ Ferrariensis, Ioh. de Regno, Baptistæ Mantuani, Philip. Riboti Cathalauni. Quos quidem eximios Theosophiæ Scholiastas, cum Carmelitis alijs sacrarum literarum Paraphrastis, citauit Tritthemius Abba, in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. Tum Fr. Iohannes Oudenvvatter, Mechliniensis Conuentus, Chronica eiusdem Familiæ, quæ concinnarat, Fasciculum Carmelitici Ordinis tripartitum appellauit. Carmelitis vtique Ludouicus. 9. ex Asia secum deductis in Gallias, incolendos dedit Vrbis fines, queîs Cęlestini deinceps immorari cœpêre. Illam enim Carmelitici domicilij sedem Iana Eburouix, Augusta Francica, transtulit postmodùm in citeriorem Parisiensis Academię regiunculam, sub Ann. 1323. Vt hac in regiuncula, Cœnobitę, sanctiores Camœnas liberiùs commodiúsque excolerent. Quorsum omnia isthęc? Vt cunctis innotescat, penes monasticas hasce Mendicantium Sectas constantem manere canonicę Electionis libertatem Pręfectorum suorum, hancque ipsis veluti Laurum, cum paucis alijs reseruatam. Longè secus, ac de opulentis *Regularibus* Pręfecturis vsurpari solet hodie à profani ordinis Proceribus: Qui, adscititio *Abbatum* titulo, sacros reditus illota manu tractant, Regię obtentu Nominationis, qua temerè abutuntur. Atquin prisca Rhemensis Synodus Ecclesię Prouincialis, grauiter increpuit Balduinum Flandrię Comitem, quòd re lautum Cœnobium, subdolè arrepto Cœnobiarchę nomine, occuparet. An. 892. Auctore Flodoardo, Rhemen. Hist. lib. 4. Cap. 7. Qui & alibi refert, Atrebaticum D. Vedasti Monasterium, à Karolo rege, propterea Flandro Comiti ademptum, & Fulconi Rhemorum Archiepiscopo donatum fuisse. Cap. 10. eius Lib. Nec diu ante misellam eam tempestatem, delata est pij Populi querela consimilis ad Meldense Gallici Cleri Concilium, An. 845. Cap. 10. sic ordiente. *Peruentum est ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile dignoscitur: quia cōtra Patrum decreta, & totius Christianæ Religionis cōsuetudinem, in Monasterijs regularibus laici, in medio Sacerdotum & Leuitarum, ac cæterorum Religiosorum Virorum, vt domini & magistri, residcant, & velut Abbates, de illorum vita & conuersatione decernant, eósque dijudicent, &c.* Denique huc alludens œcumenica Rhemorum Synodus An. 1119. Octob. Mens.

Bulla Gregorij. 9. P. die. 3. Iun. An. 10. Pontific. De qua, Francis. Gonzaga, Part. 1 De orig. Seraph. Relig.

Carmelitæ.

Ioh. Balistarius, Cathalaunus, Prior generalis 16. Statuta Ordinis sui conscripsit, in Conuentu Maioricarum sepultus An. 1374. Ex Tritthemio.

Statuta hæc, nouissimorum Capitulorum generalium decreto recollecta, & reformata An. 1580. typis excudūtur An. 1586.

Ioh. *Gluel*, Germanus, Carmelita, Speculum Carmelitarum contexuit.

Cyrillus presbyter & monachus Montis Carmeli, Alexandrinus Episcopus.

Phil. Riboti Liber, De Gestis Carmelitarum, De illustribus viris Carmelit.

Carmelitana Bibliotheca, seu illustrium aliquot Carmelitanæ Religionis Scriptorum Catalogus, à I. Tritthemio congestus, ac postea recognitus annotatúsque à Fr. Petro Lucio Bruxellensi Carmelita, An. 1593.

Iana d'*Eureux* Caroli Pulchri *regis vxor.*

Nicol. Aurificus Bomfilius, Senensis, Carmelita, scripsit, inter alia, Vitam D. Helisæi, Carmelitarum Ducis. 2. & Historiam Carmeliticam An. 1592.

Rhemense Conciliū.

Abbatia *de S. Vaast, d'Arras, fondee par le Roy Theodoric, & dotée & priuilegiee par Charte de Charles le Chauue Empereur.*

Concil. *de Meaux.*

Mens. statuit, Pontificijs Calyxti 2. P. ibidem sedentis auspicijs, hoc modo. *Si quis vendiderit, aut emerit per se, vel per summissam personam, quemlibet Episcopatum, Abbatiam, Decanatum, vel quælibet Beneficia Ecclesiastica, Promotiones, ordinationes, consecrationes, Ecclesiarum dedicationes vendens & emens, dignitatis, officij, & beneficij sui periculo subiaceat, &c. Si quis Ecclesiarum possessiones inuaserit, aut Potestate, tyrannica detinuerit, anathemate perpetuo feriatur.* Vti eleganter narrat Ordericus Vitalis, Anglus, Diui Ebrulphi Lexouiorum cœnobita. Lib. 11. Historiæ seculi sui, calamo exaratæ. An. 1140.

Generale Côcilium Ecclesiast apud Rhemos celebratum. Calyxtus 2. P. Burgundus An. 1 Pontificatus ei delati, cùm esset in Gallia. Fr Ordericus Vitalis, Angligena, Ebrulphiani cœnobii monachus, in Lexouiensi Neustriæ Diœcesi.

Iohannis Baptistæ Sigonij, de ordine & Statu Canonico.

Luitprandi Ticinensis Diaconi Opusculum de Vitis Pontificum, Item Abbonis Floriacen. Abbatis Epitome De vitis eorumdem, ex Anastasij historia excerpta.

Christophori Sturij Orationes aliquot, De Vita quorumdam Principum Megapolensium.

D. Froherij Chronica, de Principibus terra Bauarorum.

Genealogia Ducum & Archiducum Austriæ impressa An. 1602.

Centuria similium Iuris Polonici cum Iure Romano, auctore Thoma Dresnero Neapolitano typis cussa An. 16.

Iohannis Baptistæ Magoni, Causidici Papiensis, De auctoritate Notariatus, & Causidicorum nobili officio.

---

1. ABBATES *creati, Duces & exemplum vitæ suis esse debent.*
Monasteria, ad primæuam institutionem reuocanda: quæ ab illa licentiùs, ex corruptela temporum, defecerant.
2. *Cura prima* Abbatum, *nouos Cœnobitas ad sacram Monasticorum votorum professionem recipere.*
An Nouitiorum profitentium receptio, ad commendatarium Abbam secularem *pertineat.*
Huius certè Vicarius irreuocabilis, *religiosus, potest sine dubio eiusmodi professiones admittere.*
Arrestum Curiæ, Cardinalem Abbatem commendatarium, *Nouitios profitentes assumere posse in aliorum consortium professorum.*
Cardinalium *prærogatiuæ eximiæ.*
3. Beneficialium commendarum *vsus priscus, fuit in rem Ecclesiæ, semestris ac temporarius.*
Earum verò vsus hodiernus, est perpetuus ad vitam, & in abusum scandalúmque Ecclesiæ.
4. *Núm pater, contra assensum à se præstitum filiæ ingressui in Monasterium, eius professioni postea reclamans, audiatur.*
Senatus Decretum interlocutorium, *Monialis voluntatem liberam in professione sua exquirendam, nonobstante noua patris contradictione.*
5. Abbatissa, *velum Moniali imponere nequit.*
Vtrique vetitum, Monasterio egredi, nisi grauissima ex causa.
Nec docere nec prædicare verbum Dei, licet Sanctimoniali.
Abbatissæ *ius est, Monasticas professiones recipere, adhibito* Priore *aliquo* Conuentuali *Visitatore & Reformatore Monasterij.*
Vetusta muliebris Abbatia d'Yerre, *diœcesis Parisien.*
Regalia *Ecclesiæ Parisiorum, antiquissima.*
6. *Monachis nefas est, extra Monasterium, nisi petita ab* Abbate *venia, euagari.*
Statuta *Fratrum Charitatis B. Mariæ supra Fluuium de* Roignon *in Campania Francica.*
Moniales, ne Cœnobij sui septis temerè exeant.
7. *Religiosi, qui è Cœnobio aufugerint ciuilium occasione Bellorum regredi in illud compelluntur.*

C

Quid de Apostata, Catholicæ Fidei, simul vt Monasticæ domus desertore?
Curiæ Parisien. Aresta in transfugas Religiosos huiusmodi.
8. *Scholæ literariæ, in Monasteriis singulis exercendæ.*
Ecclesiastici Ordinis partes, iuuentutem humanioribus Disciplinis imbuere.
9. *Monachis, sui beneficia Monasterij inferiora, sunt conferenda, potiùs quàm extraneis.*
Gulielmitæ, *seu* Albi Mantelli, regularium *Beneficiorum capaces, tanquam Benedictinæ regulæ monachi, non verò Augustiniani Eremitæ.*
Cruciferorum Ordo Monasticus, Augustinianæ regulæ: cuius Monachi pariter ad regularia *Sacerdotia consequenda habiles iudicantur.*
Ordinis huiusce fundatio cum Apostolicis priuilegiis.
10. Abbas *tenetur, intra annum presbyter fieri, aliàs fructibus* Abbatiæ *mulctandus.*
Idem inferiores Priores commendatarios *cogendi ius habet, generali* Abbatiæ Capitulo *interesse, suas* prouisiones Prioratuum *ipsorum exhibituros.*
Prioratus *multi, annuas pensiones nummarias debent* Abbatiæ *superiori.*
11. *Quarta redituum Beneficij, assignata est eleemosynæ alimoniæque Pauperum.*
Quarta alia, Fabricæ reparationique Ecclesiæ reseruatur.
12. *Visitatio, per* Abbates, *reformatioque inferiorum* Prioratuum, *& Monasteriorum.*
In Commendatarios Abbates & Priores, *Cistercien. Ordinis sancitum ius visitandi per monasticos Ordinis Patres.*
Deficiente Ordinario Visitatore & Reformatore *Monasteriorum, alius ex eadem modò Regula Monastica assumi potest.*
An merus Visitator, Prælatura *aliqua monachum priuare & destituere valeat.*
13. *Vallisscholarium Ordinis priuilegium, visitandi & reformandi minores* Prioratus, *& membra ab illo dependentia.*
Prioratuum *numerus subiectorum Ordini &* Abbatiæ *Vallisscholarium.*
Statuta *Eremitarum B. Augustini, de Visitatione & Reformatione suorum Conuentuum.*
Bulla *Apostolica, de visitatione per Mendicantes cœnobitas,* secularium *Ecclesiarum* parochialium, *quæ ad eos ratione locorum suorum spectent.*
14. *Carmelitarum origo: eorumque Regulæ probatrices* Bullæ.
Carmelitano Ordini subiectæ Prouinciæ 32.
Celestinorum Statuta, *de Visitationis officio inter eos.*
Prioratuum *huius Ordinis, in Gallia, numerus & fundatio.*
Hierosolymitani Ordinis Militum, de *visitatione,* Statutum.
15. *De* Mercuriali *Curiæ censura, Senatores inter ipsos.*
16. *Partitio Mensæ inter* Abbatem *& Conuentum, non impedit* regularem *illius in monachos auctoritatem.*
Conuentui, sine Abbate, *non licet, bona suæ Mensæ* laicis *diuendere.*
Mensæ diuisio inter Abbam commendatarium, *& Monachos B. Mariæ de Victoria, apud Syluanectum.*
17. Regularis *monachorum correctio competit religioso Abbati:*
Episcopo autem, maiorum criminum in illos animaduersio tribuitur.
Abbatiæ *S. Remigij, S. Pauli Virdunensis, aliorumque Cœnobiorum* Reformatio.
18. Clericalem *tonsuram Abbas conferre* laicis *potuit ad Monasterium suum conuolantibus, Iure Canonico.*
Pontificalium Insignium vsus, quibusdam Abbatibus, *Apostolico priuilegio, permissus.*
Bursfeldensis, *in Germania, Congregationis monasticæ Constitutiones.*
Tridentini Concilij *decretum, in* Abbatem, *alijs quàm* Regularibus *sibi subditis, minores* Ordines *conferentem.*

19. *Exempta* Diœcesanis Prælatis *Cœnobia multa*, *& Romanæ Sedi* immediatè *subiecta*.

Peruetus Episcoporum, in Monasteria *diœcesana*, *auctoritas*.

S. Germani de Pratis apud Lutetiam, *& S Medardi, apud Suessiones, Monasteria exempta*.

20. *Cluniacensis* Ordinis *exemptio à* Diœcesanis, *Rhemensi Concilio confirmata*.

Carthusiensium exemptio Apostolica, *& Cælestinorum*.

21. Minimorum *Ordinis* Immunitas, *& priuilegia Pontificia*.

Mathurinorum, *seu S. Trinitatis Monachorum Exemptio*.

22. *In Monasticas Exemptiones Argumenta*, *eorumque solutio*.

23. *Causa Monasticarum exemptionum à Diœcesano*, *præter eas, quæ primitus in fundando aliquo Monasterio statutæ sunt*.

Placita Curiæ, pro Monastica in reos criminum Religiosos Iurisdictione.

Episcopalis Fori immunitas, *à quibusdam etiam Episcopis concessa Monasterijs suarum Diœcesum*.

S. Mauri de Fossatis, Abbatia, *in diœcesi Parisien*.

C ij





TITVLVS II.

DE IVSTIS COENOBIARCHÆ IN MONACHOS OFFICIIS.

S Pater Benedictus, omnium monachorum Princeps, & Antesignanus.

Benedictina Cœnobitarum Regula, à S Dunstano Cantuariensium Episcopo diligenter recognita, & formis impressa.

Pontificia Benedicti 12. olim Cisterciensis monachi, Statuta regularia, pro Benedictino Ordine monastico, seu De statu Monachorũ nigrorũ, Publicata die 26. Iunij An 1337 apud Monasteriũ S. Petri de Cultura, Cenoma. in Capitulo prouinciali Abbatum Monasteriorum nigrorũ, auctoritate Apostolica congregato.

Itẽ Benedictinorum Constitutio habetur ex Gregorio 11. apud Aueniorem, Idibus Januar. An 6 Pontif. ad Abbam & conuentum Cluniacensem Lib. edito.

Turonense Concilium 3. Karolo Mag. Imperatore, Ex Volum 3. Concil.

Antissiodorense Cõcilium, circa tempora Deusdedit Papæ Concil Tomo 2.

Aurelianense 1. Concilium, sub tempora Hormisdæ P. In 2. Tomo Concil

Cap Ad Apostolicã Vers. Abbate per se vel per alium professionem recipiente monasticam, &c.

Statutum Ordinis S. Antonii Viennensis.

1. AM IAM DESIGNATVS ABBA Monasticivè Conuentus Primas, egregiè administrare debet Spartam sibi commissam, Regula enim B. Patris Benedicti, quam huius Encomiastes, Dialogõn Lib. 2 Gregorius 1. P. laudat nominatim, exprompuntur isthæc. *Abbas, qui præesse dignus est Monasterio, semper meminisse debet quod dicitur & nomen Maioris factis implere. Christi enim vices agere in Monasterio creditur: quando ipsius vocatur prænomine. Dicente Apostolo, Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater,* &c. Exin Pontificia Benedicti 12. Constitutione fertur, boni esse Pastoris, prodesse, quàm præesse malle, operibus pariter & exemplis. Quod autem de Benedictina, idem de Augustiniana Regula præscribitur, clausula subsequenti. *Qui vobis præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente fœlicem. Honore coram vobis prælatus sit vobis: timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum,* &c. Ac propterea B. Augustinus, vt Cœnobiticam piç Sectę suæ Regulam condidit, sic domesticè hanc viuus seruauit Disciplinam: vti cum eo semper Clerici, vna etiam domo ac mensa communibúsque alerentur sumptibus, ac vestirentur. Possidonio teste, in vita Augustini. Quoniam verò liberius sensim, dissolutiúsque viuendi genus amplexa sunt Monasteria, placuit Turonico Ecclesiæ Concilio 3. ea ipsa ad primæuæ institutionis habitum, cultúmque reuocari: Vitæ ducibus ac præuijs hisce. quos Synodus ipsa Cœnobiarchas definiuit. quinimo Antissiodorensi in Conuentu Francici Cleri decretũ est, (Can. 23.) desidem Censorio officio Antistitem Monasterij, in aliud extrudi, agendæ pœnitẽtiæ gratia. Vice itidem versa, cucullatos Fratres parere omnimodò decet Magistro Cœnobij, ex votiuo in eum Obsequij instituto. Vt Aurel. in Congressu Gallici Sacerdotij primò statutum fuit. Can. 21. ex quo haustus sacer Can. Abbates pro humilitate §. Monachi. Caus. 18. Quæst. 2.

2. PRIMARIÆ igitur sunt, *Abbæ* in monachum legitimi partes, nouitium ipsum, post stata temporum interualla, triplicis Voti sacramento rogatum. admittere in consortium Monastici gregis. Vti rescripsit Innocentius 3. Pisano Archiepiscopo. cap. ad Apostolicam cap. porrectum De Regular. Quod magnoperè fulcitur Pontificia Pelagii sententia, ad Opilionem defensorem. Can. nullam potestatem Caus. 18. Quęst. 2. Vnde colligunt multi, Cœnobiticæ Familiæ nec assensu, nec consilio quidem egere Monasticum Præsulem, in excipienda Votorum emissione noui Cœnobitæ. Id quod tamen singulorum ex more institutóque Cœnobiorum, iudicandum innuit Bonifacius 8. cap. vlt. De Regular. Et ibi Gloz. In Antoniano putà Ordine Monastico, *Religiosorum creatio ad Abbatem solum spectat nec Vicarius generalis potest hoc facere, nisi ad hoc habeat speciale mandatum.* Aliàs

nullo proposito Collegij Ritu peculiari, Cœnobiarcha tenetur districtè, adhibito Sodalitij sui consilio, profitentes monasticam Regulam, in illud Sodalitium assumere. Ioh. Andræas, & Panor. in citat. Cap. ad Apostolicã, cum Oldradi I.C. Responso 97. Atque id tractatum in Aquitanico Senatu, asserit eiusdem Præses Boërius, hanc in sententiam procliuior. Burdigalen. Decis. 260. Queîs congruit expressim Carthusiensium Sanctio isthæc. *Nullus Prior recipiat aliquem ad habitum Ordinis, sine totius Conuentus, vel maioris partis voluntate & consensu.* Ecquid iam de fiduciario, nec religioso *Abba*, quales fert Gallia plurimos? Augustiniani enim Cœnobitæ. Fani Iohannis à Vineis contenderunt pridem in Senatu Parisiorum, aduersus eiusmodi Cœnobiarcham, probabiliùs sibi licere ipsis, quàm vni *Secularis* Abbæ Vicario, etsi monacho, ad Votiuum sacramentum adigere tyrones Monasticæ exercitationis. Vtcunque enim Clericus seculi, Pontificia commendatione, *Regulari* Conuentui præsit libero arbitrio ac commercio profanorum Templi redituum: spiritali certè & sacra Censura non vtitur in cucullati Ordinis viros. Sumpto Innocentij 3. argumento, in Cap. cùm causam De elect. Et Viennensis Concilij Cap. 1. Eod. Tit. Clement. Quia regulares De supplend. neglig. prælat. Cap. vlt. §. præcipimus De stat. monach. Sic prisci Canones *Secularium* Munera sacerdotum à Monasticis distinxerunt. Nicæna Synodo, relata in Can. placuit Can. nemo Can. de monachis §. si verò Caus. 16. Quæst. 1. Nihilo tamen seciùs Lutetiana Curia pronuntiauit, Romano purpurato, qui antedictum Cœnobium perpetua Fiducia teneret, eiúsue Vices gerenti ius esse, non autem monastico Collegio, votiuam nouelli monachi professionem suscipere, comprobare. Decreto nonis Februar. An. 1598. ex lite propalam vtrinque disceptata, à T. Chauuelino, Monachorum Phani Iohan. Suessionen. Et Chezelleo, Petri Gondij *Cardinalis Abbæ*, patronis. Optimè profectò, quùm Apostolici Senatus Patribus *Regularia* eiusmodi Sacerdotia com-

Ex. 2. Parte Statutorum Ordinis Carthusien. cap. 17.

Commendatarius Abbas secularis.

Abbatia S. Iohannis de Vineis. Ordinis S. Augustini, apud Suessiones, quæ tenetur in commendam.

Parisien. Curiæ Placitum die. 5. Febr. 1598. pro Cardinali Abbate commendatario, in admitenda Monachorum professione.

Autre Arrest de la Cour donné le 15. Iuillet 1600. au profit dudit Cardinal de Gondy Abbé de S. Iean des Vignes, sur vn appointé au conseil e: l'appel comme d'abus par luy interietté tant de l'eslection & institution du Prieur claustral de lad. Abbaye de S. Iean des Vignes frere Nicolas de Bethizy, faicte sans auoir aduerty ledict Cardinal Abbé, & sans sa confirmation, ains de l'Euesque de Soissons: ensemble sur son appel des Statuts nouueaux faicts par lesdits Religieux touchant l'eslection du Prieur claustral Beneficié, Curé, par lequel Arrest, est dit, mal & abusiuement, & que lesdits Religieux ne pourront faire Statuts ny proceder à l'eslection d'vn Prieur claustral sans en auoir prealablemẽt aduerty ledit Cardinal Abbé pour s'y trouuer ou son Vicaire: & aussi que le Prieur est reuoqué & ne pourra estre Prieur celuy qui aura Benefice, Cure requerant residence en sa Cure, &c.

mendentur maiore cum imperio ac potestate. Vt asserit Panormit. ad Cap. cum nobis olim De elect. Cardinales item Religiosissimos vocat. Henric. Bohicus (ad Can. 1. Distinct. 23.) summæque ipsorum Religionis nomine, putat, cunctis Hierarchiæ Ordinibus, dempto Pontifice Max. anteferri. In Can. quanquam Caus. 2. Quæst. 7. Eosdem, Apostolorum vices subire, affirmat Ludou. Bologninus. Lib. De potest. Papæ. Lumina item, Ecclesiæque caput esse vniuersæ, perhibet Baldus, ad leg. Cùm multa Cod. de bon. quæ liber. Archidiac. in Can. Ecclesia habet Caus. 16. Quæst. 1. Et qui de *Cardinalitia* dignitate scripserunt, Hieronym. Manfredus, ac Martin. Laudensis.

In proposito, vide à Nobis tractata Lib. 3. Doman. Frã Tit. 8. Art. vlt. de Cardinali Abba commẽdatario qui Priorem claustralem deposuerat.

3. CÆTEROQVIN vix est, clericum seculi, Fiduciario iure Cœnobij Rectorem, exequi sacrum in cœnobitas imperium, nedum iurantibus in verba Ordinis votiua præstare auctoritatem posse. Antiquitus sanè, quùm in vacuum sacerdote Templum suffici alius statim nequiret idoneus, solebat Ecclesia probo alicui viro commendari ac committi: qui velut tutor quispiam, aut procurator, bona fide actus sui rationes redderet. Neque intererat, Monasticumne foret Ecclesiæ beneficium, cui ille *secularis* clericus temporaria Fiducia præficeretur: Quippe qui nec Pastor Ecclesiæ esset, nec curator ei nisi pro tempore daretur. Carthaginensis Concilij 5. Cap. 8. In Canone constitutum Caus. 7. Quæst. 1.

Beneficialium Commendarum origo.

Ideóque Pontificijs Legibus, non videbatur binæ Ecclesiæ Præfecturam gerere qui alterius Rector perpetuus, alterius verò Custos temporarius existeret. Sicuti Chalcedonensis Synodi Cap. 10. cautum fuit, ac Leonis 4. P. Rescripto: Ex quibus Canon hic depromptus, Clericum, qui plures Caus. 21. Quæst. 1. Ast pium venerandæ vetustatis institutum, quo, vacantibus possessore Ecclesijs prospiceretur, odiose detortum est postea in earum perniciem. Quibus enim, per Canones, cœnobiorum Magistris esse non licet, ijsdem vt illa commendentur perpetuò, Moribus est comparatum. Atque ita concipitur eiusmodi Fiduciæ formula Bullatis tabulis, vt libera rerum dispensatio Fiduciarijs possessoribus concessa intelligatur. Ex quo vera apparet nostratium Pragmaticōn sententia, fiduciarium ius in Sacerdotia, ab legitimo eorum titulo nil discrepare. Sunt enim perpetui illi Depositarij, instar eorum qui procuratores in rem suam, dicuntur Iurisperitis, quique suum, non alienum negotium obeunt. l. Qui stipendia Cod. De procurat. Ac propterea neotericus quidam Auctor rectè, fiduciarios hosce Dispensatores, vocat fucatos Dissipatores: Cùm ipsis, non Ecclesiæ gratia, sed sua potiùs, rerum administratio permittatur.

Budæus, palmarium ait, illud (credo) apud Deum inuectum, Fiducia contracta sacrorum Antistitia retinendi, quæ inter se alias colliduntur: videlicet quasi perpetuæ Fiduciæ non instar plenum habeant tituli legitimi, quòd ad fruenda quidem Sacerdotia pertinet aut quasi impostura fieri possit Diuinitati Lib. 5. de Asse.

4. Verum vt genuinos puréque religiosos *Abbates* repetamus, venit in quæstionem Fori Monastica professio Franciscanæ Virginis, in Peronensi Veromanduorum Parthenone edita, apud eius Antistitam titulo B. Claræ. Abs qua nimirum professione, Monialis pater supremam Curiam Parisiorum, ceu ex abusu, prouocauit. Differebat hic, se primitùs quidem Monastico Instituto filiolam destinasse, dicasse: at mutata postmodùm voluntate, apud ciuilem Magistratum egisse, ab eóque, ne Præfecta Cœnobij solenne votorum iusiurandum exigeret à filia, Interdictum curasse, obtinuisse. Quo tamen spreto Prætoris interdicto, cœnobij Magistra sacramentum illud præposterè à filia exegerit. Ad ea autem, puellaris Chori Dux fœmina, parenti, qui gnatam semel * Theoriticæ huic vitæ addixerit, Palinodiam canere, illámque è Monasterio reuocare, non licere, Gregoriana Epist. ad Augustinum Angliæ Pontif. Can. addidistis Caus. 20. Quæst. 1. Et Toletana 4. Synodo, in Can. Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Can. quicunque Ead. Caus. & Quæst. Quinimò Heliodorum Hieronymus penè puer ad Eremiticam secum hortabatur, tali sermone. Quamuis paruulus ex collo pendeat nepos, sparso crine, scissísque vestibus, vbera quibus te enutrijt, ostētet genitrix, in limine genitor iaceat, per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum Crucis euola: pietatis

Forensis in Senatu Actio, de Monialis professione in Monasterio S. Claræ, apud Peronam Piccardiæ oppidum, An. 1599.

* contemplatiuæ.

Gregorij 1. P. Epist. ad Augustinum Anglorum Episcopum.

B. Hieronym. ad Heliodorum, De laude Vitæ solitariæ.

L'Abbaye de sainct George (des Religieuses) au diocese de Rennes, & le Prioré de Tincmiac, membre dependant de ladicte Abbaye.

Les Religieuses, Abbesse, & Conuent de Touars en Poictou. Les Religieuses, Abbesse, & Conuent du Paraclit, près d'Amiens, Ordre de Cisteaux. Autre Abbaye du Paraclit, vers Nogent sur Seine, de femmes.

Les Religieux, Abbé, & Conuent de Lotz, Ordre de Cisteaux, diocese de Tournay.

Abbaye de sainct Sulpice lez Rennes, de Religieuses: de laquelle Abbaye depend le Prioré conuentuel des Religieuses de la Magdelaine de Fougereuse, ressort de Saumur, & diocese de Maillezais.

Le Prioré de Hambon, membre dependant de l'Abbaye de sainct Gildas de Ruys en Bretagne.

Le Prioré de Vely, en Soissonnois, membre dependant de l'Abbaye de sainct Crespin de Soissons Ordre de sainct Benoist.

Les Priorez de sainct Pierre de Iarnac, diocese de Xainctes. Prioré de sainct Lybardeaux, diocese d'Angoulesme. Prioré de sainct Pierre de Pomport, diocese de Sarlac. Prioré de sainct Cybart de Pallueau, en Perigort. Le Prioré de S. Martin de Salles, en Perigort. Le Prioré de sainct Romain de Chassortz, Le Prioré de Chauenac. Le Prioré de sainct Michel de Mareillac: sont membres dependans de l'Abbaye de sainct Cybart en Angoulmois, & est en la collation de l'Abbé.

L'Abbaye de la Cité-Dieu, Ordre de Cisteaux, en la basse Bretagne. Prioré de Rouffec le Chasteau, au diocese de Bourges, dependant de l'Abbaye de sainct Martial de Limoges.

genus est, hac in re crudelem esse. Et si enim parentibus obsequendum præcipiant summa Numinis oracula: Qui illos cunque supra Christum amat, disperdit animam. Gladium tenet hostis, vt me perimat: & interim obstupescam in maternarum lachrymarum cogitatione defixus, nec meæ salutis rationē habebo? Patris ergò, militiam Christi deserā, cui funebre officium Christi causa non debeo, quod omnibus alioquin eius causa

debeam? Hæc B. Hieronymus, ex Matthæi 8. & Lucæ 19. Capite quum DOMINVS alteri Discipulorum, qui parentem mortuum priùs humandum excusabat, quàm illum consectaretur, responderit, *Sequere me, & sine mortuos sepelire mortuos suos.* Alteri autem postulanti, vt qui domi erant, ijs discessum suum, postremamque salutem nunciaret, edixit CHRISTVS idem, hoc modo. *Quisquis, manu ad aratrum missa, reflexerit oculos, respexeritque, aptus non est, habilisuè ad Æthereum Regnum capessendum.* Ob id, Diuus Paulus, vas illud lectissimum cælestis Promethei, quúm à fratribus distineretur humano quodam affectu, ne Hierosolyma peteret, Quidnam, infit, agitis, plorabundi, meúmque pectus conturbantes? Actor. Apostolic. Cap. 21. Scilicet aries iste pietatis humanæ, quo Fides quatitur, Euangelij retundendus est muro, Mater mea, Fratresque existunt omnes CHRISTI elogio, qui Patris cælestis iusta mandataque exequuntur. *Si quis veniat ad me, & non oderit patrem suum, matrem, vxorem, filios, fratres, sorores, animamque suam adeo, non potest meus esse discipulus.* Lucæ 14. Quantò minùs, in subiecta. Foro nostro hypothesi, audiendus sit Monachæ pater, qui post deuotam ab eo Monasticæ Casæ filiam, ab orthodoxa Fide desciuerit, iamque desertæ Religionis antiquæ reus; suum quondam pium, simul & gnatæ Institutum prædamnet, euertat? Nam similiter ferè, Diui Hieronymi seculo, Geruntius filias exhæredes scripserat, quia seipsas Religiosæ solitudini vouissent, posthabito patris imperio. Hieronymus autem eas obtestatus est, vt si Geruntium pro CHRISTO offendissent, in ea offensione perdurarent, Cuius si causa foret CHRISTVS, amplexandum impij patris iudicium, non dolendum: neà CHRISTO recederent, cui ipsas paterna abdicatio commendaret. Quòd si à DOMINO vocati in imagine Leuitarum, spiritalibus gladijs corporeos occiderint affectus, alium ne exoptent filiæ, quàm vnum Patrem in Cælis nostrum. Ac proinde suam filiabus, quæ in Terris exheredatæ sint, hæreditatem Deum esse cogitent, & in CHRISTO existere, quod cum CHRISTO possidendum. Si Geruntius noluerit, cum filiabus partem sortiri in Empyræo Regno, cur hæ ipsæ partem ex illius censu desiderent in Terreno Orbe? Si pater gloriosa natarum Vota contempserit, huius quoque inhonora Fortunæ munera aspernentur filiæ. Ferant hæ patienter Fidei notas, CHRISTI stigmata, Ecclesiæ paupertatem, impudicorum dicteria Virginitatis hæredes: *Visitatæ, & tanta visitatione clarificatæ, ne partem cum Infidelibus ponant.* Sinant Geruntium in Nauicula permanere cum retibus: dummodò filiæ, cum Apostolis, CHRISTI iaceant in pectore. Vobis, ô filiæ, paterna exhæredatio proscriptioque ampliorem aduoluit futuræ in Cælestibus hæreditatis portionem. Sic Lætum Diuus Augustinus animauit, vt quem Mundi contemptum perfectiorem aggressus fuerat, in eo fortissimè perstaret, Frustra dissuadentibus agnatis, qui eius animum ad repetenda quæ dimiserat, insidiosè stimularent. Fœminæ itidem DEO dicatæ constantiam laudat B. Ambrosius, hoc potissimùm nomine, quia dehortantes parentes auscultare noluisset. Sanctæ enim viduæ Iulianæ testimonio, Cades innupta se DOMINO sacrauit, eóque reliquit parentes, nec ipsorum viduitati obtemperauit, crebrò inculcantium. Debes nobis, filia, nepotes. Cades est, quæ filios nescit, vni tota CHRISTO dedita: Cuius, eo cælestis sponsi delectu, iudicium mirè probatur. In Ambrosiana Exhortatione ad Virgines. Ita Damasceni in Historia legimus, Iosaphatum, Barlaami suasu, cultorem Eremi factum, nedum CHRISTI militem, inuito patre Rege, qui idololatra erat. Vnde patet demùm, vti humana Diuinis postponenda, sic primam in DEVM, secundam tantùm in parentes pietatis causam esse. Quibus si exhibendum officium est, multò magis auctori parentum, cui etiam pro ijs gratiam debemus. Naturę enim pignora, DEI beneficia sunt: nec cuiquam impensiùs amandum beneficium quod accepit, quàm à quo acceptum seruatur, DEVM indicat B. Ambrosius, Lib. 7. Commentar. in Lucam Euangeliographum. Huic planè succinit pia Helię monachi ad

Regnum Dei.

Ita D. Chrysostomus ex Matthæi 4. ac discipulorum exemplo, qui derelictis parētibus, secuti sunt Christum, infert, eundem à nobis obsequiū exigere præsentissimum quod nec vllo temporis vestigio remoremur.

Talia rursū inculcat Hieronym. Rustico tum monacho: Et Malchus anachoreta apud eundem narrat, de sua ipsius ad Monasticum statum cōuersione, nequicquā dissuadente vtroque parente.

August. in Epist. 38.

Ambrosius itē multis verbis eandem prosequitur sententiam. In calce Lib. 1. De Virginib.

Cap. 12. Euangelij à D. Luca perscripti.

Sic Nos alibi monuimus puerorum, aut puellarum professioni monasticæ assensum paternum adhibendum, Lib. 2. Leg. Parisien. Tit. 5. Art. 19. 20.

* sacræ seruitutis.

parentes suos Admonitio, in Epistola 111. D. Bernardi. Quæ tamen omnia non eó dicta à se, contestatur Cœnobij Præfecta S. Claræ (in propugnanda aduersus patrem filiæ causa) vt impuberes clanculum ijs, quorum in sacris positi sunt, parentibus, alligent se Monastico voto: Verùm vt quod semel orthodoxo patri placuerit, nunc rectæ Fidei perduelli displicere Iure nequeat. SENATVS perorata ea lite, interloquens censuit, liberum filiæ arbitrium decretumque animi de illo * Hierodouliæ Instituto exquirendum à proximo locorum Iudice regio, eamque idcirco, extra Cœnobij septa, penes honestam matrem familiæ, velut sequestrò depositam, rogari oportere de futuro vitæ suæ genere: vtrum præoptaret, vulgarenè & profanum, an sacrum & Cœnobiticum. Extemporaneo Aresto 3. Calend. Decembr. An. 1599. post publicam Bouchelli actionem, pro appellante: & Roguenani, pro Antistita Monialium, aduersa parte. Ex quo, præiudicatum à CVRIÆ CONSCRIPTIS, priorem appellantis consensum, qui semel filiam Cœnobio vouisset, nullatenus denuò in Monastica eiusdem professione, sed eius modó ipsius voluntatem, explorandam.

Interlocutio Curiæ Parisien. die 19. Nouemb. 1599. de professione Monialium, cui parentes viui reclament.

Sacrum velamen, innocentis vitæ symbolum.

Caroli Mag. Leges. Concil. Tomo 3.

Turonense Concil 3. (sub Karolo Mag.) Eodem Tomo 3.

5. INTERIN verò, dum Cœnobiarchæ fœminæ prærogatiuam excutimus, in Monacharum votis auctoritate præstanda, Meminerimus, haud planè sanctis Canonibus liquere, núm Cœnobij Magistra sola, monasticæ suarum professioni auctor esse valeat. Vetatur ea certè puellis, aut viduis mulieribus sacrum velamen imponere, Pontificio Eutychiani decreto, quod recitat Yuo Carnutensis Pannomię lib. 3. Et Gratiani Can. statuimus Caus. 20. Quæst. 2. Cum Gloz. in Can. vidua. Ead. Quæst. Consonat his pariter Francica Lex Karoli, Volum. 1. Cap. 71. DE ABBATISSIS CONTRA MOREM ECCLESIÆ DEI FACIENTIBVS. Muliebris, ad hęc, Cœnobij septis egredi, nefas, nisi hostili vi compellente. Vt Ecclesiastico Galliæ Concilio sancitum fuit apud Palatium Vernis, Pipino Francis iura dante. An. 755. Nec longa pòst temporum intercapedine, idem prohibitum Synodo in Turonibus acta, ne Monasterij princeps fœmina, finibus excederet Monastici tecti vel claustri. Cap. 30. Qualem Vestalium clausuram, miraculis probatam enarrat Petrus Venerabilis, Lib. 1. De Miraculis Cap. 22. Atque omnino ab Ecclesiasticis ordinibus arcetur sacrarum Virginum Antistita, nec, si ordinetur, recipit * χαρακτῆρα. Vti Laodicense Concilium innuit (Cap. 11.) ac peritus inde Canon, Mulieres Distinct. 32. Cap Noua de pœniten. & remiss. Ibidemque Panormit. Glo. in can. Diaconissam Caus. 27. Quæst. 1. Secus de Iurisdictione, quam Monasticæ Primati habere licet singulari aliquo Iure. Cap. dilecta De maiorit. & obed. Muliebri denique sexui negatur publicè docendi munus, diuinaque Oracula populo disseminandi: quantalibet forsan aut eruditione, aut pietate fœmina cæteris antecellat. Ex Carthaginensi 4. Concilio cap. 99. & sumpto isthinc Can. mulier Distinct. 23. Cum B. Ambrosij testimonio, in Lib. Quæstionum veter. ac nou. testamenti. Et in primam ad Corinthios, Cap. 11. Can. mulierem Can. mulier Caus. 33. Quæst. 5. Crebriori tamen iuris Interpretum sententia rectè præsunt Cœnobiarchæ mulieres votiuæ mulierum professioni, iustamque ei auctoritatem interponunt. Vt Geminianus adnotauit nuncupatim, ad cap. Constitutionem de Regular. In. 6. Petrus Ancharanus, ac Philipp. Perus. ad. d. Cap. & vlt. Eod. Titul. Hostiens. in Summa Tit. Qui cler. vel vouent §. quia vouens Gloz. Innocent. & Panormit. ad Cap. porrectum Cap. ad nostram de Regular. Idemque Vsu receptum, prodit Franciscus Marcus, apud Gratianopolim Senator, Delphinali Decis. 959. Parte 1. Vbi de Dominicanis Sororibus, & Franciscanis agitur. Atque, vt domestico exemplo edocti, nostrum his adijciamus calculum, re experti sumus, Radegundem gnatam nostram in Monastica verba iurasse penes Cœnobitici templi Antistitam B. Mariæ de Hedera: præsente, ac solennia Sacra peragente Præfecto Conuentus B. Victoris, Lutetiæ Parisiorum. Tertio Idus Iunias An. 1597. Peruetusta sanè hæc Cella est Monastica, in quam, Regia Ludouici Crassi, & Iunioris beneficia, ob-

* signum, seu Insigne sacrum.

Abbatissa eorum quidem, quæ dependēt à iure Clauiũ, incapax est: Sed Monasticæ professionis receptio ab ea iure non dependet. Ex cap. Non solũ De Regular In 6.

Abbatia monialium *d'Yerre*, Ordinis S. Benedicti, secũdum reformationem Stephani Episcopi Parisien.

Die 11. Iun, 1597.

seruaui condita in Archiuis Monasterij, Munificis septem Rescriptis, An. 1134. 1138. 1139. 1143. 1153. 1161. & 1166. quorum exemplaria habemus. Vnde vix concilietur Rigordo Philippi 2. Historiographo fides, Cœnobij huius fundationem Mauritio Soliaco acceptam ferenti, Episcopo Paris. Quem tamen Episcopum agnoscit ipse, è viuis migrasse duntaxat tertio Idus Septembres. An. 1196. Diplomatum autem illorum Principalium insignius est penultimum, tali scriptura. *Ego Ludouicus &c. Post obitum Parisien. Episcopi bonæ memoriæ Theobaldi, Episcopatus, & Regale in nostram manum venit, & similiter Capiceriæ reditus. Sed cùm Oblationes, & reditum Altaris nollemus assumere in vsus Regios, Monasterium virginale de Hedera conspeximus multis indigere, & sacrarum Virginum indigentiæ succurrere dignum duximus. Notum itaque facimus vniuersis &c. quod pro nostra & antecessorum nostrorum Regum Franciæ animabus, quicquid capiebamus in Capiceria Ecclesiæ Parisien. vacante Sede, & Episcopatu existente in manu Regia, Conuentui Sororum de Hedera, quoties vacauerit Episcopatus, donauimus habendum, vsque ad ipsam diem qua facta fuerit electio. Et interim dum tenuerint Moniales Capiceriam, ipsius Capiceriæ & Altaris, tam de luminaribus, quàm de alijs necessarijs, sicut est consuetudo Ecclesiæ, expensas facient &c.*

Rigordus (Lib. De Gestis Phil. Augusti) ait, Mauritium de Soliaco Episcopum, in sua Diœcesi fundasse. 4 Abatias (illo regnáte) quas & dotarit egregiè, Heriuallem, Hermerias, Hederam Gif.

Die. xi, Septemb. 1196

Rescriptum est aliud Admortizationis terrarum & bonorum Abbatiæ d'Yerre An. 1138. Confirmatum à Phil. Augusto, Ludouici regis filio. An. 1189.

Regalia, in Ecclesiam Parisiensem

6. Abbatum rursus muneri incumbit, Monachos vt solenni Ordinis voto deuincire, iureiurando, ita iuratos professósque votum, intra Monasterij claustra pro potestate continere. Caus. 17. Quæst. 3. Et Tarraconen. Concilij cap. 11. Ecclesiasticæ enim disciplinæ haud contemnenda pars est, Cœnobitis vtriusuis sexus exire Cœnobio non licere, nisi impetrata venia à Monastici cœtus Magistro ex causa legitima. Id quod ab Aurelianensi. 1. Synodo repetunt Galli, Benedictinæ Regulæ cap. sexagesimo septimo ac Pontificijs Benedicti duodecimi Constitutionibus (cap. 24.) Quas quidem renouarunt Comitialia decreta Monastici eius Ordinis An. 1581. Articulo 94. in Titulo De Claustro. Neque ijs refragantur Augustinianæ Normæ præscripta, de communi vitæ victusque ratione Cœnobitarum, & Canonicorum. Eam Augustini regulam, Hugo Victoriani monasterij alumnus Scholijs expoliuit. Munitissima sanè Monasticarum & Canonicarum ædium septa claustraque condita sunt antiquitus, ne his egrediundi libera monachis potestas foret, clanculumvè regrediendi, eoque obtentu profanos homines, famosósque adeo istuc introducendi. Vt sacro Aquisgranensi Concilio prouisum fuit Anno. 816. Cap. 117. Viennensi item œcumenica Synodo, Cap. 1 §. quia verò nonnulli de stat. monach. In Clement. Tum Constitutionibus Fratrum charitatis B. Mariæ, ad flumen de *Roignon*, Catalaunen. diœceseos Quæ in publico Ordinis congressu latæ sunt Constitutiones, ac in lucem editæ An. 1547. De Apostatis Cap. 15. Moniales similiter vetuit Tridentinus Conuentus Christianæ Ecclesiæ, vagari, Cœnobiisque exilire, quouis captato prætextu: nisi iusta causa intercessisset, Episcopo adprobanda. Sessione 25. Cap. 5. Decreti de Regular. & Monial. Secundùm Bonifacij 8. sanctionem hanc Periculoso de stat. regular. lib. 6. Quibus affine subtexitur Rescriptum Pij 5. Antistitis Max. Nono Calend. Februar. An. 1566. & Gregorij 13. An. 1572. Tertio Cal. Ianuar. Neque hæc nouo ac commentitio iure subnixa esse, arguit Byzantium 6. Concilium: cuius Cap. 46. prohibitum fuit, ne sacratæ DEO virgines extra Monasterium progrederentur: Si qua verò illarum ex eo digressum vrgeret inexorabilis necessitas, tunc Sanctimoniales, viæ comitib. additis aliquot Cœnobij primoribus aniculis, pedem efferrent Monastica domo, Antistitæ permissu, * eulogiaque sumpta. Hildebertus planè Turonum Pontifex increpuit monacharum leuitatem sui seculi, quæ Cœnobijs digredi solitæ, externa quærerent hospitia, vt delicijs animos licentiùs soluerent. Epist. 79. Proin Gallica Errici 3. Lege Blesensi iubentur Moniales, quæ *Regualri* voto fidem obstrinxerint, suis se finibus Casæque Monasticæ septis continere. Dempto, si probabilis emergens ratio forsan, quæ Virginei Conuentus Magistræ patefiat, aliud postularit. 31. Nam bellorum metu hostilisque ferociæ, indulgetur monialibus temporaria di-

Ex hoc Concilio haustus Can. Monachi. 19 Quæst. 1.

Can Abbates pro humilitate religionis 18. Quæst 2.

B. Patris Benedicti Regula Libello comprahensa, de qua Nos postea.

Benedictina Statuta, ad monachos nigros.

Statuta & decreta in Capitulo generali Benedictinorum: de quibus Nos Lib. 2. Sac. Polit Tit. 7. Art. 13.

Fratrũ Charitatis B. Mariæ *de Roignõ*, qui à Bonifacio 8. instituti sub regula tertij Ordinis S. Francisci, postea subiecti sunt à Clement 6. regulæ S. Augustini Die. 27. Iulij An. 1346. Statuta redegit publicis Scriptis Fr. Iohannes Siliceus, eiusd. Ordinis monachus An. 1548.

Bulla Pij 5 die. 24. Ianuar. 1566. Et Gregorii 13 de Clausura sanctimonialium.

Constantinopolitanum 6 Concilium.

* benedictione.

S. Hildeberti Liber Epistolaris allutur Tomo. 3. bibliothecæ Patrum.

Concilior. Volum. 3.

greſſio è Monaſticis Cellis. Ex Concilio apud Palatium Vernis, Pipino rege, coacto, An. 755.

Edicta Caroli 9. regis Lie. 14. Decemb. 1563. Et. 4. Auguſti 1564. Quorũ anterius in Curia Pariſien publicatum eſt die. 20. Decemb. 1563.

7. QVANTO ſeueriùs igitur cum ijs agendum, qui, quævè in medijs Bellorum ciuilium Motibus eruperint è Clauſtris, abiectáque Religionis Toga, in Apoſtaſiam inciderint? Tales enim fugitiuós ac deſertores Monaſterij, licèt cõnubio interim iunctos, ritè vindicant *Abbates*, ſub iugúmque reuocant Monaſticum: Alioquin peruicaciùs contumaces illi, Gallicum ſolum vertere compelluntur. Principali Edicto poſtridie Idus Decembres An. 1563. (Art. 12.) quod promulgauit Senatus Pariſiorum. 13. kalend. Ianuar. ſeq. Tum Francica Lege apud Ruſcinonem edita pridie Nonas Sextiles An. 1564. Quinetiam poſteriori Lege Regia ſtatutum fuit, Cœnobitas, qui, laxatis corruptelæ omnium Ordinum habenis per inteſtinos Galliæ tumultus, in hos ſe vltrò deſultorij coniecissent, relicta Cella, quietéque Monaſtica, profanis parentum hæreditatibus arceri, excludi. Maio Menſ. An. 1576. De Carthuſienſi tamen anachoreta, diſſertatum eſt nouiſſimè in ſuprema Lutetiæ Curia, ferendusnè eſſet, qui iuſta ætate Monaſticum Inſtitutum profeſſus, ſacros Lares deſeruiſſet occaſione patriarum Seditionum, mutatóque, cum Veſte, Religionis orthodoxæ cultu, moueret nunc Familiæ herciſcundæ iudicium alijs parentum hæredibus. Cui bonorum controuerſiæ interceſſit Carthuſianus Conuentus, apud quem ſua ille vota Superis nuncuparat, præfractéque contendit, Cœnobitam ſibi reddi, priſtinæque reſtitui ſeruituti oportere, antequàm procla-

Le Vendredy 26. iour d'Aouſt 1605. plaidant en la Chambre de l'Edict, Germain, Pour quelques Bourgeois de Paris, contre vn Capucin leur frere apoſtat, & qui long-temps apres ſa profeſſion monaſtique & preſtriſe ſe ſeroit faict Heretique, allant au Preſches d'Ablon, appellant d'vne ſentence du Preuoſt de Paris. La Cour en confirmant lad. ſentence, l'a declaré non receuable en ſa demande d'vne penſion alimentaire, de vingt ou trente eſcus, au lieu de ſa part hereditaire ſur les biens de leurs feu pere & mere communs. Veu que luy eſtant Religieux, ſerf, mort au monde ne pouuoit agir ſans ſon Conuent, Etiamſi de alimentis agatur. l. ſeruos ff. De alimentis & cib. legat. l. ſi in metallum D. de his qui pro non ſcriptis habentur.

Decretum Curiæ in Camera Edicti die. 26. Ianuar. 1600. contra Nicolaum *du Rouure, demandeur en Requeſte ciuile contre vn Arreſt du grand Conſeil, appellant comme d'abus, & incidemment deffendeur en redintegrande de ſa perſonne à ſon Conuent de Chartreux.*

Literæ Pontificiæ die. 15. Decem. An. 3. Pontificat.

Thomas Scroope, Anglus, Diemoniensis Epiſcopus, Librum contexuit, De Carmelitani Ordinis primordijs & dignitate.

Bullæ, Pij 2. die. 5. Decemb. 1459. pro Carmelitis. Et 22. Ianuar. 1462.

Arculphus, Epiſcopus Gallus, ſigillatim deſcripſit Hieroſolymit. Vrbem, & alia loca Terræ ſanctæ, quæ olim piè viſitarat Libello autographo, qui eſt in Abbatia S. Germani Pariſien.

mans in libertatem audiretur. Forenſi demum Actione patronorum diſcuſſo negotio, ſummotus eſt hæreditatis petitor, Sed quia perdiu vagus iſte circuncellio, prauos interea opinionum errores Chriſtiana de fide imbiberat, publicè vtilius viſum PATRIBVS CONSCRIPTIS, eius conſortio eximi Carthuſianos Sodales, quàm, pro ipſius reditu in Cœnobium, pronuntiari: ne inſidi vnius transfugæ ac nouatoris contagione, Monaſticus grex totus inquinaretur. S. Conſulto Pariſien. 7. Kalend. Februar. Anno Iubilæo. 1600 quùm Yſaacus Arnaldus, pro Nicol. Rouureo, cœnobita Carthuſienſis Baſilicæ *d'Aulroy*, in Britannia Celtica, oraſſet: Dulacus, contrà, pro ſororum illius maritis: Montholonius, pro Ordine Carthuſienſi: & Marius, pro Cognitore Fiſci. Ceſſante autem publicæ vtilitatis ratione antedicta, Ius eſt perpetuum, *Regularibúſque* inſitum Collegijs, vt ipſorum alumnus, tùm curſitans aliò, cogatur actutum recipere ſe in Monaſterium, abs quo temerè ſeceſſerit. Sicuti apud Carmelitanos Fratres ſancitum reperitur Apoſtolico Clementis. 4. Diplomate. 18. kalen. Ianuar. An. 1267. in hanc formulam. *Mandamus vniuerſis Prælatis & Rectoribus Eccleſiarum, vt nullo modo, profeſſos Apoſtatas, in Ordine, in habitu, aut ſine habitu retineant, aut retineri permittant: Sed Miniſtris, Cuſtodibus, aut Gardianis reddant, cùm ab eis, ad quos ſpecta[illegible], fuerint requiſiti.* Nec diſſentaneum eſt huic Pij. 2. Reſcriptum Nonis Decem. An. 1459. hoc titulo, *Quòd Carmelitarum Prælati poſſint incarcerare & punire Fratres apoſtatas, & criminoſos.* Imo nec Religioſo cuiquam licet, Tranſmarinum votum migrationi è ſuo Conuentu prætendere, niſi eius Magiſtro Conuentus antea exorato. Pontificia Lege Iohannis. 22., in *Extrauagantes* traducta, De Regularib. Cap. 2., eíque conformibus Tabulis Pij. 2. An. 1461. Vndecimo Kalend. Februar. ita ſummatim conceptis. *Quòd nullus Frater Regularis Obſeruantiæ poſſit viſitare Sepulchrum Domini, vel alia loca Hieroſolymitana, etſi ad hæc obtinuerit licentiam à Sede Apoſtolica, niſi de conſenſu ſuorum Prælatorum.* Cuique etiam adeo, Roma, aut Venetijs, ad Syriacum illud iter accincto neceſſaria eſt Codicillaris venia Sanctiſſimæ Se-

dis: E Massiliensi autem Galliæ Ora soluentibus nauéque vectis, eodem, sufficiunt veniales Literæ sacri Primatis Solymorum: à quo noxijs soluti, idonei fiant lustrando inuisendóque CHRISTI Monumento. Sicuti religiosus Eques Melitensis Militiæ denarrat Villamontius. Lib. I. Peregrinationis suæ Hierosolymit. Cap. 25. Quantò probabilius ergo Anachoreticum B. Patris Antonij apophthegma, *Quod Piscis in arido, id Monachum esse in Oppido*, húncque, cœlestis vitæ in periculum, sanctiorísque amittendæ professionis venire, qui moras in Vrbibus traheret. Auctore, secundùm alios, Nicephoro, sacror. Annal. Lib. 8. Cap. 40. Proinde Yuo Carnutum Pontifex taxat acerbiùs Columbenses, Senonum monachos, qui Cœnobiticam Cellam leuiusculè identidem desererent. Epist. 107. ad Monachos Columbensis Cœnobij. Id quod humanè tamen benignéque accipiendum censuit Yuo, cùm ad Dolenses, Biturigum, cœnobitas scriberet, ne à Cœnobiarchia, quæ suffragatione deferretur Sodalitij, vnus Sodalium idcirco repelleretur, quia ab Monasterio illo, tolerabili ex causa, aliquandiu discessisset. *Nam & Religiosi quidam*, ait, *relictis probabili causa monasterijs suis, ad Cluniacense, vel alia Monasteria secesserunt, vel ad Ecclesiasticas dignitates, aut Monasteriorum curas sine vlla repulsa ascenderunt. Ex quibus, duo de Monasterio Crucis litterati viri, alter ad Episcopatum Aruernensem, alter ad gubernationem Monasterij S. Laurentij Aruernen. Apostolica auctoritate assumpti sunt*, &c. Epist. 31. Quinimo Oldradi I. C. opinione, cooptatur licitè ad Cœnobij Præfecturam, qui priùs ab ipso digressus, mutata etiam Veste, postea deprecatus sit culpam, & impetrata venia, in Monasterium redierit. Iuris Responso. 202. Prudens nimirum hæc est Religiosorum hominum Politīa, ne Monasterio extrudatur quis ob crimen quantumcunque, sed censoria vti pœnę animaduersione in melius emendetur, potius quàm abdicatione proscriptus, Apostasiam incurrat. Gregorij. 9. Cap. vlt. De Regular. Can. Abbates. Caus. 18. Quæst. 2. Speculat. In Tit. De stat. monach. Vers. 23. Ancharan. in Respon. 352. Eòdem vergit Decretum Prouincialis Biturigum Synodi An. 1584. Mens. Septemb. Isthinc porro casum vnum excipiunt Cęlestini Fratres sua Lege maioribus in Comitijs Patrum sic dictata An. 1589. *Fratres fugitiui & apostatæ, qui se matrimonij, durante Apostasia, vinculo iunxerint, si ad Monasteria nostra reuertantur, non recipiantur, sed ad summum Pontificem remittantur, vt eius absolutione gaudeant.* A quibus haud abludit prorsus suprema Ordinis Ampliss. Sententia, aduersus cœnobitam erraticum, qui castrensi Militiæ nomen dedisset, excursorem, militari etiam in sago comprehensum, criminis reum. Hunc quippe Latrunculator, Cœnobij repetundi iure, Forique præscriptione cassum iudicarat. Senatus pariter ex prouocatione aditus, rectè iudicatum pronuntiauit, Duodecimo Kalend. Februar. An. 1547.

Patriarcha Hierosolymit.

S. Antonij, Eremitæ, de Monachis, elogium.

Vt Piscis sine aqua, Ita nec Monachus sine Claustro. D. Hieronym.

Abbatia *de S. Colombe, lez Sens* Huius S. Colũbæ Abbati rescribit Innocentius 3. in Cap. ex parte. De Decim.

Abbatia *du Bourgdieux, ou Bourg de Dolz, en Berry.*

Concilium Bituricense.

Articuli confirmati in Capitulo generali Cælestinorum An. 1589.

Il y a aussi Bulle de Leon X. de l'an 1516. *le* 1. *iour d'Octobre, transcripte entierement par Boerius en sa Decision* 69. *Par laquelle Bulle à la supplication du Roy de France contre son Clergé, il est ordonné que les Clercs delinquans seront punissables par les Iuges Royaux*, si tempore perpetrati eorum delicti & per 4. menses ante non incesserint in habitu & tonsura clericali. Iuxta Cap perpendimus. De sentent. excommun.

Lutetianæ Curiæ Placitum die. 21. Ianuar. An. 1547. contra desertorem Monasterij, militiæque sectatorem errabundum, qui ideo Monasterij sui, forique priuilegio summotus est. Ex Lib. 2. Placitorum Curiæ, Ioh. Lucij. Tit. 2.

8. NE AVTEM Monastico otiô, ad fœda istiusmodi erronum transfugia, abutantur cucullati adolescentes, Monasterij Præfectus rem literariam prouehere tenetur intra Monasticos parietes: vt sacræ disciplinæ neruum firmissimo hoc præsidio retineat, simul & iuris beneficijque sui Sacerdotijs dignos Cœnobitas efficiat. Nam, curante eo, prælegendi sunt Monasticæ pubi melioris notę Auctores à professore literarum, cui eam prouinciam Cœnobiarcha delegarit. Hoc quidem ita, vt Grammaticam pueros rudioresque, Theologiam grandiores edoceat. Nè verò pij huius procurationem officij negligat religiosus Abba, seculiuè fiduciarius,

Art. 8. Reformationis *de l'Vniuersité de Paris de l'an* 1600. Tit. Statutorum faculta-

tis Theologicæ, nemo siue Monachus, siue secularis ad Bachalaureatum admittatur, nisi per annos 5. ab Artium Magisterio Theologiæ operam nauarit, & ætatis suæ annum 30. attigerit.

Art 9 Seculares & Monachi possidentes, temporis studij fidem faciant publicis Instrumentis: Mendicantes id præstent eorum testimonio, sub quib. meruerint.

Benedictinæ Constitutionis, à Benedicto 12. P. latæ. Cap. 8. Monachi, sicut cæteri clerici possunt ad gradus & honores scientiæ Theologiæ & Iuris Canonici promoueri.

Le Mardy 27. de May 1603. au roolle de Poictou, plaidans Germain, pour les Religieux Prieur & Conuent de l'Abbaye de S. Nicolas lez Angers, appellans comme d'abus de l'Official d'Angiers. Et Augustin Choppin pour frere Pierre Danecourt Religieux dudit Conuent, Escolier en l'Vniuersité de Paris intimé. La Cour sur l'appel comme d'abus, mettant les parties hors de Cour & de procez, ordonne que les appellans payeront à l'intimé sa pension scholastique & d'estude en ladite Vniuersité. Et au surplus que l'exemption desdits Religieux Benedictins ab Episcopis & ordinarijs, *sera gardee & entretenue.*

Titularius, vel Commendatarius Abbas.

Lateranense, & Tridentinum Concilia.

Tit. 5. Art. 12. Lib. 1. Sac. Polit.

Lib. 2. Tit. 19. Art. 6. Et toto Tit. 27.

Cap. 68. Lib. 1. Vers. Et vt scholæ legentium puerorum fiat, Psalmos, notas, cantus, computum, Grammaticam per singula Monasteria, vel Episcopia, & libros catholicos bene & emendate habeant. &c.

Viennense Concilium. Vers. Rursus vt monachis proficiendi in scientia, via opportuna non desit &c.

Coloniense Concilium prouinciale, Tomo. 4. Concil.

Statuta Ordinis S. Antonij de Viennois.

Synodus Coloniensis Prouinciæ.

Tit. 5. Art. 18.

* speculatiuæ.

Idem cautum Turonica Synodo prouinciali, Mense Septemb. 1583. Beneficia à Monasterijs dependentia Religiosis ipsorum conferri, vt panem filiorum alieni non manducent.

cautim obseruare debent Fiscales Actores, illúmque, Regia manu in profanos Cœnobij fundos iniecta, ceu aculeo quodam extimulare: & quantam huic negotio operam diligentiámque impenderint, certiores facere summos quosque, & Senatorios Galliarum magistratus. De eo recentia extant Principum nostrorum Edicta, præter Synodicas Laterani, & Tridenti sanctiones, quas memorauimus Libro primo Ecclesiasticæ Politiæ. foren. Regium quippe est, nedum Pontificium, munus, Pacis artes colere, non minùs quàm Belli: ac subditos cunctos, optimo hoc Reipublicæ seminario ad politiorem vitæ cultum adigere. Sicuti à Nobis scriptum est, Libro tertio DOMANII Gallici. Memphyticis vtique sacerdotibus delata fuit quondam Sparta hæc literariæ Professionis obeundæ. Diodoro teste, Rerum antiquarum. Libro secundo Capite tertio. Ita Karolus Magnus puerilis Scholæ præfecturam tribuit Sacerdotali, & monastico Ordini, Francica Lege. Libro primo. Capite sexagesimo octauo. De ministris Altaris Dei, & de Schola. Paternę dehinc, auitęque Politię ęmuli Ludouicus Pius, & Lotharius Imperatores promouerunt publica liberalioris Doctrinę Gymnasia, in eaque principatum seu Magisterium Episcopis addixerunt, Cleróque ipsis militanti. Libro secundo. Legis Franciceæ. Capite quinto. Versu. *Scholæ sanè ad filios, & ministros Ecclesiæ instruendos, & cætera.* Ac ne monasticæ illhic Disciplinæ fines transiliam, de qua susceptus est sermo, Clemens quintus Pontifex, acto Viennę Allobrogum Concilio Pręsulum Christianorum, cauit obnixè, cœnobitas à domestico literarum Magistro & doctore priuatim imbui, expolirique mansuetioribus Musis. Clement. 1. §. penultimo. De statu monachorum. Neque has Religiosę exercitationis studijque partes omisit Benedictus Duodecimus Pontifex, Capite sexto monasticarum Constitutionum: nec Agrippinensis Vbiorum Synodus habita Anno. 1536. De vita monastica, Capite 31. Quibus adhęrent nuper statuta, frequenti Ordinis conuentu [illegible] nis Exemptorum, An. 1581. Tit. De literarum palęstra, Art. 4. [illegible] ijs similiter Ordinis Constitutio B. Antonij Viennensis, *Quod libri Theologiæ non veniunt sub nomine spolij, sed debent reponi in Libraria Monasterij.* Quinetiam cœnobij Antistes suis Legibus districtè monetur, compellitúrque, selectos, in publica Musęa, cœnobitas amandare, suis impendijs alendos & erudiendos, tempore his Mineruę sacris pręfinito. Vt Benedictus. 12. P. constituit, cap. 7. 8. 21. *De pensionibus studentium soluendis*, Et Agrippinensis Concilij Præsules, cap. 7. De vita monast. Post Lateranense œcumenicum, quod Innocentij. 3. auspicijs conuocatum est, Tit. de Magistris Cap. penul. §. verùm. De eadem scholasticorum Cœnobitarum in Academias missione, delibamus nonnulla, Libro tertio Ecclesiast. Polit. foren.

MONASTICÆ demum ac * theoreticæ vitę solatio quodam, eroganda sunt literatis Monachis à Cœnobiarcha, suę beneficia Ecclesię,

præcipuo

Le Mardy 31. de Iuillet 1601. il a esté iugé au Roolle de Chartres, plaidant Fauereau pour l'Abbé & Conuent de Vierzon en Berry, appellans du Bail iudiciaire faict de leurs reuenus, par les Receueurs des Decimes, à la charge de la portion Monachale d'vn des Religieux, Curé. Et Tronco pour ledict Religieux, qui confessoit bien auoir ladicte Cure: mais l'Abbé & Conuent y prenans la pluspart des dismes, il luy demeuroit peu pour s'entretenir en sadite Cure; & pource vouloit encores auoir sa portion monachale, comme simple Cloistrier. Il a esté, inquam, *en emendant ledit iugement du Bailly de Berry, que ledict Religieux n'auroit point de portion monachale, tant qu'il auroit quelque benefice dependant dudit Monastere.*

Non Monachus in Prælatum regularem eligi non poteft Cap. cum ad noftram Cap. cum caufam Cap. Cum in Magiftrum. De elect. Nam Monachi non eligunt clericos ad fuas dignitates. Can. omnis 28. quæft. 1. Can. ficut facerdotes 2. quæft. 7. nec in Abbatem eligi non poteft, nifi inftructus in regula monachali Cap. officij tui. De elect.

Nicolai 4. P. Bulla ad Cluniacenfes edita. 2. Idus Septembres An. 1290. Nullus nifi Cluniacenf. Ordinis Religiofus, in Cluniacenfi Ordine Beneficium habere debet. Idem cautum eft Bulla Gregorij XI. P. ad Cluniacenfes. Auenione Idib. Ianuarijs Pontificatus An. 6.

præcipuo quodam ac eximio iure. Durum Romanis ethnicis videbatur, publicanos, Vicefimæ nomine, inferi paternæ in filios hæreditati: nec fine piaculo, fanctiffimas neceffitudines, velut intercedente Vicefima, fcindi: aut tanti effe Vectigal iftud, quod liberos ac parentes faceret extraneos. At quantò acerbius, ecclefiaftica patris Abbæ Munera in alios conferri, quàm eius nutritios, filiófque fpiritales, qui religiofa votiui Obfequij profeffione illum venerentur? Apoftolico Innocentij 3. Refcripto, Poffeffiones De reb. Ecclef. non alienan. Verf. *aut Ecclefias, in quibus Monachi miniftrare confueuerunt, Clericis, vel Laicis adfignare.* Imò nec alterius quidem Cœnobij alumnis tránfcribi æquum eft inferiora Monaftici templi Sacerdotia, quæ natis ipfis, indigenifque debentur, potiùs quàm adfcititijs colonis. Vt Bonifacius 8. P. edixit Cap. cum fingula §. prohibemus De præben. Quod & Clemens 5. P. Viennenfis Synodi decreto feruatum voluit, & Benedictus 12. fucceffor, Monaftica Lege ratum effe iuffit, cap. 31. Benedictinæ ad Monachos nigros Sanctionis. Id quoque Iudicijs definitum eft Aquitanici Senatus 7. Idus Septemb. Anno 1504. Apud Boërium, Decif. Burdigalen. 260. Iifdem congruunt *Statuta*, Congregationis Benedictinorum Exemptorum reftitutoria, quæ publicato Volumine, peruia Lectoribus proftant. Tit. 1. de Ecclefia, Art. 27. Vbi citatur confimile S.C. Prætorianum, poftridie Nonas Apriles Anno. 1580. Neque ab his diffentit familiaris Rhodiorum Equitum Conftitutio, à Fr. Claudio *de la Sangle*, Ordinis Magiftro, edita, in hunc modum. *Omnia beneficia Ecclefiaftica noftri Ordinis, quorum collatio aut præfentatio ad noftrum Ordinem pertinet, nullis conferantur, aut nulli ad ea præfententur, nifi fint Fratres ipfum Ordinem profeffi.* Cui planè confentanea eft alia facræ ipfius Militię Sanctio iſthęc, eodem Legiflatore. *Nullus Frater, Ordinis noftri, cuiufuis conditionis fuerit, Commendam de gratia, aut de cabimento habere poffit, nifi poft fumptum noftri Ordinis habitum, & quinque annos à profeffione facta, nec Penfionem aut Membrum, nifi tres annos in Conuentu noftro moram traxerit, continuos, aut per interualla, ac ius paffagij foluerit.* &c. Si igitur difficilis fcopulofáque eft cœnobitæ in aliud Cœnobium emigratio atque tranflatio, ad huius Sacerdotia affequenda, (ex Cap. 10. Chalcedonenfis, & 27. Agathenfis Synodorum) Longè infirmius, feculi Clericus *Regulare* facerdotium præripuerit cucullato facerdoti. Eòdem recidunt, quæ in perpetuas facrorum huiufmodi Munerum commendationes Fiduciáfque antea executi fumus. Interim fcitu dignum eft, Beneficiariam Ecclefiæ in litem incidiffe nuper quæftionem ftatus Vilhelmitarum Sodalium apud PRÆTORIANOS PATRES, nùm ipfi Sacerdotiorum incapaces forent, tanquam Eremitę Auguftiniani, pauperculi: an verò capaces, tanquã Benedictini, Diuique Benedicti Regulę primitius addicti. Intẽdebat enim Mathurini Fratris, Vilhelmitæ, aduerfarius, Sectæ huius auctore Vilhelmo Aquitanorum Duce exortum fuiffe ac propagatum Ordinem Eremitarum B. Auguftini: qui facram Paupertatem omnino profeffi, arceantur etiam priuatis Ecclefiæ Muneribus ac beneficijs. Vt refert Volaterranus,

Plinius, in Panegyrico Traiani.

Clement. Ne in agro §. cæterum Verf. fanè Prioratus de ftat. monach.

Burdigalenfis Curiæ Areftum die 7. Septemb. 1504.

Magni Confilij regij Placitum die 6. April. 1580.

Statuta Ordinis Domus Hofpitalis Hierufalem. Tit. De Cómendis & Adminiftrationibus.

Cabimẽtum, i, Commenda, Fratri fuo ordine conceffa, de qua rationem probè reddere poffit.

Synodico Can. fi quis iam tranflatus 21. Quæft. 2. Can. monachum 10. quæft. 4. Cap. vlt. de regular. In Antiq.

Commendæ regularium Beneficiorum, fecularibus factæ.

Lis mota in magno Regis Confilio, an Gulielmitæ monachi, aliàs *Albi Mantelli*, fint Ordine ipfo & Regula Benedictini, an verò Eremitę Auguftiniani, De quo, Nos obiter Tit. fuperiore, Art 5.

D

Anthropologiæ lib. 21. Vnde fortiùs adhuc colligebat ille primo intuitu Vilhelmitam, Benedictini sacerdotij competitorem, non esse audiendum: Sed prolixam hanc originis Monasticarum Familiarum nubeculam discussit Samso Hayus, Vilhelmitanæ Sectæ, erudito Libello, in publicum emisso pridem: Quo, veteribus Sanctæ Sedis Codicillis fretus, ostendit indubiè, Vilhelmitas, canonica Norma sua, Benedictinos perstare, nec vllatenus Eremitas Augustinianos. Id quod graphicè adeo exprimũt Vrban. 4. Pontif. Tabulæ percelebres, *Ad Priorem & Fratres Ordinis S. Gulielmi*, decimo Calendas Februar. Anno. 1263. hac verborum dialecto. *Vrbanus, &c, Sanè petitio vestra nobis exhibita continebat, quòd licet vos Ordinis S. Benedicti regulari Obseruantiæ adstricti sitis, nonnulli tamen ex vobis, assumpta audacia: quòd sub leuiori pugna de antiqui hostis versutijs facilius triumphabunt, humanæ fragilitatis seducti consilio, ad mitioris Obseruantiam Ordinis adspirantes, ad Ordinem Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini proprio motu se transferre præsumpserint &c. Nos igitur pijs vestris supplicationibus annuentes, ne quis, postquam in Ordine vestro votum professionis emiserit, ad præfatum Ordinem Eremitarum, absque præd. Sedis licentia speciali, se transferre valeat, auctoritate præsentium inhibemus &c.* Itaque vt rem in pauca conferam, Regij in Prætorio Consiliarij, litigiosum Cœnobioli Benedictini Primatum Vilhelmitæ adiudicarunt, vtpote Benedictino, nec Eremiticam Augustinianorum vitam ac mendicitatem votis amplexo Suprema sententia 3. Nonas Apriles Anno. 1599. de controuerso iure monastici Primatus Transij, qui Ebronio, Benedictinæ Sectæ, Monasterio contribuitur. Nec absimile factum est ab ijsdem Senatus-Consultum pro Ordine Cruciferorum, Augustinianæ Regulæ, Martio Mens. Eodem Ann. Tametsi enim *Prioratu* competitor B. Iohannis Dommartini, Crucifero opponeret Ludouico Paruo rigidiorem suam vulgari Augustiniana legem normámque, opum exclusoriam, sacrarum æquè, ac profanarum: Placuit tamen Prætoriano Senatui Cruciferos, ecclesiasticis beneficiis, perinde ac Augustiniani Ordinis alios quosuis, donari, fruique posse. Decreto ex possessoria lite, quam Dn. Grangius Senator: collegis suis enucleabat. Hæc CRVCIFERORVM Familia conditorem ciet sacræ Solymæ Præsulem Cyriacum: qui priùs Iudas dictus, ostendit Helenę Augustæ locum, in quo CRVX CHRISTI iaceret: ex eáque, miraculorum spectaculo, conuersus ad Christianam Fidem, illo fungitur Episcopatu, ac Martyrio demùm, 4. Nonas Mart. An. 365. Qui verò posteris seculis assumpti sunt ad Cathedram Petri, Alexander. 3. & ambo Innocentij 3. 4. illum Ordinem comprobarunt, varijs additis Priuilegijs. Vt Martiniana, & Sabellici Historia perspicuum fit: cum noua monasticarum Religionum Descriptione Pet. Morisij, Iesuatæ Hieronymiani, Cap. 31. At priuatus Familiæ Cruciferorum Codex * autographus, quem euolui, orditur ab illo Innocentio 4. suíque Instituti auspicia desumit à Pontificio ipsius, Diplomate 10. Calendas Nouembres Anno 1248. apud Lugdunum Galliæ Vrbem, in qua Oecumenicum tunc Christianæ Ecclesiæ Concilium agebatur.

Bulla Vrbani 4. P die 23. Ianuar. An. 2. Pontificat. Pro Albis Mãtellis. Cui conformis est Alexandri 4. Bulla xj. Calend. Septemb. An. 2. Pontific.

Ad S. August. Regulã Expositio legitur Hugonis de S. Victore. Cui Hugoni D. Bern. rescripsit. Epist. 77.

Arestum Magni Cõsilij die 3. April. 1599. pro Mathurino *Le Frere, de l'Ordre des Guillemins, ou Blancs-Manteaux, nommé par M. d'Amboise, Maistre des requestes Indultaire de la Cour de Parlement, au Prioré de Trans, dependant de l'Abbaye d'Euron, au Maine.*

Fr. Ludouicus *Petit*, religiosus S. Crucis, Ordinis S. Augustini Quem aduersarius contendebat verè ex eo Ordine non esse, sed arctiori lege Augustiniana, ab omnium Beneficiorum susceptione excludi.

Cruciferorum Ordinis monastici origo.

Die 4. Mart. Ann. 365. martyrio coronatus Hierosolymorum Episcopus Cyriacus.

*manu scriptus.

Apostolica Bulla die 23. Octobris 1248.

10. COENOBIARCHÆ item, monasticiuè Conuentus Primati necesse est, ordinari intra annum, & ad presbyterij vsque gradum erigi, promoueri. Ab Synodo Viennensi, cap. ne in agro §. cæterum de stat. monach. Annariæ autem huic Legi si non paruerit nouus Cœnobij, Primatusuè monastici beneficiarius, omnes ex eo perceptos fructus restituere tenebitur. Regia Francorum Constitutione Blesensi perlata An. 1579. §. 9. Iuxta Pontificium Bonifacij 8. Caput, commissa de elect. Vers. *teneberis ad restitutionem fructuum eorumdem, cùm eos receperis fraudulenter.* Ad suam quoque curam & sollicitudinem reuocare debet Archimandrita inferiores subditosq; Cœnobio suo Primatus monasticos: vti à singulis Primatibus officiosè probèque tractentur, administrentur. Ducto argumento, ex Cap. Ordinarij De offic. ordin. In 6. Et §. Ordinarij autem inquirant De Pacif. possess. In

Francicum Edictum super Articulis propositis in Statibus generalibus Franciæ, apud Blesos.

Pragmat. Sanct. Ac propterea Regij Consilij PATRES contradicto iudicio decreuerunt, postulante N. Escoubleo Ædis Iouinij Cœnobiarcha, minores Præfectos monasticorum Conuentuum, qui suo Cœnobio obnoxij erant, maioribus, huiusce Comitijs adesse in posterum, fidem facturos sacrarum collationum, iurisque peculiaris in suum quemlibet *Prioratum*: Alioqui in absentes & contumaces, talium Sacerdotiorum reditus sequestrò deponi Regia manu. Saluo eo, vt sequestrationi fructuum qui intercederent, Prætorianum Senatum adirent, causæ disceptatorem Iudicemque legitimum. Aresto Mai. Mens. An. 1599. Dubitationem certè isthîc mouebat *secularis* Primatûm inferiorum conditio, *regulari* Sacerdotio inhærentium perpetua Fiducia: Qui ideo minimè cogendi videbantur, solenni monachorum Congressui præsto esse, sed annuas tantùm pecunias, pro more, superiori debitas Monasterio appendere. Ex Senatorio Lutetiæ decreto. 5. Idus Maias An. 1515. quod Ioh. Paponius citat, Arestor. Lib. 1. Tit. 7. Ast cōcedamus vtique, Fiduciariam *Prioratus* possidendi causam Monasticæ adæquari Moribus Gallicis, secundùm Panormit. ad Cap. cùm nobis olim De elect. Et quæ Rebuffus congessit in Tract. De pacif. possess. Fateamur etiam, Clericos, qui nulla deuincti sint peculiari Regula, publicos Monachorum Consessus non agnoscere, vel adire. Superioris tamen interest Cœnobiarchæ, inferiores saltem monasticorum Templorum Sacerdotes, singulariáque eorum iura obiter nosse: ne Ecclesiastico munere prorsus indigni, monasticas gerant Præfecturas. Sumpta Innocentij. 3. ratione in Laterana Synodo, Cap. graue De præben. Cap. sicut De accusat.

Placitum Magni Consilij, *au rapport de M. Haligre, que l'Abbé de S. Iouin, en Poictou, auroit commission, pour faire appeller tous les Prieurs dependans de son Abbaye au Chapitre general d'icelle, pour exhiber leurs tiltres de prouisions: & à faute de ce, permis faire saisir leur téporel &c.*

Parlamenti Parisien. Arestum die xi. Maii. 1515. pro Prioribus Commendatariis.

Rebuff. in Num. 36. & seq.

Les sœurs Augustines de la Fere en Picardie, pres le mont de Caluaire fondees par Dame Marie de Luxembourg.

Les Abbez & Conuent de S. Iehan de Laon, dotez & priuilegiez par Raoul, sire de Coucy & de Marle 1246.

Iean Cheualier seigneur Vicomte de Han, donna l'an 1269. les eaux estans à l'entour de leur maison, à la reseruation de la haute & basse Iustice, aux Religieux, Abbé & Conuent de nostre Dame de Han.

HAVD leuiori pietatis officio, & exemplo minoribus profuturo, debet *Abba* seponere condereque quadrantem omnium Cœnobij redituum: quem scilicet Pauperum alimoniæ deuoueat, Monasticorúmque ædificiorum refectioni. Sic enim partiundi Templorum prouentus annui, vt suam egeni, sacrarúmque vicissim Ædium fabrica, & fultura portionem vindicent. Cap. 4. Romanæ Synodi, quæ Syluestro Apostolicum solium tenente, celebrata est. Item Can. quatuor Can. de reditibus Can. mos est Caus. 12. Quæst. 2 Inopibus præsertim sustentandis Ecclesiasticæ sunt dicata facultates. Toto Lib. 3. & 4. Apostolicarum Constitutionum, quas B. Clemens contexuit. Eum in sensum trahitur Karoli Mag. Lex Francica, è Gangrensi Concilio, Ne sacræ Fidelium oblationes pauperibus eripiantur. Lib. 1. Cap. 46. DE OBLATIS PAVPERVM. Basilicæ pariter Diuûm refectionem, fulturámque Reges Galli piè religioséque procurarunt. Nam, vt præteream quæ alibi subnotaui nostrorum Edicta Principum, Senatúsque Consulta, Karolus. 6. percelebrem tulit in Sacerdotes Constitutionem, qui Ecclesiasticas domos ruinosas, desertásq; paterentur, nec in earum instaurationem sacras obuentiones conferrent. Decreuit enim Rex, profana Ecclesiæ latifundia publicè possideri, & redactis inde pensionibus labentia Delubrûm tecta ædificiáque refici ac fulciri, egenos humanè liberalitérque educari. Regia Sanctione pridie Nonas. Octob. An. 1385. quæ interseritur Stylo *Parlamentari*, 3. Parte. Sūmi enim Orbis Monarchæ in vnū communéque cum Pontificibus votum conspirant fouendæ tegendæque Ecclesiæ. Quod & innuere videtur solennis Christianorū Cæsarum, Regúmque ceremonia vetus, ac reuerentia in Celsissimam Sedem, cuius meminit Symmachus Episcopus Roman. in Apologetico aduersus Imperatorem Anastasium. *Omnes*, infit, *Catholici Principes, siue cùm Imperij gubernacula susceperunt, siue cùm Apostolicæ Sedi nouos agnouerunt Præsules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt, vt se docerent eius esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos. Quod de chartis*

De hac redituum Ecclesiasticorum partitione & dispensatione, Nos Lib. 3. Sac. Polit. Tit. 3. Art. 23.

Romanum Concilium, tempore Constantini Mag. Ex Tomo. 1. Concil.

Prioré de S. Iehan de Vendeuil, au diocese de Noyon, dependant de l'abbaye S. Vincent de Laon.

Lib. 3. Sacræ Polit. Tit. 3. Art. 15.

Principis Ordinatio, die. 6. Octob. An. 1385.

Symmachus, Pontif. Max.

quoque tuis apud te etiam possumus adstruere, nisi te anulum, & reum, & inimicum iudicemus, & iudicem &c.

Visitatio & Reformatio minorũ Prioratuum, & Monasteriorum Qualis in Benedictino Ordine statuitur De Visitatoribus Cap. 2. Statutorũ Benedicti 12. P. de Statu Monach nigrorum.

Oxoniense in Anglia, Concilium. Tomo. 3. Concil.

Concilium prouinciæ Colonien. Mart. Mens. An. 1549. sub Adolpho archipræsule. & concil. Volum. 4.

Aquitaniæ Dux Vilhelmus Odilonẽ Cluniaci Abbatem accersijt, eiusque interuẽtu & auctoritate in Cœnobio Angeriacensi; disciplinâ Monachorum sub iugo regulari in melius restaurauit, ex fragmento Aquitanicæ Histor.

Bulla Syxti. 4. die 11. Mart An. 1475. in Cõmendatarios. Cistercienfium Monaster. Qui nullã habebunt Iurisdictionem, eiusuè executionem in d. Monasterijs, sed tota ad patrem Abbatem reducitur. Item quòd talia Monasteria, post mortem Commendatariorum, plenè & integraliter redeunt ad omnimodam Ordinis dispositionem, & prouisionem &c.

Regiæ Literæ die 29. Iul. 1542 publicatæ in Parlamento die. 20. Octob. 1556 Aliæ itẽ, die 14. Octob. 1559. Verificatæ in Curia d. e. 6 Iunii seq.

Arestum Regij Consistorij die 8. Iuin. 1568. Registratum in Curia Paris. die 15. Septemb eod. An. approbans Visitationes & Ordinationes Abbatum Visitatorum, Ordinis Cisterciensium de reparatione ruinosarum Ædium, ex Bello ciuili, quàm de Monialium ex illis translatione in alia Monasteria integra, nec ruinosa.

12 REGVLARIS itidem Hierarchia *Abbates* monet, inferiores Primatus monasticos sigillatim inuisere, aut horum Visitatores, frequenti Ordinis Conuentu, legendos curare qualibet trieteride: Qui in illis regionatim lustrandis, emendanda corrigant, proposita palam restitutâque veteri Disciplina. Ex Lateranensi Concilio, cui Innocentius. 3. præsedit. Cap. penul. §. ordinentur De stat. monach. Et Honorij. 3. Cap vlt. Eod. Tit. Censorium quidem istud in subditas Ecclesias Munus, generatim explicatur Decretali lege Procurationes §. porro Visitationis officium exercentes. De censib. Episcopali necnon, Diaconivè maioris Visitationi sua munia præscripserunt seriatim Oxoniensis Anglica Synodus, præside Stephano Archiepiscopo, & Vbiorum Agrippinense Concilium An. 1549. Ast Cœnobitica Visitatorum censura, qua de agimus, velut in speculo, expressa cernitur, Synodica Tridenti Sessione. 25. Decreto de Regular. Capite 8. Questus est vtrique olim Yuo Carnutum Præsul, Archidiaconum, in circumeundis obnoxiorum Templorum Parœcijs, abusum eo sacris Censoris officio, publicamque ipsius functionem priuatis suis commodis, ne dicam sordibus, polluisse. Epist. 73. Qualis perrara expostulatio est in Monasticos Ordinis sui Visitatores. Quoniam verò à Clericis seculi *Regulares* Casæ occupantur pleræque in Gallia, quarum lustratio censuráque illis Monastica infesta est, iamdudum obtinuêre Cisterciensis Familiæ Proceres cucullati, Pontificio Regióque permissu, vt Cœnobia *secularibus* commendata Clericis, liberè inuiserent, grauíque imperio de profanis eorum reditibus, necessariam in rem Cœnobiorum ipsorum, statuerent. Sicuti colligere est Apostolicis Xysti. 4. Codicillis in fiduciarios Monasteriorum possessores, Quarto Idus Martias An. 1475. Quibus Codicillis Franciscus. 1. & 2. Galliarum Reges vicissim assensum suum interposuêre: Prior, Literis. 4. Kalend. Sextiles An. 1542. promulgatis in Curia Parisiorum. 13. Kal. Nouemb. An. 1556. Secundus autem, Rescripto pridie Idus Octob. An. 1559 quod Senatus publica in Acta regessit Sexto Calend. Quintiles. 1560. Nec mirum herclè, cùm Alexander. 3. suo iamdum æuo, Cistercienses notarit, à prisca seueritate sanctitateque Morum degeneres (Cap. Recolentes De stat. monach.) Quos etiam, Petrus Venerabilis, paulò antea superbi fastus haud obscurè insimularat. Lib. 3 Epist. 28. ad Bernardum Abbatem Claræuallis. Planè Aulicus Francorum Senatus rata manere decreuit, iussit, quæ PATRES cunque Cistercienses, visendis municipatim Sectæ suæ Cœnobijs, pro re nata constituissent. S. Consulto postridie Nonas Quintiles An. 1568. quod Lutetianæ Curiæ Regestis inscriptum fuit ex Diplomate, Quindecimo kalend. Octobres subseq. Atque obiter explorandum, alios Cœnobitica piæ Visitationis opera defûgi non posse, quàm, eodem ex Ordine, Magistratus. Cap. penult. Ibique Panormit. De stat. monach. Verùm si longè à sacra Prouincia absit eiusce Præfectus, suæ putà Reipubl. ergô, id tum muneris subsidio demandatur alienæ Familiæ Cœnobitis: modò Benedictinæ vnius Regulæ consortibus, vel Augustinianæ. Ex peruulgata ratione Herennij Modestini, l. Vt gradatim §. quotiens penuria est eorum l. Honor. §. vlt. ff. De muner. & honor. l. generaliter §. spurios. ff. De decurion. l. sciendum §. 5. ff. De legation. l. 2. Cod. Qui ætat. se excus. Lib. 10. Ita obseruatum memini Senatorio Parisien. decreto. 15. kalend. Sextiles An. 1597. ad supplicem libellum Vilhelmitani Collegij monastici: Cuius censendi curam emendandíque delegauit Ampliss. Curia, hac vice, Præfectis duobus, Cælestinorum alteri, alteri D. Germani, Pratensis: qui, vnà cum Vilhelmitis, eidem Benedictinæ

Placitum Curiæ Paris. die. 18. Iul. 1597. propter absentiam Patris prouincialis Alborum Mantellorum, Visitatoris eorum Ordinarij, committens eam Visitationem & reformationem, pro hac vice, Priori Abbatiæ S. Germani de Pratis, & Priori Cælestinorum, sine præiudicio iurium & priuilegiorũ Ord. Vilhelmitani.

Normæ alligantur. Eam autem CONSCRIPTI CVRIÆ cautionem adiecerunt ſuo Decreto nominatim, ne ad exemplum traheretur: quòd Prouincialis Vilhelmitarum Præſes, tunc temporis peregrè ad Flandros profectus eſſet, ex publica ſuæ Religionis cauſa. Neutri certè monaſticorum Cenſorum generi licet, cœnobitas, qui ab ijs inuiſuntur, *Regulari* quopiam Magiſtratu abdicare. Capite in ſingulis. Et capite ea quæ De ſtatu monachorum. Excepto, ſi Viſitator ſimul & Iudex quis deſignetur. Quo caſu, huic ipſi, Magiſtratum inferioribus abrogare, ius erit. Capite dilectus De reſcript. capite cùm I. & A. De re iudicata. Panorm. ad cita. caput penult. De ſtatu monachorum.

Par Arreſt du Parlement de Paris, du 31. Iuillet 1519. confirmatif de 2. Sentences des Requeſtes du Palais, l'Eueſque de Soiſſons s'eſt faict adiuger le droit de procuration, viſitation, correction, & diſcipline Eccleſiaſtique, contre les Religieuſes, Abbeſſes, & Conuent de noſtre Dame aux Nonains de Soiſſons, nonobſtant leurs Bulles Apoſtoliques d'exemption de ladite viſitation, procuration, & correction, Et par Arreſt du Parlement de Rennes, de ce que par Arreſt du priué Conſeil, ledit Eueſque a eſté maintenu, & gardé en poſſeßion deſdits droicts, contre leſdites Religieuſes, Abbeſſe, & Conuent, nonobſtant la production de leurſdites Bulles d'exemption. Cét Arreſt du 5. d'Octobre 1601. à Rennes, au profit de Meßire Hieroſme Hennequin, à preſent Eueſque de Soiſſons. Mais d'autant que leſdites Religieuſes ſont de l'Ordre ſainct Benoiſt, leſquelles comme exemptes ſe deuoient mettre en congregation, de laquelle les viſiteurs de l'Ordre les deuoient viſiter, par le Concile de Trente, & par l'Art. 27. de l'Edict de Blois, elles s'y ſont miſes, en ſe ſoubmettant par Acte du 15. Iuillet 1601. à l'Ordre & Monaſtere de Frontenault, eſtant du meſme Ordre de ſainct Benoiſt exempt, ſuyuant ledit Edict de Blois & Concile, elles ſe ſont pourueuës par Requeſte ciuile, contre ce dernier Arreſt de Bretagne, l'Abbeſſe de Frontenault ioincte auec elles, & le tout euocqué & renuoyé au grand Conſeil, où ladite Dame de Frontenault a toutes ſes cauſes commiſes de longue main, tam in capite quàm in membris.

Il y a Arreſt de la Cour, donné en la grand Chambre le 25. iour de Septemb. 1604. de viſitation & reformation de l'Abbaye de ſainct Valery ſur Somme, en Picardie, ſur la requeſte du Cardinal de Montealto, Abbé commendataire de ladite Abbaye. Lequel Arreſt donné au rapport de Monſieur Deſlandes, ſe deuoit executer à la fin d'Octobre audit an 1604. par Monſieur Coquelay, Conſeiller de la Cour, & le Prieur de ſainct Germain des Prez.

Par *Arreſt de la Cour du 2. Auril 1602. entre Maiſtre Claude Beiot, Abbé commendataire de noſtre Dame de Breteuil, Ordre de ſainct Benoiſt, dioceſe de Beauuais, & les Religieux, Prieur, & Conuent de ladite Abbaye: Il eſt dict que le reiglement de viure & veſtiaire, & entretenement deſdits Religieux, parauant arreſté par Arreſt prouiſional, d'entre ledit Abbé & eux, du 22. Iuin 1556. & tranſaction ſubſequente entre-eux, ſur l'execution dudit Arreſt prouiſional, ſeront entretenus. Et qu'au ſurplus, ladite Abbaye ſera reformee, tant au ſpirituel qu'au temporel, par Monſieur le Roüiller, Conſeiller de la Cour, & Freres N. Laurens, & François Guignart, Religieux de ſainct Germain des Prez, Peres Reformateurs, qui pouruoyront aux reparations neceſſaires, aux ornements de l'Egliſe, pour le ſeruice diuin, aux mœurs deſdits Religieux, & à ce qui touche la celebration dudit ſeruice diuin. Et enioinct auſdits Religieux d'obeir à l'Eueſque de Beauuais leur Diœceſain, ſur les peines qui y appartiennent.*

Prioris clauſtralis officium, ſicut Vicarij morte Epiſcopi, expirat morte Abbatis, quando D. Prior fuiſſet poſitus per Abbam, ſecus ſi fuiſſet electus à toto Conuentu, quia tunc non expiraret. Panorm. in Cap. 1. ne ſed. vac. Arg. Cap. 2. De ſtat. regular. Et Clem. ne in agro §. cæterum De ſtat. monach. Franciſ. Marcus quæſt. 1246. Parte 1.

13. SPECIATIM vtique Valliſcholarium Ordini tributa eſt ſacræ Viſitationis prærogatiua ab Honorio 3 Chriſtiani Orbis Paſtore ſummo, Martij Luce 7. An. 1218. in hanc ſententiam. *Quòd ſcilicet tu, Fili Prior, & ſucceſſores tui, omnibus Eccleſijs tui Ordinis, de more Ciſtercienſium, viſitationis officium, ſine vlla temporalium exactione, impendatis. Et tres primæ Filiæ ipſius Ordinis, viſitandi Matrem, de more Ciſtercienſium Fratrum, habeant facultatem: Ac quòd Priores Forinſeci, ſemel in anno tempore ſtatuto apud Eccleſiam veſtram conuenientes in vnum celebrent, more D. Ciſtercienſium, Capitulum generale, &c.* Idem iuris poſtea Sodalitio huic referuatum eſt à Pio ſecundo Pontif. & Paulo ſecundo in Solium ſucceſſore proximo, tali Diplomatum clauſula, *Quòd Prior Valliſcholarium, omnes Prioratus, domos, & loca Ordinis, & eorum perſonas viſitare poſſit quotannis, & in melius reformare, & eos ad Capitulum generale annuatim conuocare, &c.* Quarto

Val des Eſcolliers

Honoriano iſto Reſcripto pariter, cum Statutis Ordinis, cõfirmantur omnes Valliſcholarium poſſeſſiones, eæque vnà cum perſonis ipſorum, ſub protectione Apoſtol. ſuſcipiuntur.

Arreſt de la grand Chambre à l'audience du Ieudy 8. de Ianuier 1587. plaidant Seruin pour vn Religieux du Prioré de ſainct Ladre lez Paris, appellant comme d'abus d'vne Ordonnance, & Sentence du Prieur de l'Abbaye ſainct Victor lez Paris: par lequel Arreſt, il eſt dit mal & abuſiuement ordonné par ledit Prieur, & Religieux de ſainct Victor, pour leſquels Robert plaidoit, encores que ledit Prieré de ſainct Lazare ſoit de meſme ordre de ſainct Auguſtin, comme ſainct Victor. Mais eſt denié qu'il ſoit membre dependant de ſainct Victor, ny de la congregation Victorienne reformee, telle que ſainct Victor. Et lequel Prioré aprés auoir eſté viſité par l'Eueſque de Paris, comme diœceſain, ledit Prieur de ſainct Victor y portant enuie, en a voulu punir leſdits Religieux de ſainct Ladre, comme ayans procuré à ſe faire viſiter par l'Eueſque, & l'a abdiqué & excõmunié.

Bulla Pauli 2. die 19. Maii An. 1469.

Kalendas Iunias An. 1469. Nam præcipui quidem existunt Conuentus tres, Ordinis Principi obnoxij: Bonæuallis nempè, Belliregis, & Spinosæuallis Primatus monastici. Sed ei pariter Sectæ, minores accensentur Primates, seu *Priores* Bellicampi, Laudeuiorum, Rhemorum, Gerodesarti, Montium, Hasinchæ, Insulæ Trecensis, B. Catharinæ Parisiens. Hannemontis, Parci-Haricuriæ, Longi-Iumelli, Marciaci, Regalisloci, Lauduni, Grangiæ, Choisellæ, S. Nicolai, Leodij, Dei memoriæ, de Lieuuis, Pontium, Pontissciffi, Huffaliziæ. Inter has autem monasticas Cellas, fundata est Basilica D. Eligij ad Longiumellum, Parisiensis agri Vicum, Anno 1235. Casa Dei sita apud Villammontium, Hannoniæ, in Cameracensi diœcesi, structa fuit, transcriptaque Vallisscholarium Familiæ, An. 1252. Marciaci itidem Fanum, in sacro Antissiodori Territorio conditum inuenimus, dicatumque Ordini isti, Anno. 1255. Templum Parci-Haricuriæ, apud Eburouices, excitatũ, An. 1257. Ædes Nicolao sacratæ, ad Cordelas, in Vrbe Laudunensi Veromanduorum. An. 1263. Phanum B. Georgij de Granchia, in Pontificatu Senonensi, Anno 1271. Regalisloci, ad Compendium oppidum, Domus monastica, in Episcopatu Suessionum, extructa An. 1303. Postrema verò, de Hannemonte, apud Carnutas, exædificata est Anno 1038. Quam suis Legibus Disciplinæque restituit Fr. Iohan. Benedinus, Vallisscholarium Abba, Decimo sexto Calend. Februar. Anno 1557. Cuius de eo Constitutiones, Senatorijs Actis consignatæ sunt. 6. Idus Mart. posteriores. Iam ad alios Ordines progrediamur, qui obeundæ sacræ Visitationi, assiduam nauant operam. *Fratribus* Eremitis D. Augustini Lege ita proditum est, *In Capitulo, quod debet de triennio in triennium celebrari, Generalis Prior, & Diffinitores ipsius Capituli eligant Visitatores probos & discretos: & eis committatur per Generalem & Diffinitores Visitationis officium totius Ordinis, vel aliquarum Prouinciarum, quæ magis indigeant.* Cap. 41. Constitutionum Monasticæ eius Familiæ. Nec eò seciùs, Gabriel Venetus, qui Eremitanæ huic Religioni addictus erat, defleuit morum corruptelam Augustinianæ suæ Societatis, pergraui ista ad Magistrum Ordinis Ægidium Viterbiensem Epistola. Incredibile dictu est, ait, quantùm mihi veterem illam Patrum nostrorum disciplinam, mores, religionem, pietatem consideranti recens hoc nostrum viuendi propositum interdum non placeat. In quo, pro Nemoribus, Vrbes: pro Cauernis & Antris, Cœnobia & Cellę: pro Literarum studijs, in plęrisque inscitia: pro Cilicinis indumentis, molliores Tunicæ successere. Quod cùm viri illi sanctissimi, qui Religionem tantis sudoribus inchoarunt, de Cœlo prospectant, non indignantur illi quidem (quando has animorum perturbationes semel exuêre) sed miserentur, necesse est suam nostrámque vicem, siquidem vereri possent, omnia sic pessum iri, vt Religionis simulachrum suæ vix agnosci demum posset. Hæc ille. Reliquis insuper MENDICANTIVM Sectis Monasticis sic inualuit prisca censoriæ Visitationis disciplina, vt *Regularis* etiam Præfectus quisque iubeatur, seculi Fana paræciaca, quibus superiore imperio præsit, circumire, lustrare, ac inibi pœnæ animaduersione digna punire. Bullato Leonis. 10. Rescripto. 14. Calend. Ianuar. An. 1516. cuius formula talis est. *Sacro approbante Concilio, statuimus, quod Fratres Mendicantes, eorum Superiores, aliique Prælati, parochiales Ecclesias, ad eosdem Fratres ratione locorum suorum legitimè spectantes, quoad parochianorum curam & sacramentorum administrationem, sine tamen Visitatorum insolito grauamine vel impensa, visitare, & illarum curam gerẽtes, & delinquentes in ea, si religiosi fuerint, intra septa Regularis loci, seculares verò presbiteros, & Fratres, huiusmodi Beneficia obtinentes, liberè, tanquam suæ Iurisdictioni subiectos, punire, Missam per eos celebrari facere, & ab eisdem Prælatis ad processiones solennes faciendas pro tempore requisiri, dummodò eorum loca suburbana, vltra vnum milliare à Ciuitatibus respectiuè non sint remota, accedere, necnon Superiores eorumdem Fratrum Fratres, quos ad audiendas confessiones subditorum eorumdem Prælatorum pro tempore elegerint, eisdem Prælatis personaliter exhibere ac præsentare, si eos sibi præsentari petierint, alioquin eorum Vicarijs, dummodò ad Prælatos*

Primariæ 3. Filiolæ Ordinis Vallisscholarium, *le Prieur de Bonuau, de Belleroy, & d'Espineusenal.*

Prioratus, & Mẽbra dependentia, ab Abbatia & ordine Vallisscholarium.

Vers S. Germain en Laye, le prioré de nostre Dame de Henemont, membre dependant de l'Ordre du Val des Escoliers, fõdé auec conuentualité de Religieux & estroite regularitè.

Prioratus *du Parc de Harcourt*, Ebroïcensis diœcesis, in Normania.

S. Catharinæ Prioratus Lutetiani fundationem vide Tit. superiori, Art. 15. Abs quo Prioratu pendẽt vltimæ septem hæ Regulares Ecclesiæ Vallisscholarium

Statuta reformationis Prioratus conuentualis B. Mariæ de Hannemonte, facta die 17. Ianuar. 1557. Et verifficata in Curia, die 10. Mart. seq.

In has Cõstitutiones Frat. Augustiniani Heremitarum, Additiones factæ a F. Thom Priore generali Ordinis, alphabetica serie Eorumdem Statutorum Appendices alias subiecit Ambrosius de Cora, Prior summus Ordinis, sacræ Paginæ Professor.

Gabriel, Eremita D. Augustini, Venetæ prouinciæ Præses.

Bulla Leonis. 10. in Concilio Lateranensi Die. 19. Decemb. An. 1516 De secularibus Fratrum Mendicantium Ecclesijs parochialibus.

At S Iohannis Hierosolymitani Ecclesias, quomodò visitare possint Episcopi, & alij Superiores, in his quæ curam gerãt animarum, & administrationem sacramentorum, Vide Lib. 2 Sacræ Polit. Tit. 8. Art. 21.

vltra tres dietas accedere non cogantur, omnino teneatur, poßintque illi per eosdem Episcopos & Prælatos, super sufficienti literatura, & aliqua saltem huiusmodi sacramenti peritia duntaxat examinari, talibusque præsentatis & admißis, vel etiam indebitè recusatis confitentes, satisfecisse censeantur Constitutioni, Omnis vtriusque sexus, ipsique Fratres etiam forensium confeßiones audire valeant: Laicos autem, & clericos seculares à Sententijs ab homine latis nullatenus absoluere præsumant, &c.

Innocentii. 3. Cap. Omnis vtriusque De Peniten. & remiss.

14. IN HOC quoque genus, de Monastica Visitatione, referuntur Carmelitę, primùm Eremicolę, Helia Thesbitę Religionis Patriarcha: deinde in Collegium redacti ab Alberto Hierosolymorum Antistite, & Romano Legato, qui Cœnobiticam ipsis Regulam scitè distinctéque præstituit. Eam subinde Regulam sanxêre Pontifices Max., Honorius 3. Anno. 1217. Gregorius 9. An. 1227. Innocentius. 4. Anno. 1244. Alexander. 4. Anno. 1255. Vrbanus. 4. Anno. 126. & Bonifacius 8. Ann. 1294. Quùm autem Carmelitanæ Leges, quinque Partibus constent, Romæ publico in Conuentu Ordinis recognitæ probatæque Anno 1580. Voluitur Part. 2. Caput 5. DE VISITATORIBVS, ET EORVM RECEPTIONE: ITEM DE MODO ET FORMA VISITANDI. Hic quippe Ordo Prouincias. 32. longè latéque complectitur, quæ censoria Delubrûm singulorum inspectione lustrationéque reguntur. In his putà habetur

Fratrum Ordinis de Monte Carmeli, Constitutiones, quæ iudicio Iohan. Baptistæ Caffardi de Senis, Prioris generalis, & Diffinitorum Capituli generalis Romæ celebrati An. 1510. die Pentecostes approbatæ sunt, publicatæ, & ad normā Tridentini Concilii reductæ.

Albertus, Patriarcha Hierosolymitanus, & Romanæ Sedis Legatus.

.1.
Terræ sanctæ Prouincia,
.2. .3. .4. .5. .6. .7.
D. Alberti Anglica, Narbonensis, Romana, Francica, Germanica inferior,
.8. .9. .10. .11. .12. .13.
Longobardica, Aquitana, Castulonensis, Hibernica, Massiliensis, Scotica,
.14. .15. .16. .17. .18. .19.
Hetrusca, Veneta, Tholosana, Cathalonię, Germanica superior, Vasconię,
.20. .21. .22. .23. .24. .25.
Turonica, Saxonica, Tarraconensis, Neapolitana, Lusitanica, Roman-
.26. .27. .28. .29. 30. .31. .32.
diolæ, Daciæ, S. Angeli, Bætica, Bohemica, Polonica, Apuliæ, Calabriæ,

Habes pariter Carmeliticus Ordo iste Prouinciam Discalceatorum, primam Regulam profitentiū, & Congregationem Mantuanam.

In Benedictina rursus Cælestinorum Secta Gallica, feruntur politicæ Constitutiones manu exaratæ, Lib. 3. Cap. 10. *De Visitatione Monasteriorum, De Visitatione Prouincialis.* Præter quas, deinceps maiori in Congressu Ordinis decreta est eam in rem Sanctio An. 1567. hoc verborum tenore. *Prioribus, & Discretis, etiam si nil in ipsa Visitatione, quæ fit instante Capitulo generali, sint dicturi, præcipitur, coram Patribus visitatoribus comparere.* Ac primùm quidem summumque effloruit, apud Siculos, Cælestinorum Monasterium titulo S. Spiritus de Sulmona: Ex quo, velut è plantario, ad alia loca Fratres transferebantur. Bullata indice Chartula Benedicti xj. Luce. 14. Mart. Anno. 1304. Sed Gallicæ Prouinciæ Cœnobium, præcipuum est B. Mariæ, apud

Statuta Fratrum Cælestinorum prouincię Franciæ.

Rogerius Lemouicus, ex nobilissima familia, nepos Guillelmi de Capella *Taillefer*, Archiepiscopi Tholosani, in Pago originis suæ dicto de Terna, Monasterium Ordinis Cælestinorum construxit, & dotauit omnibus suis bonis paternis: Xenodochium quoque in Marchia fundauit, & dotauit vt pauperum & peregrinorum necessitati subueniret, floruit Anno. 1340.

Amé 8. 1. Duc de Sauoye donna son Hostel *de Sauoye siz à Lion, aux Religieux Celestins, & commanda à Loys son fils d'y bastir l'Eglise & Conuent pour eux: ce qu'il fit auec dot & augmentation de reuenus. Paradin Liure 3. Chap. 7. des Chroniques de Sauoye.*

Celestins de Ternes, en la Haulte Marche: Ausquels par tiltre de l'an 1424. 19. de May, Iacques de Bourbon Roy de Hongrie, Ierusalem & de Sicile, Comte de la Marche & de Castres*, estant à Montpeslier, il donna en aumosne 600. liures de rente perpetuelle à prendre sur les tailles seigneuriales de Gueret, Dahun, &* Chesnerailles*, qui sont trois villes de la Marche. Et par autre tiltre du 12. May 1465 Iacques d'Armagnac Duc de Nemours, fils de Eleonor de Bourbon,* Comte *de la Marche, il donne ausdits* Celestins *pour & au lieu desdites 600. liures de rente 100. liures de rente: à sçauoir 30. liures de rente sur les emolumens des* Greffes *de* Gueret *& Dahun, & 70. liures sur la terre & seigneurie de la Baillie Ianuze, qui estoit du domaine de la Marche, laquelle terre est baillée pour lesdites 70. liures de rente, le tout auec faculté de reemeré perpetuel desdites 100. liures de rente, en payant 2. mil liures à vne fois qui seront remployez en autre fonds, Tellement que apres la saisie de lad. terre faicte par le Procureur du Roy comme domaniale, en l'an 1559. y eust Arrest du* Parlement *de* Paris *du 2. Aoust 1560. que par prouision lesdits Religieux, Prieur, & Conuent des Celestins iouyront de ladite terre comme par auant, & leur en est faict mainleuee prouisionale, & au principal les parties appoinctées au Conseil.*

Lutetiam, conditum Anno 1352. Secundum, Ambertinense, Virginis Matris nomine, etsi antiquius Parisiensi, structumque An. 1300. Tertium, D. Petri de Castris, Anno. 1308. Quartum, Thernense, Dei Genitrici sacrum, An. 1338. Quintum B. Martialis, Gentilinense Anno 1356. Columberiense sextum, D. Mariæ, An. 1361. Septimum Deiparæ Virginis, apus Senonas, Anno. 1366. Octauum Almæ Triadis, ad Meduntam oppidum, Anno. 1376. Nonum B. Petri, Auenionense, Anno 1393. Decimum B. Antonij, Ambianorum, An. 1401. Vndecimum B. Mariæ, apud Mediomatrices, An. 1402. Duodecimum sacræ Triadis, Villanouanum, ad Suessiones, Anno. 1404. Tertiumdecimum almæ Crucis, ad Offemontem Vicum, An. 1405. Quartumdecimum B. Trinitatis Marcossiaci agri, An. 1408. Quintumdecimum Sanctæ Triados, Vichiaci pagi. An. 1411. Sextumdecimum Diuæ Mariæ, apud Lugdunum, Anno. 1421. Septimumdecimum B. Mariæ de *Heesria* ad Louanium, eod. Anno. Octauumdecimum S. Mariæ, Rothomagens. An. 1445. Decimumnonum B. Catharinæ, de *Villario falleti*, Anno 1460. Vicesimum Diuæ Mariæ, *de Esclymonte*, An. 1548. Totius verò Sodalitij huiusce titulus ab auctore desumitur Cælestino 5. P. qui, sponte deposito Pontificatu, rogantibus, vt eum repeteret, quasi vir sponsam, quam nec abdicare potuisset Absit hoc, inquit, à me, vt inconsutilem Christi tunicam diuidam, & in Ecclesia Dei schisma introducam. Sicuti certè Lex Euangelica veterem implet, ita Benedicti Regulam Constitutiones Cælestini. Ac, ne longius à proposito deflectar monasticarum Visitationum argumento, eas Melitæ Insulæ sacri Milites districtè obseruant ac tuentur. Ab vetusta Anton. Fluuiani Lege œconomica, Magistri piæ Hierosolymorum Militiæ, descripta hoc modo: *Iubemus, vt Priores, & Castellanus Empostæ, in visitandis Prioratibus, ac Visitatores, in Visitandis Commendis, moderatis expensis in Equitatu & famulis vtantur: ne Commendatarij expensis excessiuis grauentur.* Ex Lib. *Statutorum.* Ordinis Domus Hospitalis Hierusalem: Quæ, Pontificijs Innocentij 8. vestigijs, Paulus quartus confirmauit, Quarto Iduum Iuniar. Anno 1556.

15. Nec Religiosis modó Conuentibus inoleuit vsus solennis huiusmodi Morum disquisitionis emendationisque, sed Ecclesiasticis pariter alijs, imo & Senatorijs Collegijs, quæ Clericorum genere permixtim, vt profanorum hominum, constant. Sanxit enim Carolus 8. Rex grauem Censuram, à Conscriptis Curiæ inter ipsos, statis Anni Mensibus ineundam, ceu publicæ Disciplinę custodem, patronam, ac vindicem. Lege promulgata Anno 1493. §. 110. Qua Lege iubentur Quatuor primi Curiæ, Classibus coactis, Mense quolibet inquirere diligenter, núm in Regiàs sanctiones peccatum fuerit, & quod quisque eam ad rem pertinens resciuerit, Senatui renunciare. Qui à Legum violatoribus, si qui offendantur, pœnas exigat, quantas admissi ratio poposcerit. Talem veró purpurati Ordinis Politiam regiam prouexere alij seriatim Principes, Constitutionibus editis, quas citauimus in Tractatu Parisien. Mor. ciuilium. Pomponius demùm Belieureus, Galliæ Iuris Præfectus, aditum Senatum, Oratione habita, commonuit de Censoriis ipsius Comitiis aliquando repetundis. Postridie Idus Apriles Iubilæo hoc lustralique Anno 1600. Nam & antiquitus P. C. iudicio, in collegas criminum reos seuerè est animaduersum. Vtpote in Petr. Puteanum decreto 15. Calend. Sextiles, Ann. 1475. Tum in Claudium *des Asses*, senatorem An. 1517. Atque adeo in Petr. Cousinotum, Fisci Procuratorem, Lutetianæ Curiæ Aresto. 18. Cal. Maias. An. 1445. Parium quoque exemplorum serie, quæ recensuimus in nostris illis Commentariis Parisien. Legum, admonemur, nullius magis interesse, quam Senatus cuiusque, ad vitandum tanti Ordinis dedecus, semestrem ipsius Congressum panegyricum, in eòque Censuram agi, ex præscripto sacrorum Edictorum. Rectè enim Aristoteles, iustiùs Reipubl. præfuturos illos, qui gesti Magistratus reddunda sibi ratiocinia apud alios præuiderint. Politic. lib. 6. Cap. 4. Ac propterea Athenis creati fuère, à publi-

Côuentuales Domus Cęlestinorū Franciæ. Cælestini de Amberto.
Monasteriū Castrorum, a Philippo. 4. rege, ex Prioratu quē à S. Crispini Abba Suessionensi acquisiuit in Monte castrorum, datur Cælestinis.
Cœnobium de Ternis a Rogerio Aureliæ, tum Lemonicū, denique Biturigum Præsule fundatum.
Domus, de Gentilino condita ab Hanibaldo de Secano.
Templū de Columberio, structum à Bertrãdo, ecclesie S. Quintini in Veromanduis Decano, inde Cameracen. episcopo
Senonēse, fundatum à Ioh. de Masleriis, siue Senonen.
Medunte-se, à Carolo. 5. rege.
Ambianense, à Carolo 6.
B. Mariæ, de Metis, Cœnobium.
De Suessionensi. Nos Lib. 1. Leg Andeg. Cap 1 In Margin S. Crucis sub Offemonte in Valle frigida fundatio per Ianum *de Nesle* Dn. *d'Offemonte*, & Margaretam *de Mellou* coniugem. Marcoussiacensis domus fundator, Ioh. de Mon eacuto: Vichiacensis Ludouicus 3. Boiorum Dux: Villarii faletti Iohannes *de Montmaur*: Rothomagensis, Carolus. - Lugdunensis, Amé. 7. deus Sabaudiæ Dux: Esclimontensis, Steph Poncher, Baiocensis, dein Turonen. Archiepiscopus.
Cheualiers de Malte. Bulla Pauli, 4. die 10. Iun. An. 1556. approbatrix Statutorum Ordinis Hierosolymit.
Congregationes Parlamentorum Curiarum singularum dictæ *Mercuriales*.
Lib 3 Morum Parisien. Tit. 2, Art 16
Die. 14 April. 1600. venit in Parlementū Dn *de Beuure* Cancellarius Franciæ.
Aresto Curiæ, die 18. Iul. 1475. 14. April. 1445. Et An. 1517, in Pet. du Puy, Cl. *des Asses*, Consiliarius

cis rationibus, Magistratus peculiares, Logistæ appellati, qui non modò in Candidatorum vitam exactè inquirerent, sed ab ijs etiam Magistratu abeuntibus reposcerent publici Muneris rationes. Sicuti fusè Libanius in Argumento Orationis Demosthenicæ contra Androtionem. Hæc in Populari quidem administratione Reipubl. ac Democratia. Sed & Monarchiæ Francicæ Rector B. Ludouicus edixit, Prouinciales Magistratus, deposito Munere publico, Prouinciæ immorari debere quadrageno dierum spatio: vti querulis singulorum libellis se purgarent. Ioynuilla teste, in Ludouico 9. (cap. 86.) Qui & primigenium supremis suis obtestatus est, ne regiorum in Iudicum, vel Officialium noxijs vspiam conniueret. Nam Magistratum quoque ipsum gerentes, maleficij pœnam ritè luere indicauit Claudius Cæs. qui fures Iudices palam apertéque damnauit. Vt apud Trebellium Pollionem in Claudio inuenimus. Regia pariter iniquè iudicantium supplicia, explorare est apud Athenæum, Dipnosoph. Lib. 12. Cap. 4. Quin ordine etiam Senatorio mouit Iulius Cæs. conuictos repetũdarum. Inquit Suetonius, in Iulio. Verùmenimueró Gallici Senatus honori tributum est ab longa vetustate, vt quemadmodũ in celsissimo secundùm Principem loco tenet Reip. clauum, sic ex Ampliss. Ordine nullus in discrimen capitis aut famę vocetur apud Iuridicos alios, quàm suo ipsorum Collegio adscriptos, & Senatores. Fuit quippe, Budæanis verbis, in hominum opinione iam olim fixum, prudentiæ Iuridicæ sacrarium in comitio Curia situm esse, æquique ac boni promptuarium, & tanquam penum Iuris vnicuique administrandi. Ferè itidem illic semper Ara fuit Iustitiæ, Proceribus, Ducibus, Regibus denique sacrosancta: Et pignus Imperij nostri, vsquequaque credita est Iustitiæ reuerentia: Ex Forensibus Budæi. Quare, vt saluam Ordinationis sui existimationem tueantur Senatores, ijs pro sua religione cauendum sedulò, in publicis suis Conuentibus à Principe indictis: ne, qui vulgò in priuatos seueri creduntur, erga collegas indulgentiores, quasi mutua dissimulatione, videantur. Vnde conflata quondam inuidia flagrauit Romanus Senatus apud Ordines alios, scribente id Plinio ad Quadratum suum, Epist. lib. 9. Non secus ac in Senatum ipsum torsisse istha c acerbè fertur vnus ex Legatis exercitus, qui ob Cannensem cladem relegatus fuit in Siciliam. Num vobis, vestrisque liberis ignoscitis facilè, Patres Conscripti? In hęc vilia capita sęuitis? Sicuti à Liuio memoratur, Lib. 25.

Curiæ, ac P. Cousinot procuratorem generalem Regis, Ex Registis Curiæ.

Regium S. Ludouici Edictum.

Vilhel. Budæus Magister libellorũ supplicum in Prætorio.

De quibus Conuẽt., supra.

16. IN Monachos porro censoria *Abbatum* potestas, quæ solennes illas Conuentuum Visitationes instituit, non tollitur partitione bonorum Cœnobiarchæ, cum Sodalitio suo communium. Nam etsi vtriusque Mensa inuicem diuisa sit, & alia Præfecti, alia Fratrum Vsui diuisim adsignata sint in victum reditumque patrimonia: Haud ideò tamen Cœnobitis liberum sit, inconsulto Monasterij Præsule, arduum quicquam suis de rebus statuere, aut sua priuata, cuiusuis prætextu nominis, abalienare. Exempli gratia, fiduciarius Antistes monasticæ Ædis Iohannis à Vineis, apud Suessionas, vltrò partitus est cum Cœnobij Alumnis cucullatis opes fortunásque promiscuas: Ita, vt seorsim pars cederet *Abbatis*, pars Religiosorum hominum Mensæ distinctę ac disparatæ. Pacto conuento. 4. Kal. Septemb. Anno 1566. quod Senatui placuit ex Rescripto Principis * ὁμολογεῖν. Postmodùm veró, distrahente Cœtu monastico portionis suæ res nonnullas, permissu diœcesani Suessionum Pontificis, ab hoc permissu, Cœnobiarcha summam Curiam prouocauit, ceu abusiuè irrogato. Quæsitum fuit, prouocatorne admittendus esset, cuius, bona Mensæ, ab alijs discreta forent, cuiusque idcirco nihil aut parum interesse putaretur. Equidem CONSCRIPTI PATRES censuêre, perperam, abusúque indultam Monachis fundorum Ecclesiæ alienationem, insciò & inaudito Cœnobij Magistro. Parisien. Aresto Nonis Februar. Anno. 1598. quùm Chezelleus, Abbæ fiduciarij, Cardinalis Gondij: & Th. Chauuelinus, cœnobitarum causam egissent. Versa itidem vice, cucullati sacerdotes

Partitio mensæ, inter Abbatem, & Cõuentum.

Pactitia diuisio Mensæ Abbatis, à Mensa Conuentus S. Iohan. de Vineis prope Suessio. vrbem die. 29. Aug 1566.

* adprobare.

Placitum Curiæ Die 5. Febr. 1598. pro Petro de Gondi, Cardinali, Abbate commẽdatario S. Iohannis de Vineis, Ordinis S. Augustini contra Conuentum, qui necessaria ex causa postremi Belli ciuilis contractã à se venditionẽ prætexebat.

Templi Petri Vallensis Carnutum, iudicio euicerunt reuocarúntque distracta à Præfecto Monasterij, licet separata iamdudum, seiunctaque à Mensa Conuentus, peculiari. S. Consulto, in publica Fori dissertatione facto pridie Cal. Mart. An. 1584. Leuesto, Gorgione, & Chauuelino dicentibus. Nec alienum ab his Curiæ Decretum abstulit Monasticus Triadis Almæ Cœtus Vindocinensis, Andium, Pridie Idus Decembres An. 1599. aduersus Sybillam *de Rubiz*, viduam coniugem & liberos Baptistæ Poggij: Qui à Cœnobiarcha, perpetuò fruendam conduxerat Castellariam ditionem *de Coulommiers*. Hæc enim Ditio tametsi seorsum diuisimque *Abbatis* mensæ adscripta esset, eius locationem perpetuam, instante Conuentu, rescidit Senatoria Decuria, quæ libellis supplicibus Palatinis vacat. Sententia postridie Cal. Quintiles An. 1588. quam Senatus demùm ex prouocatione cognoscens probauit. Ratio est in procinctu, quòd eiusmodi sacrorum redditum sectio nuda, partitioque non mutet rei statum, nec adimat Cœnobij Magistro procurationem bonorum ipsius, quasi promiscuè communium. Cap. Edoceri De rescript. Et ibi Panormitanus, qui distinctione tamen negotium dirimit. Idem Panormit. in Cap. cùm ad monasterium de stat. monach. Iuxta Ioh. Andrææ dictata, ad Regulam, non est obligatorium De reg. Iur. In 6. Gulielm. de Monte lauduno, ad Clem. 1. de rescript. Quò spectat etiam Canon vlt. Caus. 12. Quæst. 1. Ponamus enim, Episcopum, cum Clero communia Diuini iuris latifundia partiri: Valet hæc quidem bonorum distributio quoad, fructuum prouentuúmque dispensationem ac perceptionem, nè consumptos restituere alter alteri teneatur. Ast prædia vtique, castra, & vniuersæ res, siue Episcopali mensæ, seu Canonicorum collegio, seu cuiuis Clerico, Præbendi nomine Ecclesiastici, annexæ, non transeunt in purum absolutúmque Episcopi dominium, nec Præbendo illo fruentium. Nam singulorum id genus proprietas, penes Christum vnum permanet, non penes quenquam mortalium: qui commodatis tantùm à DEO possessionibus vtuntur, ceu precarij possessores, Saluiani verbis. Atque adeo Ecclesiastici reditus, CHRISTI patrimonium dicuntur, Bonifacio 8. cap. cum ex eo De elect. In 6. Vnde nec, Prosperi „ Aquitan. sententia, propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ facultates: & „ ideo quisquis, omnibus, quæ habuit, dimissis, aut venditis, fit rei suæ „ contemptor, cùm Præpositus factus fuerit Ecclesiæ, omnium quæ ha„ buit Ecclesia, dispensator efficitur. Lib. 2. De vita contemplat. Capit. 9. Quare paulo etiam negotio Lutetianus Senatus, Mensæ diuisionem addixit Cœnobiarchæ, & Conuentui monastico B. Mariæ Syluanectensis, cui à Victoria cognomen impositum est. Decreto septimo Iduum Octobr. Anno. 1552. cuius executores Decreti, Ianus Picardus Inquisitionum Præses, & N. Ruffus, Consiliarius Curiæ, vnà cum Restitutoribus Ordinis Patribus monasticis, statuêre, inter alia, fiduciarios Cœnobij Antistites, in Religiosi cuiusque res beneficiarij Ecclesiæ: Magistros autem Claustri, in peculium claustralis Monachi, successores legitimos. Haud aliter CONSCRIPTIS CVRIÆ placuit, profanas opes resque prædiarias monastici Primatus Diuæ Catharinæ, apud Lutetiam, Ordinis Vallisschola-rium. in duas diduci partes, cum *seculari* Præfecto Monastici conuentus: alteram eius mensæ præfecti, alteram Conuentui separatim addici. Iudicato Cal. Martijs An. 1572. inter Francisc. Berneum, seculi clericum, qui Pontificia commendatione Primatum illum obtinebat: & ipsius Cœnobitas, inuicem altercantes. Quod quidem Iudicatum, Senatores duo ad exitum perduxêre, Carol. Dormantius, & Iac. Viola, simul cum Primate monastico Fani Victoris, Parisien.: Lata ab his, bonorum partitionis sententia postridie Kalendas Sextiles Eod. Anno 1572.

17. VETERIS igitur, Disciplinæ monasticæ Restitutio competit Archimandritæ in suos Cœnobitas: qui præcepta ipsius pro Mosaïcis tabulis ducant, summàque eum veneratione afficiant. Honorij 3. Epistola Decretali 8. De stat. monach. Secundùm Lateranam Alexandri 3. Synodum cap.

Arestum Curiæ die. 18. Febr. 1584. pro Religiosis Abbatiæ S. Petri in Valle, apud Carnutes: côtra Martinum *Fresnot*, Matthæum *Baudre*, & viduam Ioh. *Meslin* er. Decretum Senatus die 12. Decemb. 1599 confirmans Sententiã Requestarum palatij latam die 2. Iul. 1588. pro Religiosis Abbatiæ. S. Trinitatis *de Vendosme, touchãt la prise à rente de la Chastellenie de Coulommiers, bien que separee des fonds specialemẽt affectez aux Offices Claustraux du Conuent.*

Saluian Lib. 1. ad Ecclesiam

Hinc decerptus Canon, Expedit Caus. 12. Quæst. 1.

Curiæ Arestum die. 9. Octob 1552. de Abbatia B. Mariæ, à Victoria dictæ, parta Philippo Augusto apud Bouinas, in Flandria An 1214.

L'abbaye de S. Vincent de Senlis, qui est l'une des 13. de la Congregation reformee de l'ordre S. Augustin, dicte la congregation Victorienne, elle fut fondee, quoy que soit amplement dotee l'an 1131. par le Roy Loys le Groz, & entre autres des dixmes de plusieurs parroisses aux enuirons, mesmes de celle d'Anuers prés Pontoise, auquel Anuers y a vn Prieur Curé mẽbre dependant de ladite Abbaye.

Patres Reformatores, quoad spiritualia: Et laici executores Aresti, quoad temporalia Abbatiæ.

Placitum Curiæ die. 1. Mart 1572. Eiusque in executione, sententia delegatorum die. 2. Augusti seq.

reprehensibilis De appellat. Et Innocentij 3. Rescriptum Quanto De offic. ordin. Vbicunque enim agitur de obseruatione * Κοινοβιακῆς Regulæ, vnus est arbiter, censórque iustus cucullatæ Familiæ, Cœnobiarcha. Cap. si religiosus De elect. In. 6. cap. 2. De Testam. Eod. Lib. Quod ad criminum etiam quæstiones producitur. Can. abbates. caus. 18. Quæst. 2. cap. ea quæ De stat. monach. Inde & monastico Præsuli ius est, cucullatos Sodales, anathematis nexu modò distringere, modò soluere, Gregorij 9. cap. vlt. De regular. Et ibi Panormit. Cum Alexandri 3. Epistola Decretali 2. De sentent. excommunicationis. si tamen, *Abba*, in Monasticorum scelerum censura oscitantiùs versetur, eorum tunc cognitio animaduersioque Pontifici aduoluitur diœcesano. Cita. cap. Quanto. Rursus si atrociori de fla-

*in communi viuentes spectandis Religiosos.

Abbas, ex causa monachos excommunicare potest & absoluere.

Bulla Leonis 10. P. die 29. April. 1518. [iuxta Bullam Bonifacij 9. P.] sub pœna excommunicationis prohibet fratribus, ne adeant iudices seculares, seu Ecclesiasticos, & extra ordinem in causis criminalibus & correctionis.

Capellæ Tholosanæ Decis. 308. An correctio Monachi primo loco spectet ad Abbatem. Aut quia quæritur de exemptis à Iurisdictione Episcopi, & tales respondebunt tam in ciuilibus quàm in criminalib. coram suo superiore. Si verò non sint exempti, cessante Consuetudine, in delictis regulam monachalem spectantibus, respondebunt Abbati Can. de persona. 11. Quæst. 1. Cap. cum ad Monasterium, De stat. monach. Aut agitur in figura iudicij & de delictis quoad omnes, vt furtum, homicidium, &c. Tunc ad solum, Episcopum spectat cognitio & correctio. Can. hoc tantùm. Can. Abbates 18. Quæst. 2.

gitio quæratur, cuique abdicationis pœna grauior infligenda veniat, criminosum iudicium Episcopo vindicatur. Canone De persona. Causa xi. Quæst. 1. Can. visis. 16. quæst. 2. Can. Monasteria. Causa 18. quæst. 2. ex Arelatensi Concilio. Cap. De monachis. De Præbendis. Cap. significasti Cap, cùm contingat. de Foro. competenti. Vbi Panormit. nuncupatim. & in cap. licet. de officio ordin. Illud sanè constat in Claustris, priscæ Normæ instaurationem seu Reformationem canonicam Monasticorum esse Antistitum: sed his officium deferentibus superiorum. Nam Ecclesiastica Rhemorum Historia legitur Cœnobium B. Remigii, pristinæ Regulæ formæque redditum ab Hercambaldo, D. Benedicti, Floriacensis ad Ligerim, Archimandrita, circiter annum. 947. Flodoardi Libr. 4. cap. 32. 33. Ac eo quidem illustrius habetur Remigianum illud Monasterium, quò augustius Chrisma cœleste sedulò adseruat, Regiæ Gallorum vnctioni destinatum, Nic. Ægidio teste, in Francic. annalib. Quo de sacro Rhemensi Simpulo. Nos vberiùs, ex Aimoyno, Flodoardo, scriptoribusque alijs, in PANEGYRICO, quem Regi dicauimus An. 1594. Et nostro Lib. 3. REI DOMINICÆ Francorum. Porro Vertoduni Leucorum Episcopus Albero, Benedictinum D. Pauli Cœnobium, Augustiniano mutauit, ac veteribus colonis migrare iussis, ob corruptiores ipsorum mores, nouam eò deduxit Præmonstratensium coloniam. Circa Annum 1243. Innocentio 4. P. translatitiæ huic Monachorum emendationi applaudente: Solennibus Literis, quarum series Libro 4. præscribitur Belgicorum Annalium Ricardi Vuasburgi, Archidiaconi Virdunensis. Iuxta seueram rigidamque Alexandri 3. sententiam, cap. relatum Ne cler. vel monachi seculares. Ita apud Germanos, Augustanus episcopus Bruno, fecit ex Canonicorum S. Afrę Collegio, Benedictinum D. Vlrici Cœnobium. Bruschio teste, D. Germanic. Episcopat. Et in Zelandia Mattiacorum Insula Godevvaldus, Traiectensis Pontifex loco ordinèque mouit Regulares Mildelburgi oppido Canonicos: iisque Cœnobitas ex Antuerpiensi Monasterio subrogauit, officiosiùs Deo militaturos. Vt Hadrianus Barlandus memoriæ prodidit in Catalogo Traiectens. Episcop. Nostratibus pariter Galliæ Chronicis liquet, muliebre Argentorij Parisiorum Oppiduli Cœnobium, Monialibus incestu pollutis, transuer-

Reformatio regularis.

Abba S. Benedicti *de Fleury sur Loire*, diœcesis Aurelianen.

Flodoard. lib 1. cap. 12 post Aimoynum lib. 1. cap 16. Hist. Franc. Tu lib 3 Doman. Franc. Tit. 8. Art 2.

Abbatia sancti Pauli *de Verdun*.

D. Bern. in Epistola 252. ad Abbatem de Præmonstrato. Apud Virdunum, infit, pro Ecclesia B. Pauli vt eam vos haberetis, quantũ laborauerim, multi norunt, quantum profecerim, ipsi sentitis. &c.

Gasp. Bruschius.

Mildelbourg, en Zelande.

Priotatus *d'Argenteuil.*

Roberti Regis Franciæ mater Adhelaïdis Regina fecit Monasterium S. Frambaldi in ciuitate Syluanecten. Vbi 12. ad seruiendum Deo clericos misit, & de quibus viuerent, abunde subministrauit. Construxit & Monasterium in territorio Parisien. villa quæ dicitur Argentoilus, vbi numerum ancillarum Dei non mini-

mũ ſub norma S. Benedicti viuere paratus adunauit. Ex Helgandi Floriacenſis Epitome Vitæ Roberti Regis.

Nicolas Gilles, en ſa Chronique dit que l'an 1129. les Nonains d'Argenteuil furent dejectees dud. lieu, pource qu'elles ne viuoient pas religieuſement, mais lubriquement, & fut l'Egliſe donnée à Suger Abbé de S. Denis, qui y mit Moines, ainſi que parauant y auoit eu en ſa premiere fundation, leſquels en auoient eſté oſtez par puiſſance, pour y mettre vne des ſœurs de Charlemagne.

Sugerius Abbas in vita Ludouici Groſſi, *dit que* Honorius Papa *ordonna à ſon Legat* Matthæo Albanenſi Epiſcopo *& aux Eueſques de France la reformation* Monaſterij Argentoilenſis puellarum fœtida & miſerrima conuerſatione infamatis.

Yuonis Epiſtola 127. ad querelam Adelæ Meldenſis Comitiſſæ.

Prioratus *de S. Eloy* membrum dependẽs ab Abbatia S. Mauri *des Foſſez*.

Bagaudæ ſeu Baogaudæ, qui & quales fuerint, Saluianus notat. Lib. 5. De ver. iudic. & prouid. Dei.

Prioratus S. Martini *de la Chana*, Religioſarum Ordinis S. Benedicti.

Eccleſia collegiata S. Pauli, *à Lion*.

Abbatia *de la Magdelaine de Vezelay en Auxerrois*, fundata à Comite Niuernenſi: Cuius Membra & Prioratus fuere, S Ioh. de Vandaco, Claromont. diœceſi: de Lãgiaco Niuernen: de Merloto, & de Bornello, Beluacen: de Vilari ſylua, Nouiomenſis: de Oleyo, Cenomanæ, &c.

Vvormatienſes Epiſcopi.

Bulla Leonis 10. P. die 9. Iun. 1516. de vnione Cœnobij monialium, cum Cõgregatione reformata Caſalis Benedicti.

S. Menouſt en Berry dont depend Yſeure prés Molins comme fille, mais la mere à depuis quitté l'exemption, & s'eſt rendue ſubiecte à l'Archeveſque de Bourges.

Il y a encores vne Bulle du Pape Sixte 5. l'an 1590. Idib. Auguſti *impetrée par l'Abbeſſe & Religieuſes de S. Laurent de Bourges, confirmatiue de l'Vnion de ladite Abbaye à Chezaubenoiſt, & des exemptions de tous ordres concedées auſdites Religieuſes comme vnies ſuſdites.*

ſum fuiſſe in virilem Caſam Monaſticam. Nec alia de cauſa Yuo Carnutenſis, Epiſtola 127. ſuaſit Vualtero Meldorum Præſuli, *vt moniales S. Faræ ab impudicitia corrigeret, & ſi id fieri nequiret, religioſis Monachis locum, cum ſuis poſſeſſionibus committeret.* Ecquid verò de monaſtica Lutetiæ Cella B. Eligij; Hanc primum incoluère Sanctimoniales trecentę queîs Aurea virgo ſancta præfuit. Aſt longo poſt temporum curriculo, laſciuæ impudicæque Veſtales Fano pelluntur, iiſque ſuffecti Monachi 12. vnà cum Præfecto, ſubduntur Foſſatenſi Cœnobio Pariſien. diœceſeos, quod caſtrũ Bagaudarum Francica Vetuſtas nominarat. Paſchali 2. P. & Philippo 1. Francorum Rege, An. 1107. Lugdunenſium item Res geſtæ fidem faciunt, ſacrum Parthenonem, à Iano Talarũo Lugduni Archipræſule conditum quidem fuiſſe, ſub An. 1420. Sed monialium incontinentia ſucceſſorem Archiepiſcopum eò adactum, Borbonium *Cardinalem*, vt loco depulſis mulierculis, hunc perpetuò locum adunare Canonicorum Collegio D. Pauli, alendiſque ipſius ſymphoniacis pueris deuoueret. Annum circiter 1470. Sic Apoſtolico Pauli 3. diplomate An. 1537. refertur, Vizeliacenſe Monaſterium, ab eius conditore, Gerardo Niueoduni Comite, & Bertha coniuge dicatum fuiſſe primitùs ſacris Virginibus Benedictinis, dein Pontificio iuſſu tranſlatum ad cucullatos eiuſdem Ordinis viros: Quorum Præfecto ius minorum Inſularum aliáque multa erogarit Martinus 5. P. Anno 1417. Quòd ſi patrijs extera miſcere fas eſt obiter rerum exempla ac monumenta, comperimus, fœmineum Cœnobium à Landolpho Vangionum Germaniæ Epiſcopo ſic emendatum, vt impuris Benedictinæ Sectæ Monialibus ablegatis, Ciſtercienſes ſubſtituerit. Circa Annum 1245. Ex Gaſpar. Bruſchij Epitome, De omnib. German. Epiſcopat. Nec ita dudum, in Gallicis finibus, Leo 10. P. promouit Virgineæ Ædis monaſticæ Petri Lugdunenſis, emendationem, ſimul & vnionem cum ſancto Caſæ Benedicti Conſortio. Literis Apoſtolicis quinto Idus Iunias Anno. 1516. Viſitur ſimilis propemodum Georgij Ambroſij Chartula, Romani legati, de reformatione Cœnobiorum D. Menulphi, Carentonij, B. Laurentij, & Iſidori: quæ, ſacro pàriter *Caſalis-Benedicti* Sodalitio copulauit. Tertio Idus Ianuar. An. 1507. Haud minore pietatis æſtu impulſus eſt Petr. Marolius, Vaurenſis Aquitanorum Præſul, vt quod Pontificia commendatione tenebat, Brantholmeum apud Petrocorios Monaſterium, Societati Caſæ Benedictinæ connectendum curaret. Quarto Cal. Septembres Ann. 1541. Brantholmeæ huius Baſilicæ Petri ad Dronam flumen, conditor perhibetur Magnus Carolus, An. 769. quũm Petragorios adueniſſet. Denique, vt Cœnobiorum reſtitutioni in integrum coronidem addamus, ea quidem ad arctius vitæ Inſtitutum redigere licet, primæua manente Regula: ſed mutata ipſa, non licet communi & ordinario Iure. Panor. in Cap. ad noſtram De appellat. Nauarr. ad Can. ſtatuimus Cauſ. 19. Quæſt. 3.

Prioratus *d'Yſeure*, Molinis Boiorum proximus, Heduenſis diœceſis: Alia verò Monaſteria hìc enumerata, Bituricæ.

Literæ Legati *d'Amboiſe*, die xj. Ianuar. 1507.

Abbatia *de Brantholme en Perigort*, vnita Congregationi *de Chezaubenoiſt*, die 19. Auguſt. 1541.

* populares & profanos.

18. INSVPER * λαϊκοὺς ſacra Tonſura inſignire, ius eſt Cœnobiarchæ intra Monaſterij ſui ſepta, Can. 1. & 2. Diſtinct. 69. Innocentij 3. Reſcripto,

Cùm

Cum contingat De ætat. & qualit. Alexandri 4. Cap. Abbates De priuil. In 6. Panormitanus copiosè ad Cap. quanto De consuet. Ad cap. clerici De vit. & honest. cleric. Et ad cap. 1. De supplen. neglig. prælat. Id quod religiosis modò Cœnobij Magistris adplicatur, non autē *secularibus* fiduciarijs, qui spiritalia ipsius iura minimè tractant. Nam supra relati Canones, minorum Infularum potestatem soli tribuunt Benedicto *Abbati*, sacratóque à Diœceseos Antistite. Quales vulgò habentur religiosi Æteriarchæ, queîs pontificalium Insignium vsus pridem irrogatus sit, mitræ, anulorum, tunicæ, dalmaticæ, & baculi, ab Sede Romana. De Honorario isto Cœnobiarcūn multorum priuilegio, regularíque prærogatiua, Nos Lib. 2. Ecclesiast. Polit. Forens. Vtputà Alexander 3. P. quum in Tusculano agro esset, Pontificali ritu ornauit Hugonem 3. Ædis Germani, Pratensis, *Abbam*, & successores, tertio Nonas Sextiles An. 1167. Quantum ex Cœnobij huius Chartario assequimur. Talia etiam Indumenta sacra permisit nuper Vallisscholarium Principi Casæ monasticæ Paulus 3. P. munificis Codicillis. Luce 13. Maij An. sesquimillesſ 39. Ex quibus, rei aptissimam decerpsi periodum subsequentem. *Quodque dictus Clemens Cornuot, & successores præfati, d. erigendi Monasterij Abbates pro tempore existentes, mitra, anulo, baculo pastorali, & quibuscunque alijs pontificalibus Insignijs vti, necnon tam in eodem Monasterio, quàm quibuscunque Prioratibus, & Ecclesijs eidem Monasterio subiectis, & ab eo dependentibus, quamuis illi pleno iure non subsint, necnon in quibus aliquam superioritatem obtinent, ac in quibuscunque locis Ecclesiasticis, in quibus, Clemens, & successores prædicti, in pontificalibus pro tempore celebrabunt, benedictionem solennem post Missarum, Vesperarum, Matutinarum, & aliorum Diuinorum solennia, supra populum tunc inibi interessentem, dummodo inibi Diœcesanus, seu alius Antistes, aut aliquis Apostolicæ Sed. Legatus præsens non sit, vel si præsens fuerit, eius ad id expressus accedat assensus, elargiri: Ac singulos Fratres, Nouitios, & seruitores, ac mediatè vel immediatè subiectos dicti erecti Monasterij, necnon Prioratuum & Membrorum eidem erecto Monasterio subiectorum, & ad ipsum erectum Monasterium vt inibi recipiantur, pro tempore confluentes, ad hoc idoneos, clericali charactere insignire, & ad quatuor minores Ordines simul vel successiuè, prout expediens fuerit, quibusuis festiuis diebus promouere, ac Ordines eis conferre, necnon vestes, indumenta, ornamenta & paramenta Ecclesiastica, etiam sacerdotalia, libros, imagines, cruces, campanas, calices, vasa, & tabernacula quæcunque præfati erecti Monasterij, ac Prioratuum, & Membrorum, & Ecclesiarum illi subiectarum, ac Altaria illorum benedicere, eásque Ecclesias, vel earum Cœmiteria, & alia loca Ecclesiastica, sanguinis vel seminis effusione, aut aliàs quouismodò pollutas vel polluta, aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antistitem, vt moris est, benedicta reconciliare liberè & licitè valeant, perpetuò statuimus & ordinamus.* At verò Episcopalis tituli honorem istum, à Cœnobiarchis captatum, minús probat D. Bernardus, Epist. 42. ad Henricum Senonum Archipræsulem, hac phrasi: Multo labore ac pretio, quidam horum, Apostolicis adeptis priuilegijs, per ipsa, sibi vendicant Insignia pontificalia, vtentes & ipsi, more Pontificum, mitra, anulo, atq; sandalijs. Sanè si attenditur rerum dignitas, hanc Monachi abhorret professio: Si ministerium, solis liquet congruere Pontificibus. Profectò esse desiderāt, quod videri gestiunt: meritóque non queunt esse subiecti, quibus iam ipso se comparant desiderio: Quòd si & nomen eis conferre Priuilegiorum posset auctoritas, quanto putas, auro redimerent, vt appellarentur Pontifices? Hæc, Bernardus. Vilhelmo item Blesensi. Abbæ Machinensi Romanus Antistes vsum mitræ, anuli, & sandaliorum vltrò, nec rogatus, concesserat. Illum tamen monet frater eius Petrus Blesensis, Epist. 90. *vt aut ista Ornamenta reddat, aut Abbatiam relinquat. Insignia*, ait, *Episcopalis eminentiæ in Abbate nec approbo, nec accepto. Mitra enim, anulus, & sandalia in alio quam in Episcopo, quædam superba elatio est, ac præsumptuosa ostentatio libertatis &c.* Clemens 4. P. Monasticorum Præsulum ambitionem fastumque retundere conatur, dùm, *Abbates*, infit, quibus mitræ vsus est à Sede Apostolica concessus, exempti quidem, in Prouincialib. & Episcopalib. Synodis, mitris tantummodò aurifrisiatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentibus vti possint: Non exempti

Minorum ordinum collatio, abbati licita in Monasterio suo: & inferiorib. Episcopo, ex consuetudine, Dimissoriarum ad ordines literarum concessio. Decis. Capel. Tholos. 450 ex gloz. Cap cùm nullus §. inferiores De tempor. ordinat In 6.

Tit 6. Art. 18.

Abbates S. Germani, de Pratis, Lutetiæ suburbani, episcopalib. ornamentis induti. Priuilegio Apostol. die 3. August. 1167.

Priuilegiaria Bulla Pauli 3. pro summo Prioratu Ordinis Vallisscholariū, quē in Abbatiæ titulum erigebat.

Romana alia in hunc Ordinem Vallisscholarium Priuilegia vide Lib. 2 Sacr Polit. Tit. vlt. Art. 20.

Vsum mitræ & baculi habentes Abbates (vt Tyronenses, in Pertico *portant croce & mitre*) adhibentur, nonnunquam Episcoporum loco, maiorib. ecclesiasticorū criminibus diiudicādis. Trident. Concil. Sessione 13. Decreto de Reformat. Cap. 4.

Cœmiterium Ecclesiæ pollui dicitur, vti Ecclesia ipsa. cap. cōsuluisti De consecr. Eccles. vel altar. At polluto illo, nō ideo polluitur Eccles. cap. vn. Eod. Tit. In 6.

Epistolaris sententia B. Bernardi.

Petr. Blesensis Archidiaconus Barthoniēsis, scripsit de Amicitia Christiana, de pœnitentia salutari Lib. 1. Exhortationem ad Abbates Lib. 2. de officio Episcopi Lib. 1. De periculo Prælatorum Lib. 1. Vitam patientis Iob. De vita Clericorum curialiū, De Synodis celebrādis, de perfidia Iudæorum, de Peregrinat. Hierosolymit. De Trāsfigurat Domini, Sermones de Ieiunio Epistolas 194. Ex Baleo.

verò, ſimplicibus & albis ac planis vtantur. Cap. 6. De priuil. Apud Bonifacium 8. Planè B. Syluester, quùm Pontificatu Max. fungeretur, ſibi oblatum reſpuit Diadema aureum gemmis diſtinctum, tanquam Religioſo capiti minimè congruum: phrigia mitra, eáque candida contentus fuit. Can. Conſtantinus Diſtinct. 96. Ac omnimodò in Epiſcopali ceruice nil ſplendidius refulget, quam humilis animi ſummiſſio atque deiectio. Vt D. Gregorius atteſtatur, Regeſti lib. 2. Epiſt. 54. ex qua deſumptus ſacer Canon, contra morem Diſtinct. 100. Sic erigendo ſurſum Caſę Benedicti Sodalitio, allatæ ſunt, ex Italia, Caſſinatis Cœnobij: ex Germania, *Burſfeldenſis Congregationis*, Sanctiones monaſticæ: Quibus, Codicis Burſfeldenſis Capite 28. hæc intexuntur. *Nemo ex Abbatibus noſtris, etiam Apoſtolico ſuffultus priuilegio, Mitra, & cæteris huiuſmodi Inſignibus, & apparatibus Pontificalibus vti præſumat. Hæc enim licet interdum ſimplici animo rationabiliter ferri poſſint, tamen à lippientibus & ad iudicandum pronis, curioſæ vanitati magis, quàm Religioſæ ſimplicitati deputari ſolent.* Ac de pijs hiſce Legibus, Saxonicique adeo Burſfeldiæ Cœnobij Societate Benedictina, honorificam intulit mentionem Ioh. Tritthemius, *Abba* Sphanheimenſis, Lib. 1. De Vir. illuſtribus Ordin. Benedictini, Cap. 12. Sed, ne longiùs à ſuſcepto conferendorum Ordinum themate digrediar, ſtatutum eſt nouo Tridentini Concilij decreto, Monaſticum Antiſtitem, quàmtumlibet immunem ſolutúmque Epiſcopali imperio, minores Infulas alijs irrogare non poſſe, quàm ſibi ſubditis, Alumnis Monaſterij cucullatis. Seſſione 23. De reformat. Cap. 10.

19. QVONIAM verò Iuridica *Abbatum* in ſuos poteſtas, illuſtrior fit ab Immunitate illa vacationéque Pontificalis Imperij, quam Sancta Sedes varijs Monaſterijs indulſit, è re eſt obiter, Cœnobiticas huiuſmodi *Exemptiones* paucis diſcutere. Cœnobiarcha enim, in ſacris Eccleſijs, quæ ipſi pleno iure ſubduntur, epiſcopalia pariter iura exercet: quę & alijs in Templis longa temporum præſcriptione ſibi quærit. Innocentij 3. Cap. auditis Cap. cùm olim De praſcript. Panormit. accuratè, ad Cap. 1. De reb. Eccleſ. non alienan. Exemptorum vtique Cœnobiorum promuntur exempla ab illo Innocentio, Rothonenſis nempe, in Venetica Britonum diœceſi: & Iotrenſis Meldorum, in noſtris Gallijs. Cap. 2. De in integ. reſti. cap. ex parte De priuil. Cap. penult. De Arbitr. Ne peregrina exteráque proferamus Monaſteria ex Libris Pontificum, quæ Apoſtolici itidem Præſules ordinaria Diœceſani iuriſdictione exemerūt. Nam Chalcedonenſi quidem œcumenica Synodo cautum fuit, Anachoretas, & Monaſticen profeſſos, Diœceſanis Epiſcoporum iuſſis decretiſque parere cogi. (Actione 15. Can. 8.) Nec diuerſum Gallico in Clero ſancitum, Aurelianenſi 1. Congreſſu Eccleſiæ, Cap. 21. ex quo tractus Canon, Abbates pro humilitate Religionis, in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant Cauſ. 18. Quæſt. 2. Sed dum Epiſcopi poteſtate abutentes, profanis ſolùm inhiarent opibus, ſacræque Viſitationis obducto velo, collatitium æs annuum exigerent; de Cœnobitarum moribus parùm ſolliciti, effecerunt, vt Monaſteria pleráque, ipſorum excuterent iugum, Romanæque ſacræ Iuriſdictioni ſeſe * ἀμέσως ſubijcerent. Quippe quùm nummariæ ordinarij Præſulis exactiones odium pariant ſubditorum. Toletano 3. Concilio, in Can. quia cognouimus Cauſ. 10. Quæſt. 3. Lutetiæ tamen ſuburbanum D. Vincentij Cœnobium, in ipſis adeo cunabulis, manu emiſſum fuit, poteſtatéque ſacri cuiuſuis, prætérquàm Romani Antiſtitis. Dictante etiam Priuilegium B. Germano Pariſiorum Epiſcopo, quod in philyra miro modo deſcriptum, accuratè ſeruatur in Scrinijs eius Monaſterij. Formula Priuilegij talis eſt. *Dominis viris Apoſtolicis, ſanctis, & in Chriſto Fratribus omnibus Epiſcopis Pariſiacæ vrbis, cum gratia* DEI *futuris, & cœleſti viſitatione ditatis, Germanus peccator &c. Childebertus Rex, poſt* DEVM, *dum ſuperesſet, fuit noſtra Immunitas, ſecuritas, pax &*

Congregatio Caſalis Benedicti.

Burſfeldenſis in Saxonia, Congregationis Statuta manuſcripta, hoc titulo, Ordinarius Diuinorum, Nigrorum Monachorum, Ordinis S. Benedicti de Obſeruantia Burſfeldenſi. Quibus attexitur Liber Ceremoniarum eius Cōgregationis.

Abbas, ante benedictionem poteſt vti Paſtorali baculo, annulo, & mitra, quia per eam minimè cōfertur ordo: Epiſcopi autem, ſecus, niſi poſt conſecrationem Innoc. & Panorm. ad Cap. Meminimus De

I. Trithemij Cap. 12. De vltima reformatione Burſfeldēſi quæ poſt Cōcilium Conſtantienſe mox ſumpſit exordium.

Exempta Diœceſanis Prælatis Cœnobia multa, & immediatè ſubiecta Apoſtolicæ Sedi. De quibus, Nos Lib. 2. Eccleſ. Polit. Tit. 3. Art. 5. 6. 7. 8.

Abbatia *de Rhedon*, diœceſis *de Rennes en Bretagne*.

Ceſte Abbaye de Rhedon fut reformée l'an 1564. & lad. reformatiō confirmée & particulierement effectuee par Arreſt du Parlement de Rhennes du 23. d'Octobre 1573. Recité par Natalis du Failz en ſon recueil d'Arreſts Lib. 2.

Fœminea Abbatia *de Iouerre dioceſe de Meaux*. Cuius fundator Abbatiæ extitit Audoenus Rhomagen. Archipræſul. Monaſticam vitam profeſſus, circa Annum 637. Auctore Aimoino, Hiſt. Frāc. Lib. 4. Cap. 41. Vilhel. Nangiſio, in Cronographia.

Concilium Aureliánenſe. 1.

* immediatè.

S. Germani de Pratis Abbatiæ priuilegium antiquiſſ. Eius autem primus Abbas, fuit Autharius eodem An. 556. quo viuo D. Medardus, Nouiomenſis Epiſcopus obijt. Ex Aimoini Lib. 2. Cap. 36. Et Gregorij Turonen. Lib. 4. Cap. 19. Hiſt.

recuperio, ac sequestratio omnis à ciuili negotio. Nos verò in hac re pietati illius consulentes, cæterorum Regum velle stabiliri conantes charitatem fraternæ dilectionis vestræ nobiscum volumus concordari: quatinus illius sancti loci honor celeberrimus, & memoria tam d. Principis gloriosè emicat eodem in loco omnibus huius æui temporibus, habeátque Abbatem ex propria Congregatione ipsa Ecclesia &c. Sancimus, vt nullus Metropolitanus, aut aliquis Suffraganeus eius, causa alicuius ordinationis illuc ingredi præsumat: nisi solummodò ab Abbate eiusdem loci vocatus venerit ad Sanctitatis ministerium celebrandum, aut ad Ecclesias consecrandas, aut ad benedictiones Clericorum vel Monachorum instituendas. Quod debitum renuere nullatenus debet. Cæterum quicquid à die præsenti, tam à tempore meo, quàm successorum meorum in Sede Parisiorum residentium Episcoporum, vel à DEVM timentibus Principibus eiusdem Plebis, in Fiscis, villis, agris, in auro vel argento fuerit delegatum siue donatum, vt ad integrum habeat, volo, rogo, coniuro. Decreui etiam per hanc chartulam immunitatis & cessionis, meam Basilicam domni Vincentij supranominatam sine gestorum obligatione manere. Et quia id antea consuetudo non fuit, modò à Regibus & Principibus mihi est concessum, voluntatem pietatis vestræ in hoc prætermittere nolui, sed rationibus per vos roborari & confirmari exposco &c. Actum Parisius ciuitate. 12. Kalend. Septembr. An. 5. domni Chariberti Regis. Sub idem fermè tempus, priuilegiario munere pari decorata est Monastica Cella D. Medardi, Suessionum, ab Iohanne 3. Pontif. in hæc verba. Diuina inspirante gratia, & praecellentiss. Regis Clotharij suadente clementia, Monasterio S. Mariæ & S. Petri, quod est extra Suessorum ciuitatem situm, vbi Dn. Medardus requiescit, & Daniel Abbas præesse videtur, hoc priuilegium indulgemus, vt terras, quas filius noster Clotharius ob salutem animæ suæ dedit, Croniacum scilicet &c. liberè possideat. Hoc quoque auctoritate S. Trinitatis, & inseparabilis Vnitatis, vice B. Petri Apostoli, coram Rege Clothario, & omnibus plebibus Francorum, scilicet Archiepiscoporum, Episcoporum, Iudicum, & omni populo Christianorum Roman. Principum decernimus, vt nullus Regum, Antistitum, Iudicum, terras S. Mariæ & domni Medardi, siue Ecclesias, altaria, thelonea, decimas nouas, banna & freda exigat &c. Statuimus etiam, vt velut hæc sedes B. Petri libera constat ab omni seruitio Regum & Potentum, ita remota omni consuetudine pessima, Monachi Deo vacent liberi, & per omnia Regulæ S. Benedicti artibus obediant sine vlla inquietudine. Præsenti quoque priuilegio, hanc illis concedimus licentiam, vt defuncto Abbate, quemcunquè voluerint Archiepiscopum, Episcopum, causa ordinandi Abbatem, vocent &c. Ac ne tantæ sublimitatis locus vilescat, eum, Caput constituimus Monasteriorum totius Galliæ, nullíusque Ditioni patimur esse subiectum: sed semper sub Regali custodia positus, huius S. R. E. Antistitum auctoritate, aduocationem B. Petri habeat. &c. An. 592. Indict. 10. Superius autem illud B. Germani priuilegium in Cœnobiticam Vincentij Ædem, sanxit Gregorius 1. P. Diplomate An. 593. ad preces Brunechildis Reginæ, & Theodorici nepotis. Quo de Gregoriano Rescripto, Aimoynus expressim, Francic. Rer. Lib. 3. Cap. 2. Proinde quùm Alexander 3. P. Lutetiam ingressus, Hugonis Abbæ rogatu sacraret Fanum Germani, ex eo abscedere iussus est Parisiorum Episcopus Mauritius, instantia cœnobitarum. An. 1163. Vnde excandescens ille, Turonica in Synodo, cui præsedit Alexander, Cœnobij exemptionem acerrimè, sed perperam, oppugnauit.

Prioratus S. Euphemiæ, membrum dependés à Monasterio S. Theofredi, ordinis sancti Benedicti Aniciensis Diœcesis.

Exemptio Abbatiæ S. Germani Parisien. die 21. Augusti An. 509. Quam Alexáder 4. P. confirmauit An. 1259. post Paschalem 2. P. cuius Bulla inferscripta est Lib. 2. Tit. 1 Art. 4.

S. Cornelij pariter Abbatiæ in Compendio oppido Vrbanus 3. P. concessit exemptioné ab ordinario Suessionũ Episcopo, eámque Sedi Aposto. subiecit immediatè, cõfirmans ipsius possessiones, Ecclesias, & prioratus, cum domo Hospitali S. Nicolai, Bulla An. 1186.

Abbatia S. Medardi lès Soissons, caput Monasteriorum Franciæ hoc Rescripto dicta. Sed & Abbatia de Tyron au Perche, quasi CaputOrdinis, habet sub se Abbatiolas 14. nempe la Pelisse, Asnieres, Ferrieres, le Guedaunay, le Loug-dieu prés de Lyon, Cherisy, &c.

De S. Medardi sepulchro, in hoc Monasterio, iuxta vrbem Suessionicam honorificé loquitur Gregorius Turonen. In Lib. De Gloria Confessor. Art 95.

Le Prioré de sainct Gilles, & de saincte Catherine à Montpellier, fondé de Religieuses, par vn Bourgeois de ladicte ville, le 26. d'Octobre, l'an 1357.

Turonẽse Cõcilium, præsente Alexandro 3. P. an. 1164.

20. DE CLVNIACENSIS item Monasterij Immunitate ambigit nemo: Quod Romanæ soli Cathedræ obnoxium non modò professus est Honorius 3. inter Decretales Pontificum Epistolas, circa Annum 1220. sed priore etiam Annorum centuria, Rhemense Concilium, præside Calyxto 2. P. cognoscens definierat An. 1119. Decreto secundùm Pontium, Cluniacensem Abbam, reum conuentum: Actore summoto, Præsule Matiscononensi. Vt coætaneus refert Ordericus Vitalis, Anglus, Vticensis Lexouiorum monachus, * idiographo Lib. xj. Historiæ suorum temporum, verbis ita nuncupatis: Matisconensis Episcopus ad hanc sanctam Synodum clamorem fecit, quòd Pontius Cluniacen. Abbas ipsum, Ecclesiámque suam damnis, iniurijsque multis affecerit, Ecclesias decimásque suas, debitásque subiectiones sibi abstulerit vio-

Cluny.

Cap. Quanto. De priuil.

Rhemis Campaniæ Belgicæ, acta Synod. generalis Ecclesiæ, Cœnobita S. Ebrulphi, Lexouiẽsis diœceseos Normaniæ, Historicos Lib. 12. exarauit ab An 1094. ad Annũ vsque 1141. * manuscripto.

Statuta Gregorij 9. & Nicolai 4. P. P. extant de statu Cluniacen. Monachorum, eiúsque Ordinis priuilegia multa citauimus Lib. 2. Sac. Polit. Tit. 1. Art. 8. Tit. 4. Art. 28. et Lib. 3. Tit. 4. Art. 6. Tametsi in exemptionem Cluniacensem à Diœcesano Matisconensi, scripserit nuper Petrus San-Iulianus, Matisconen. Archidiaconus, Antiquit. Matis. Commentariolo.

lenter, & congruas dignitates suorúmque ordinationes clericorum denegarit. Sed Cluniacensis Abbas sic respondit. Cluniacensis Ecclesia soli Romanæ Ecclesiæ subdita est, & Papæ propria, & ex quo fundata est, à Rom. P. obtinuit priuilegia, quæ proclamator iste abolere nititur. Notum autem sit vobis, quòd ego & Fratres nostri Monasticas res, sicut eas venerabilis Hugo, alijque sancti prædecessores nostri habuerunt, seruare contendimus. Nulli damna vel iniurias ingessimus, res alienas non diripuimus: Verum res pro amore Dei nobis datas à Fidelibus, quia pertinaciter defendimus, à raptoribus inuasores dicimur. Nimia de his ad me sollicitudo non pertinet: Ecclesiam suam dominus P.P. si vult defendat, & Ecclesiam, decimásque, cum alijs possessionibus, quas ipse mihi commisit, custodiat. Tum Iohannes Cremensis, eloquens presbyter, qui cum PP. venerat, dixit: Ducenti, & eò ampliùs anni sunt, ex quo Cluniacen. Ecclesia fundata est, & ab ipso primordio fundationis suæ, Romano Pontif. donata est: à quo vtilibus Priuilegijs in Romana Synodo coram multis Arbitris insignita est. Ratum est, & Chartis insertum legentibus liquidò patescit, quòd Gerardus Aquitanicus Cluniacense Cœnobium in alodio suo construxit, & illud, Romam pergens, Romano P. deuotissimè commisit, nec id frustra fieri voluit. Nam ipse tunc 12. aureos Papæ obtulit, & exinde totidem singulis annis dari decreuit. Præfata ergo Ecclesia nulli Principum seu Præsulũ vsque nunc, nisi Papæ, subiacuit, &c. Conuentus Monachorum secundùm Regulam S. Patris Benedicti Abbatem eligit, electũ Papæ cum literis attestantibus dirigit: Quem ipse, secundùm Ecclesiasticum morem, cõsecrat ac benedicit. IGITVR, *cùm Cluniacen. Abbatia soli Papæ subiiciatur, Romana Auctoritas Cluniacensium priuilegia corroborat, & in virtute* DEI *omnibus Ecclesiæ filiis imperat, ne quis eos temerè pristina libertate priuet, nec possessionibus olim habitis spoliet, nec insolitis exactionibus prægrauet, &c.* Me quidem non latet, Innocentium IIII. in Lugdunensi Concilio, & Bonifacium VIII. Diplomaticas Cœnobiorum immunitates varijs Iuris articulis coarctasse. Toto Tit. De Priuileg. In 6. Nec diffiteor, Leonem X. P. Laterana in Synodo, futuras Monasticarum Ædium exemptiones à Foro episcopali, nisi maturè cognita causa, vetuisse, irritásque adeo pronuntiasse. Quarto Nonas Maias An. 1515. Quod postmodùm etiam Tridentini Concilij Proceres sanxerunt 3. Idus Nouemb. An. 1563. Sessione 24. Cap. 11. decreti De Reformat. Antiquiorum tamen Immunitatum possessiones mouere non expedit: saluo eo duntaxat ciuili temperamento, quod vetustioribus huiusmodi EXEMPTIONVM beneficijs Tridentini Patres adhibuêre. Nam Carthusiensis pia incorruptáque Familia munere illo ornata fuit, Alexandri 3. Codicillis ad Fr. Guigonem, *Priorem* Carthusiensem, eiúsque Fratres, Nonis Septemb. An. 1176. Queîs subnectitur æquè gratiosum Ordini diploma Cælestini 3. P. quarto Idus Quintiles An. 1193. Haud dispari priuilegio vacationeque Fori Episcopalis fulta videtur Cælestinorum Secta Benedictina. Pontificio Gregorij 10. Rescripto xj. Kalend. Apriles An. 1274. Cælestini 5. An. 1294. quinto Kalend. Octob. ac Bonifacij 8. Idibus Maijs An. 1297. Quorum primis Tabulis feruntur isthæc. *Dilectis filijs Priori Monasterij S. Spiritus de Magella, eiusdem Fratribus, Theatinæ diœcesis, &c. Monasterium vestrum, in quo, Diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, &c.* At Cælestinus ille quintus, tutelaris patronus Ordinis, in eum, ampliori elogio, pij animi studium cunctis patefecit. Apostolico diplomate, cuius tenorem inferiùs descriptum exhibebit. Liber 2. Tit. 1. Art. 13.

Hunc Historici Vilhelmum Pium vocãt Aquitaniæ Ducem, qui anno 881. structo Monasterio Cluniacensi suis impẽsis, Bernonem 1. Abbam imposuerit. Nempe Fragmentum Hist. Franc. pridẽ editum, Platina, & alij Scriptores.

Monasterij tamen S. Rigaldi, quod pẽdet à Cluniacensi, Abbas electus tenetur, electionis suæ confirmationem petere ab Episcopo Matisconensi, bulla Alexãdri 2. P. An 1071. 16. Kal. April Quam refert Petr. San-Iulian' Lib. Antiquit. Matisconen.

Lateranense nouum Concilium, die 4. Maii 1515.

Die 11. Nouem. 1563

Bullæ Alexandri 3. die 5. Septemb. 1176. & Cælestini 3 die 12. Iulii An. 2. Pontific. Quibus, personæ & bona Ordinis sub protectione Apostolica ponuntur, cautúmque ne Diœcesani extorqueant, aut aliquem de Cella extrahant, neuè eos exactionibus grauent, &c.

Apostol Bullæ, die 22. Mart. 1274 Die 27 Septem. 1294. & 15. Maii 1297.

21. NEC aliter Iulius 2. P. lege soluit exemítque Episcopalis iurisdictionis, cucullatos Eremitas B. Francisci, ex Paula, Brutiorum oppido in magna Græcia olim dicta, quos vulgò *Minimos* vocitamus: eósque suum in ius, seu Apostolicum Pontifex ille transtulit, Authenticis Literis quinto Kalend. Sextiles An. 1506. Vers. *Ac sub B. Petri, & prædictæ Sedis, & nostra protectione immediatè subiacent, &c.* Quinimò, vt ordinarios Cœnobitarum Iudices ex instituta seriè prosequamur, Franciscus ille Minimorum Ordinis conditor, designatus fuit initio Iuridicus Collegii sui Magistratus,

Minimorum Ordo, inter quos, Fr. Franciscus Bellamera scripsit, Decretoriũ vitæ humanæ secundùm Deum, An 1532.

Romana Bulla, die 28. Iul. An. 1506 pro Minimorum Ordine, cuius Generalis, Gaspar Passarellus à Monopoli, transumenda & imprimenda curauit An. 1571. omnia Ordinis Priuilegia: Nunc denuo à Fr. Nicolao de Christianis, Venetæ prouinciæ Vicario prouinciali reuisa, correcta, Venetiis imprimuntur An. 1596.

ac Monasticarum litium rerúmque Præses à Pyrrho Archipræsule Consentino pridie Kal. Decemb. An. 1471. hoc verborum schemate. *Pyrrhus, &c. Fratri Francisco de Paula, Heremitæ, nostræ Consentinæ diœcesis, suæque Congregationis Fratribus Heremitis præsentibus & futuris. Terræ Paulæ Oratorium seu Ecclesiam, quam sub vocabulo S. Francisci per te erigi fecimus, (in quo, Diuina officia audire, seu Ecclesiastica sacramenta recipere, & orare posses) tibi tuæque Congregationi in perpetuum damus, vnà cum suis iuribus & pertinentijs, teque in Superiorem huiusmodi tuæ Congregationis Patrem, Rectorem, & Priorem damus, & deputamus. &c. Necnon Superiores canonicè eligendi, statuta & Ordinationes pro huiusmodi Obseruantia, à Iure tamen Diuino, & Sanctorum Patrum institutis non deuiantia, faciendi, tibique & huiusmodi Officialibus, & Superioribus sic eligendis ordinariam Iurisdictionem in spiritualibus & temporalibus Congregationis huiusmodi personarum, etiamsi sacerdotali præfulgeant dignitate, & locorum, animalium, & rerum omnium ad te tuámque Congregationem pertinentium, cum potestate quoscunque inobedientes, omniúmque huiusmodi personarum delicta puniendi, liberandi, absoluendi damus facultatem, &c.* Cuiusmodi Archiepiscopale in eam Sectam beneficium, superadditis alijs, stabilierunt Pontifices summi: Xystus 4. Bulla charta, sexto Kalend. Iunias An. 1474. Innocentius 8. decimo Kalend. Apriles An. 1485. Leo 10. pridie Idus Apriles 1513. Nonis Quintilib. & 13 Kalend. April. 1519. Clemens septimus 14. Calend. Apriles 1524. & 10. Kalend. Octobres An. 1532. Paulus 3. octauo Kal. sextiles An. 1540. Ac, ne vicinos demùm meos silentio transmittam, Almæ Triadis cœnobitas, seu de Redemptione captiuorum promitur munificum in hos Clementis 6. Rescriptum apud Auenionem Cauarum Vrbem 13. Kalend. Octobr. An. 1345. tali idiomate. *Vos, & præd. Ordinem, personas, Ecclesias, Oratoria, domos, & loca vestra, & spectantia ad eadem, in quibus habitatis, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, ac personis degentibus in eisdem, in ius & proprietatem B. Petri, & Apostol. Sedis assumimus: illáque à cuiuscúnque Diœcesani, & cuiuslibet alterius potestate, iurisdictione, & dominio, omnimodò in perpetuum eximimus de gratia speciali: Decernimus ex nunc, vos & Ordinem vestrum, Fratres, Priorissas, Sorores, & Donatos siue Donatas, personas, Ecclesias, Oratoria, domos & loca prædicta, ac pertinentia ad eadem soli Rom. Pontifici, tam in spiritualibus quàm in temporalibus absque vllo medio subiacere, &c.*

> Archiep. Consentini, in Calabria, Literæ, Die vlt. Nouemb. 1471.
> Francisci de Paula, Calabriæ oppido, vitam exscripsit Dauid Romeus, inter vitas S. S. Patronorum Neapolitan.
> Literæ Pontificiæ, die 27. Maii 1474. die 23. Mart. 1485. 11. April. 1513. die 7. Iul. & 20 Mart. 1519. Die 19. Mart. 1524. die 22. Septemb. 1532. die 25. Iul. An. 1540.
> Mathurinorum Ordinis priuilegium die 19. Septemb. An. 4. Pontificat. Clementis 6.

22. Eqvidem Petr. Capellanus, in Chronicum Damasi P. Commentario edito, quædam notauit Mala, incommodáque Ecclesiasticarum Exemptionvm. Ait enim, beatum sibi videri Monachum, si reprehensore careat: cùm nil sit infœlicius fœlicitate peccantium, qua, pœnalis nutritur iniquitas, & mala voluntas, velut interior hostis, roboratur. Ex D. Augustini verbis, de puero Centurionis. Can. paratus Cauf. 23. Quæst. 1. Subsimilia his intonat Carnutum Præsul Yuo, aduersus Latiniacensem *Abbam* & cœnobitas, minùs dicto audientes Parisiens. Antistitis, inumbrata specie libertatis cuiusdam ac immunitatis. Epist. 58. Probabile est, ad hæc, præcipiti sacrorum Sodalium exemptione à diœcesano Magistratu, dissolui concordiam Clericorum, reuerentiam maioribus, dilectionem iunioribus vicissim impendendam euerti: Hierarchiæ necessarium ordinem perturbari: Imo nec amicum esse Benedicti Abbæ, vel eius Regulæ qui Cœnobium lege soluat Episcopalis ordinariæ potestatis. Cap. 62. & 64. ipsius Regulæ. Ex quo, Cisterciensis cœnobiarcha, Normæ suæ studiosum vel obseruatorem se proderet, hanc Monastici obsequij Formulam porrexit Diœcesano sacrorum Pontifici, Tibi Domine Episcope, &c. Cap. Ne Dei timorem De symon. Atque adeo Cisterciensem in Familiam relatus cùm esset D. Bernardus, nil mirum, si Cœnobiticas exemptiones insectetur. Lib. 3. De consideratione ad Eugenium 3. talia „ effatus. Murmur loquor, & querimoniam Ecclesiarum. Truncari seclamitant, ac demẽbrari: vel nullæ, vel paucæ admodùm sunt, quæ plagam „ istam aut non doleant, aut non timeant. Quæris quam? Subtrahuntur „ Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis

> Exemptionibus ecclesiasticis obiecta.
> Impunitas, peccatorum est stimulus, incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix.
> Sententia D. Bernardi, in fine Lib. 3. De Considerat.
> Cistercienses tamen legimus, Ordinariorum Iurisdictione exemptos, pariéque subiectos fuisse Apostol. Sedi, Bullis antiquis, speciatim in eo confirmatis, ab Innocentio 8. die 20. August. An. 1487. Vt infra dicetur Lib. 2. Tit. 1. Art. 7. 8. 9.

„ siue Primatibus &c. Nolo, prætendas mihi fructum mancipationis istius. „ Nullus est enim, nisi quod inde Episcopi insolentiores, Monachi etiam „ dissolutiores fiunt. Quid, quòd & pauperiores? Inspice diligentiùs ta-„ lium vbique libertorum & facultates & vitas: si non pudenda admodùm „ & tenuitas in his, & in illis secularitas inuenitur. Matris noxiæ libertatis „ gemina soboles hæc &c. Si dicat Episcopus, nolo esse sub Archiepisco-„ po: aut Abba, nolo obedire Episcopo, Hoc de Cœlo non est: Nisi fortè „ tu Angelorum quempiam dicentem audisti, Nolo sub Archangelis esse, „ aut ex alio quolibet inferiorum ordinum, aliquem non ferentem subesse „ cuiquam, nisi DEO. Hucúsque Bernardus, qui rursùm in Epist. 42. ad Senonensem Archiepiscopum, Miror, inquit, quosdam in nostro Ordine, Monasteriorum *Abbates*, hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere: & sub humili (quod peius est) habitu & tonsura tam superbè sapere, vt cùm ne vnum quidem verbulum de suis imperijs subditos prætergredi patiantur, ipsi proprijs obedire contemnant Episcopis. Spoliant Ecclesias, vt emancipentur: redimunt se, ne obediant. &c. Nonnulla tamen, Bernardi ipsius elogio, Cœnobia, per varios Episcopatus municipatim, Apostolico Solio purè addicta sunt, peculiari fundationis suæ lege. Aliud enim est, quod largitur deuotio, aliud quod molitur ambitio impatiens subiectionis. Lib. 3. supradicto. Qua itidem ratione, Petrus Venerabilis, Ecclesiæ suæ Cluniacensis immunitatem mordicùs tuetur. Epist. 28. Lib. 3. „ ad Cistercienses, illam velut inobedientiam suis obiectantes. Ab ipsis, „ inquit, fundatoribus, qui eam Ecclesiam in proprio alodio construxerũt, „ soli Rom. Pontif. subiecta fuit, non autem alteri Episcopo priùs eam

Les Religieux, Prieur & Conuent de la Fontaine S. Martin, dependant de l'Abbaye de S. Supplice pres Rennes, de l'Ordre S. Benoist.

Monasteria quædam in varijs Episcopatibus sita, specialiter pertinent ab ipsa sui fundatione ad Sedem Apostolic.

Petrus, Cluniacensis Abbas.

Aurelianensis edicti Articul. xi. *Tous Abbez, Abbesses, Prieurs, Prieures non estans chefs d'Ordre, ensemble tous Chanoines & Chapitres, tant seculiers & des Eglises Cathedrales ou Collegiales seront indiferemment subiects à l'Archeuesque ou Euesque diocesain, sans qu'ils puissent s'ayder d'aucun priuilege d'exemption, pour le regard de la visitation & punition des crimes &c. Demeureront toutesfois aux Abbez, Abbesses, Prieurs & Prieures la visitation & correction accoustumee de leurs Religieux & Religieuses, par faute d'obseruance de leur reigle.*

Petr. Blesensis.

Monasteriũ B. Augustini, in Anglia.

Abbatia S. Florentij veteris, in Andegauis, cum suis Membris, dicitur in nullo Episcopatu esse.

possidenti ablata. Cæteroquin iusta videtur Petri Blesensis Querela inofficiosæ Exemptionis Cœnobij Augustiniani, in Britannia Insula: quod antea Cœnobium suberat Archiepiscopo Cantuariensi. Ille enim, Epist. 68. ad Alexandrum. 3 P., *Aduersus Primates*, ait, *& Episcopos intumescunt Abbates, nec est qui Maioribus suis reuerentiam exhibeat & honorem. Euacuatum est obedientiæ iugum, in qua erat vnica spes salutis, & præuaricationis antiquæ remedium. Detestantur Abbates, habere suorum excessuum correctionem, vagam impunitatis licentiam amplectuntur, Claustralisque militiæ iugum relaxatur in omnem desiderij libertatem. Nisi huic malo maturius remedium adhibeatur, verendum est, ne sicut Abbates ab Episcopis, ita Episcopi ab Archiepiscopis, & à Prælatis suis Decani & Archidiaconi eximantur. Et quæ est hæc forma Iustitiæ, aut Potiùs Iuris deformitas, prohibere ne discipuli Magistro consentiant, ne filij obediant Patri, ne milites sequantur Principem, ne serui Domino sint subiecti? Quid est, eximere ab Episcoporum iurisdictione Abbates, nisi contumaciam ac rebellionem præcipere, & armare filios in parentes? Videant, Quæso, ista, & iudicent, qui iudicant Orbem terræ: ne inde videantur emanare iniuriæ, vnde Iura sumuntur.* Eòdem propemodùm relabitur Philonis Hebræi nota sententia, in Lib. De creatione Principis. Quapropter Francicus Senatus olim Ambianorum Præsulem audijt, Interdicto experiuntem in Corbienses cœnobitas: qui, Romanæ exemptionis obtentu, sibi exterum accersierant familiaribúsque suis Antistitem, sacros ordines impositurum. Decreto Parisiensi An. 1393. quod Ioh. Gallus percensuit, Quæst. 306. iuxta Cap. veniens. De Præscript. Cap. per exemptionem Cap. abbates De priuil. Apud Bonifacium. 8.

Quod est (Philonis verbis) in Ciuitate, Rex, hoc in Vico Magister, in domo Dominus, inter ægrotos Medicus, Imperator inter milites, Præfectus classis inter nauales socios, inter vectores Nauclerus, inter nautas Gubernator.

Arestum Curiæ Parisien pro Episcopali in Abbates auctoritate.

23 HAVD deest tamen honesta quædam ac probabilis Monasticæ immunitatis causa, vacationísque Fori Episcopalis, ab degenere & corrupto vitæ statu multorum Episcoporum: Quem Petrus Cluniacen. Abba minimè dissimulans, hæc idcirco subiungit (Epist. 28. Lib. 3.) Olim in

Cathedralibus & Collegiatis Eccleſijs fuère Monachi, ſiue Canonici regulares, in communi viuentes, atque vno Refectorio, vnóque Clauſtro contenti. E quibus aſſumpti Epiſcopi, monaſtica Inſtituta callebant: & ideo viſitandis ſuæ Diœceſis Monaſterijs, Monachorúmque exceſſibus ponderandis ac corrigendis, necnon quæ ad ſanctæ Obſeruationis augmentum conducunt, ſanciendis idonei eſſe poterant. Hodie verò, cum ſint ferè omnes ſeculares, à Regulari vita alieni prorſus, qua fronte Monaſteria viſitare, ac de rebus quas neſciunt, diffinire debeant, non video. Scilicet docebunt, quod non didicerint: milites erunt, priuſquàm tyrones: magiſtri, antequàm diſcipuli. Reclamante ſacro Canone, Ordinatos Diſtinct. 59. Can. miſerum Diſtinct. 61. Can. ſi clericatus Cauſ. 16. Quæſt. 1. Proin B. Gregorius, ad Brunechildem Francorum Auguſtam Epiſtola. 5. Qualis, inſit, Magiſter erit, qui diſcipulus non fuit? Aut quemadmodū ducatū gregi Dominico prębebit, qui diſciplinæ Paſtoris ſubditus antè non fuit? Addiſcant ergo Regulas, Legéſque Monachorum Epiſcopi, ſi earum violatarum reos pro officio caſtigare plectereque voluerint. Nec abs re Curia Ampliſſima Religioſos homines criminis arceſſitos reiecit ad ſuum, Monaſticæque familiæ Præſidem peculiarem, Diœceſano Iudice poſthabito: ſalua duntaxat Regiæ notionis eximiæ ſcelerum animaduerſione penes ciuilem Magiſtratum. Præclaro Areſto. 10. kalend. Martias An. 1449. pro Frat. Reginaldo Gorreo, ſacrorum Militum Syndico, Rhodi Inſulæ Carpathij maris, & Frat. Antonio *de Choucourt*, Rhodio Equite, maleficij reo vincto. Cui proximè accedit S. Conſultum alterum. 7. Kalend. Sextiles An. 1451. ſecundùm Frat. Oliuerium Blanchardum, Ciſtercienſis Sodalitij Procuratorem: qui ad domeſticum Collegij ſui Iudicium remiſſionem poſtularat quæſtionis criminum, Frat. Georgio Burgeſio motæ. Conſona his Curiæ Conſulta voluere eſt, noſtro

De Capituli maioris Eccleſiæ Carnutenſis exemptione à ſuo Epiſcopo, olim controuerſia inter hunc, & Canonicos illos, diſſerit Oldradus I.C. in Conſil. 206.

Gregor. Regeſti Lib. 7.

Lutetiani Senatus Placita, die. 20 Februar. An. 1449. pro Ordine S. Iohannis Hieroſolymit. Et die 26. Iul. An. 1451. pro Ciſtercienſi.

Le Prieré de S. Gobert, dioceſe de Laon, membre dependant de l'Abbaye de ſaint Denis en France.

An Epiſcopus poſſit aliquam Eccleſiam eximere in totum à iurè Epiſcopali, vide in Cap. conſtitutus De relig. domib. Cap. cum venerabilis. De cenſib. Cap. paſtoralis De donat. Tamen poteſt ei conferre priuilegia. Cap. quanto. De his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Cap. Cum inter. De re iudic.

Lib. 2. Eccleſiaſt. Polit. foren. Quin & nuper Lugdunenſi in Conſeſſu Senatorio iudicatum eſt. 5. Idus Septembres An. 1596. pro libertate immunitatéque Fori ordinarij: Qua ſuffulti Aruerniæ Canonici Claromontani, Senatum ex abuſu prouocarant ab Archiepiſcopo Bituricenſi. Quippe quùm ipſi, Apoſtolico purè imperio ſubijcerentur; Vt alibi edocuimus. Imo ordinarij etiam Diœceſum Præſules ipſi, ſua poteſtate manúque emiſerunt Cœnobia nonnulla: quorum Alumnis illucentem indies virtutem ſanctitatémque vitæ admirabantur. Nam Audebertus Pariſiorum Antiſtes perpetua Fori ſui immunitate donauit Foſſatenſe Monaſterium, quod D. Babolenus Abba, pietate conſpicuus, moderabatur. Cuiuſmodi forenſis Exemptionis Ius ſingulare probauit Clodoueus. 2. Rex, Idibus Maijs An. 650. ex communi quatuor Archipræſulum ſententia, ac ſeptem Epiſcoporum, qui ad Gallicam Synodum acciti conuenerant. Inde & Carnutum pontifex Yuo, Foſſatenſi ſcripſit Vualterio cœnobiarchæ, de iuſta ſua ac legitima Monachis dicundi iuris prærogatiua. In Epiſt. 104. Sic Landericus, Pariſien. Epiſcopus lege ſoluit Diœceſani Imperij ſui Dionyſianum Monaſterium, inſtigante Principe. Aimoyni Lib. 4. De Geſt. Francor. Cap. 41. Peræquè B. Niuardus Rhemorum Archiepiſcopus, Cœnobio D. Baſilij irrogauit vacationem iuridicæ poteſtatis Rhemenſium Præſulum. Childeberto Galliarum Rege. Vt Flodoardus Rhemorum Canonicus literis prodidit, Lib. 2. Sacræ Rhemen. Hiſtoriæ Cap. 7.

AST de his, regularique *Abbatum* in ſuo munere & auctoritate Iuridica, ſatis. Nunc pia viciſſim Monachorum officia & obſequia in *Abbates*, pro ſuſcepto ordine exequamur.

Tit 8 Art. 21. 24. Areſtum Curiæ Magnorum Dierū Lugdunenſium *in placidans* die. 9. Septemb. 1596 pro Capitulo Eccleſiæ Claromontanæ (quod exemptum eſſe oſtendimus Lib 1 Leg. Andeg. Cap. 43. Art. 5) contra Gaſparē Rutchias, Franciſc. Boyerium, & 4. alios Canonicos ſacerdotales, hebdomadarios, intimatos. Mauguino, & Roberto cauſidicis.

S. Mauri, de Foſſatis Abbatia, in agro Pariſien.

Die 15 Maij An. 650.

Abbatia S. Dionyſij in Francia.

Archiepiſc. 4. gaudericus, Lugdunenſis: Aunobertus, Senonenſis: Preſleleudus, Biturigum: & Donatus, Veſontionenſis.

Monaſteriū de S. Baſle.

Vocata ſunt olim Galliæ Monaſteria, Abbatiæ, i paternitates, quia olim verbo Chriſtianos generabant, verbi cœleſtis pane nutriebant, & paſcebant, & maior pars redituum Monaſteriorum in alendis pauperibus, & mendicantibus inſumebatur.

1. CÆLESTIS vitæ monastica contemplatrix.
Monachis antiquitùs piè statuta ac præscripta.
2. Prælaturæ Ecclesiarum & Diœcesum, à Cœnobitis repudiatæ.
S. Dominicus, suique Ordinis multi, Diœcesanas Præfecturas acceptare noluerunt.
Franciscani etiam, D. D. Bonauentura, & Bernardinus, maiores Ecclesiæ Præsulatus respuerunt.
Honos antiquis Monachis habitus.
3. Regulæ 4. Monasticæ, summæ.
Carthusiensium Statuta, sunt eis pro Regula.
Multiplicis Regulæ, & Statutorum Monasticorum vnicus est Diuinum in cultum ministeriumque affectus & scopus.
Nouitij, ante professionem, Monachi non existimantur.
Tacitæ, & expressæ professionis in Cœnobio differentia multiplex.
4. Tacitè professus, cogitur licitè à Superiori, expressam Religiosi voti professionem edere: Idem, econuersò, ad recipiendam ipsam cogere Superiorem potest.
Expressa professio, in scriptis facienda, & publicè registranda.
Turonense, & Biturigum Concilia, de solennitate, descriptione, & insinuatione Religiosarum professionum.
Nulla est Gallis tacita bonorum dedicatio, per ingressum & professionem Monasticæ religionis.
Tacitè modò professi, ad Prælaturam regularem promoueri nequeunt.
5. Expressè professus, factus Episcopus, remanet Monachus.
Núm idem, Regulis & Statutis Ordinis, quoad obligationem legalem, & pœnas Statutorum, exemptus sit.
Monachus, post Episcopatum ei delatum, parta acquirit Episcopatui non Monasterio.
Cœnobita, ad Cardinalatum promotus, non mutat habitum.
Fratres Minores, ad Prælaturas seculares promoueri vetantur, nisi de licentia Prælati sui regularis.
6. Abbatiæ in Episcopatum erectio non mutat statum Ecclesiæ regularis.
Sarlatensis, Maleacensis, & S. Pontij, Abbatiales Ecclesiæ, Episcopales factæ.
Castrense, Montis-Albani, Condomiense, Tutelense Cœnobia, dein Episcopalia, posthac secularizata.
Cathedrales basilicæ multæ, primitùs monasticæ & Regulares.
Variæ Regularium templorum secularizationes.
Secularium, econtrà in Regulares Ecclesiarum conuersio olim frequens.
7. Bastardi quidem, ingressu ipso in Monasterium, professioneque Monastica, legitimati censentur.
Sed ij non recipiuntur in Cœnobijs Mathurinorum S. Trinitatis, nisi à Ministro generali ad hoc dispensentur.
Idem Carmelitarum Statutis in bastardos cauetur.
Similis illegitimos Constitutio tenet Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani.
Nothi, licet, ingressu professionéque Monastica, legitimati Iure credantur, incapaces sunt Beneficiorum; nisi idcirco à Papa legitimati fuerint & habilitati.
Dementis & furiosi professio Monastica, nulla est: nisi mentis compos factus, iam profiteatur.
Episcopus, Superiorue, Ordinis, ab Abbatissa, seu Priorissa monendus, ante Nouitiarum professionem, vt eas instruat, ijsque de libera profitendi voluntate informetur.
8. Partis bonorum reseruatio à profitente Monacho facta, an professionis efficaciam impediat.

Monachi habitum nemo ſumat ea ſpe, vt Abbas fiat.
Resbacenſis Abbæ preces ad R. Pontificem, vt Paſtorali cura liberaretur.
In Eccleſiæ beneficia Succeſsio conſanguineorum, improbata.
Trium de eo Pontif. ſummorum exempla.

9. Maioris 14. annis maſculi Profeſsio regularis, valida Iure canonico: vt Puellæ annos natæ duodecim.
Diuerſum tamen eſt in Carthuſienſi Ordine Statutum.
Tridentino generali, & Prouincialibus Galliæ Concilijs, profeſsio non valet ante decimum ſextum ætatis annum expletum.
Vicarius à commendatario Abbate conſtitutus, reuocari ab eo non poteſt.
Reſtitutio in integrum contra Profeſsionem monaſticam, non admittitur ex prætextu minoris ætatis 25. annor.
Ex cauſa autem vis vel metus, reſtitutioni locus eſt intra quinquennium à die profeſsionis.

10. Regularis tacita profeſsio, diu geſtato extra Monaſterium habitu, nuſquam inducitur.
Fratrum Minimorum, Rhemenſium, cum Archiepiſcopo Rhemenſi, & Abba S. Remigij controuerſia, de Domus illorum dote penſionéque annua.
Monaſterij propter hoſtilitatem ruinoſi Vnio, cum integro alio vicinore.

11. Ne noua paſsim Cœnobia liberè & indiſcriminatim conſtruantur.
Fratrum Recollectorum, Ordinis S. Franciſci, de nouis Ædibus ſtruendis, Priuilegia Apoſtolica.
Moniales quædam, Auguſtiniani Eremitæ, Carthuſiani, Guillelmitæ, Priuilegio ſubnixi, ne Templis ſuis confines Domos vel Oratoria alij ædificent.
In alieno etiam fundo, ſacram Ædem erigere licet Principis auctoritate, præſtita modò indemnitate domino fundi.
Pleráque de eo Curiæ Decreta, pro varijs cauſarum circunſtantijs.

12. Recens profeſsi, humanioribus literis in Monaſterio inſtruendi ſunt, mittendi etiam ob id in Academias nonnulli.
Prioratuum ſeu Miniſteriorum numerus Ordinis S. Trinitatis, ſiue de Redemptione captiuorum.
Religioſi, publica Gymnaſia adire non debent ſine Abbatis licentia, cum ſui Conuentus conſilio.
Cœnobitarum propinqui, in ſubſidium tenentur, Academica eorum ſtudia fouere, alimentaria penſione.

13. Maturè ſe monachus à ſtudio recipiat Terreſtris ad Cæleſtem Chriſti Philoſophiam.
Ethnici Philoſophi, cum iudicio ſummáque cautione, Chriſtianis legendi.

14. Theologica Cœnobitarum multorum Scripta, & Hiſtorica.

15. Sancti Monachi, ab Eccleſia Rom. canonizati.
Ex ſingulis 4. Ordinibus Mendicantium, Sancti, & Beati.
Tum ex Cluniacenſi Ordine, & Ciſtercienſi.
Vetuſtiores Abbates, Sanctorum titulo ab Eccleſia commendati.

16. Regulare Statutum, ne monachi è Monaſterio euagentur.
In Mendicantium Ordine cautum, ne fugitiuos quoſdam Religionis alterius Prælati recipiant.
Fratres Minimi, Mendicantium Ordinibus 4. æquiparati, in cunctis iuribus ac priuilegijs.
A Monachorum correctione & diſciplina Regulari appellatio non recipitur.
Areſta Curiæ, pro reformatione monaſtica Prioratuum S. Crucis, & S. Catharinæ, Pariſien.: Auguſtinianæ quidem vnius Regulæ, ſed Ordinum diuerſorum.

17. Ob quantumcunque crimen, Monachus è Monaſterio & Ordine non eijciendus.
Paterna abdicatio liberorum, More Romano exploſa, nec Francico recepta.

18. Moniales, ne Clauſtris Cœnobij exiliant.
B. Hildegardis Abbatiſſæ vita religioſiſsima.

Monachi, aliiuè, Monialium Cœnobia ne ingrediuntor.
Antiquorum Monasteria duplicia abolita.
Mulicbrium Cœnobiorum administratores, Religiosi.
Abbates, *aut monachi, ne prouolent ad nuptias* laïcorum, *aut de Baptismo infantes suscipiant.*
19. *Iudiciale forum litésque sectari, monacho nefas.*
Abbatiæ *competens Iurisdictio* secularis, *exercenda à* laïcis *tantùm, non à clericis, aut monachis*
Ab huiusmodi etiam Iustitię *Iuridico appellandus est* secularis *Iudex superior non Ecclesiasticus.*
Religiosus, impuberum tutor esse non potest, nec Testamenti executor, absque licentia sui Superioris.
Publicæ quædam functiones honorariæ, Abbatibus *deferuntur.*
Regia Abbatiæ *S. Petri Viui, ad Senonensem vrbem, fundatio.*
20. *Proprietarij monachi excommunicantur, ijsque mortuis sepultura denegatur.*
De tali bonorum proprietate, Statuta Ordinis Hierosolymitani, & Carmelitici.
21. *Testamenti factionem non habet Cœnobita.*
Publica testamētorum custodia, & exhibitio, necessaria statim ab obitu testatoris.
22. *Donati seu Oblati Monasterio, an de bonis suis postea liberè disponant.*
Senatoria de eo Decreta.
Cruciferorum *Ordinis, de Donatis seu Oblatis, Constitutio.*
23. *Portiunculæ reseruatio bonorum, à Cœnobita, in ingressu* Religionis *pacta, an, & quando valeat.*
Ab Ordine S. Antonij Viennensis pendentia Beneficia, solis Religiosis *Ordinis conferenda.*
Antonianæ *eiusdem Sectæ Priuilegia Apostolica.*
24. Graduati *simplices, aut nominati Monachi, sunt* Regularium *beneficiorum capaces.*
Duo beneficia regularia, *Monacho* incompatibilia.
Parochiale & curatum, *hiccine, & quo casu licitè obtineat.*
25. *Alieni Cœnobij beneficiorum incapax Monachus, nisi cum* dispensatione Superioris.
Abbatiali *sede vacante, Conuentus succedit in administrationem rerum Monasterij.*
Laïcorum *Dominorum* confidentiarij *Monachi, in* regularibus *Beneficijs suorum Cœnobiorum.*
Quænam tolerabiles competitorum Beneficij inuicem Pactiones.
26. *Detrusio in Monasterium, quibusdam olim pro supplicio & pœna imponebatur.*
Monachi residentia, *& exercitatio continua in Monasterio, quæ.*
Senatus Iudicium, de visitatione & reformatione Cœnobiorum.
27. *Prouincialis Magister, cœnobita, eligi debet ex eadem ortus Prouincia, non autem extraneus.*
Italicorum, Cælestini Ordinis, Prioratuum *series.*
Episcopi, quorum Diœceses, in alterius Parlamenti *Oppida & loca protenduntur, in his vicarium constituere tenentur.*
Pontificiæ Literæ, de Regia *in Clericos coniugatos criminum notione, publica Munera exercentes.*
28. *Aulas & Palatia, ne* Abbates, *Monachiúe frequentent.*
Principum antiquorum, erga Prælatos *Ecclesiæ summissio ac reuerentia.*
Pia Abbatum, *& Monachorum consilia, ab Imperator. &* Regibus *honorificè exquisita.*
Prælatorum, *ad malos* Principes, *libera comminatoriáque Exhortatio.*
29. CONCLVSIO LIB. 1. *per transitum à Monasticis Officijs, ad Beneficia, seu* Priuilegia *in Monachos,* Pontificia, & Regia.



TITVLVS III.

DE VOTIVIS COENOBITARVM MVNERIBVS ET ONERIBVS.

1. MONACHORVM PATER, apud Græcos, D. Basilius, vt apud Latinos Benedictus, nos admonet, illorum inter Clericos humilitate præstantium Institutum, quod Apostolica tempora proximè attingat, libenter amplecti eum, qui Cœlestis vitæ cupiditate deflagret, ac Euangelicæ perfectionis studiosus existat negotiator: Sed quùm Vita adeo præclara pessum ierit, mortalium tum ignauia, tum malitia, Hoc suadet imprimis agendum, vt collapsa instauretur Disciplina, & auitam ad possessionem, quoad fieri potest, reuocetur. Cum Basilio rursùm, Gregorius

Orientalibus certè Monachis (quales Carmelitæ) Occidentale nomen, *Prior generalis*, obtigit: Occidentalibus verò, Orientale nomen, i. *Abba*, pater, Syriaca lingua.

Monachorũ vitam perfectissimam vocat S. Dionys. Areopagita (cap. 6.) Ignatius sacraria. (Epist. 2. ad Tarsens.) Hieronymus ad Hædibiam, fastigium dignitatis, Augustinus Lib 1. de morib. Eccles. perfectos Christianos: Chrysostomus Lib. 3. contra vituperatores vitæ Monasticæ perfectionis culmen. Isidorus Lib. 2. officiorum Cap. 1. Monastici instituti principes. Eusebius Cæsariensis, summo Deo consecratos, pro vniuerso genere. Et Athanasius in vita eximij viri Anthonij, per viam Euangelici sermonis, ad perfectionem hos peruenisse scribit.

Nazianzenus, nobile Græcorum amicorum par, docet Hellenium, DEI seruos esse, qui tranquilla mente perfectisque animis ingentem hominum multitudinem in altum subuehant, Empyræique rebus Olympi initient, coniugij expertes, humanique penè commercij: Hos scilicet CHRISTVM portantes, qui supra Terram assurgant, vitæ rationem ita comparasse, vt Superos pijs Hymnis noctes diésque venerabundi prosequantur. Simeones quidem Stylites, primus, in Columna, Monasticæ philosophiæ præcepta inuenit, sicque ad sublimia adspirans, medius inter Cœlum & Terram domicilium sibi fixit: Vt extra turbas ac tumultum omnem positus, supremum Numen extolleret, perpetuáque, cum Angelis, sacrorum Carminum laude concelebraret. Auctore Niceph. Callisto, Ecclesiastic.

Gregorius Naziã. ad Hellenium, De monachis Is vnus secundum Iohan. Euangelistam, Theologi titulo ab antiquis insignitus fuit.

Athanasius Alexandriæ Episcopus, oculus Orbis, sacerdotum Antistes, vox sublimis, fidei columna, Christi lucerna, & secundus Præcursor à Gregorio Nazianzeno appellatur in Orat. in laudes Heronis.

Annalium Lib. 14. Cap. 51. Anachoretis itidem Tabennesiotis B. Pachomius Abba Monasticas dedit leges, quas ab Angelo dictatas acceperat. De quibus sigillatim, Sozomenus, Lib. 3. Cap. 13. & Callistus, Lib. 9. Cap. 14. Inter hæc, Athanasius Alexandriæ Pontifex, Eremicolis seu Hesicastis tutam præscripsit ac circumspectam pudoris reuerentiæque custodiam, Necessarium è domo, rarúmque egressum, quem vna Religionis causa extulerit, Operisuè exercendi ad victum consequendum: Munerum insuper abstinentiam, nisi quæ ad quotidianum cibum, annuúmque vestitum pararentur. Quinetiam Philo Hebræus, *(περὶ βίου θεωρητικοῦ) efficto Iudæorum

Athanasij, Alexandrini Episcopi, ad Monachos, Exhortatio.

* De vita contem-

platrice, Lib Philonis Iudæi. Qua in Iudæa gente, fuerunt etiam Nazaræi, qui Deo se voto consecrabant, Regula præstituta Numeror. Cap. 6. & Iudic. Cap. 13.

quorumdam nomine, describit primorum ad Alexandriam, & in Ægypto Christianorum vitæ genus mirè pium. Quippe qui extra Oppida solitarij, relictis profanis opibus, vacarent Sacris duntaxat, Diuinísque carminibus & psalmis Cœlites assiduè colerent, nec diurnum cibum priùs sumerent ex Monastica diæta, quàm Sol occubuisset. Eiusmodi Asceticam vitam diuitijs omnibus illustriorem prædicat S. Nilus *Abba*, Lib. interspersо Bibliothecæ Patrum, (Tomo 5.) Cui haud inconcinnè adplicatur Petri Venerabilis. Epistola, ad Odonem olim *Abbam* Bellouacorum, petentem, vt scriberet aduersus Mundi amatores. *Meliùs, ait ille, syderum fulgorem incolumes, quàm lippientes oculi contemplantur: ideòque similiùs intuentium species, in aqua pacata, quàm turbata, formantur.* Epist. 13. Lib. 3.

Lib. Asceticus S. Nili Abbæ.

Petrus, Cluniacen. Abbas.

HINC animis in Cœlo viuentes * ἀσκηταὶ, honorarias sæculi Præfecturas sacras repudiarunt: quòd summum DEI lumen, Æthereúmque sibi piarum Animarum Chorum ante oculos vsquequaque proponerent. Bernardus enim, Abba Claræuallen, cuius discipuli ad varios Pontificatus euecti sunt, Pontificale Solium conscendere nunquam voluit: tametsi multoties eò vocatus à Clero, & rogatus. Sigeberto teste, in Chron. An. 1153. Ad hæc, Prædicatorij Ordinis coryphæus, Dominicus, Tarraconensem Archiepiscopatum respuit, nedum Cotoriensem, ac Citariensem Episcopatus, qui iustis suffragijs ei mandati fuerant: vti CHRISTVM pauperem pauper consectaretur. Eodem ex Sodalitio, Albert. Magnus, oblatum sibi renuit Præsulatum, Germaniæ, Ratisponensem. Sub Annum. 1260. Haud secus Thomas, Aquinas, (pietatis doctrinæque speculum clarissimum) Archiepiscopatum recusauit Neapolitanum, cui ab Vrbano. 4. P. designatus Antistes fuerat. Rursum B. Vincentius, Valentinus, rubro Galero præfractè abstinuit, vt Episcopali antea Sede Ilerdensi, & Valentina, sibi vltrò erogatis à Benedicto. 13. Pontif. Insuper

* exercitatores, monachi.

D. Bernardus.

S. Dominicus, Calaguritanus.

S. Thomas, Dominicanus, Prælaturam hanc respuens, pro compensatione petiit a R. P. vt Festum corporis Christi in Altari immolati celebraretur: Quod obtinuit.

S. Vincentius de Ferrarijs, Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Quum Vrbanus 2. P. P. voluisset Brunonem Carthusiensium Patriarcham confirmare in Archiepiscopum Ecclesiæ Rheginensis, quæ est prima Metropolis totius Calabriæ, ad quam annuente Pontifice electus fuerat, ipse electioni de se factæ consentire recusauit.

D. Anselmus, monachus Benedictinus, dein Archiepiscopus Cantuarien. sæpè inter suos palam protestabat, libentius se velle in congregatione monachorũ pueri loco inter pueros sub virga magistri pauere, quam per pastoralem curam toti Angliæ Prælatus, in conuentu populorum Cathedræ Pontificali præsidere. Idem in Epist. 9. ad Falconem Episcopum Beluacensem, Et si mihi, inquit, liceret, seruata obedientia & charitate, quas Deo debeo & Ecclesiæ eius matri meæ, propter eum potius & libentius eligerem sub Abbate & regulari disciplina in monastica paupertate & humilitate esse, & obedire, & seruire, quam regnare in hoc mundo, sæculariter, aut dominari, aut Archiepiscopatum, siue Episcopatum possidere vel Abbatiam, aut hominibus quibuslibet præesse ad animarum gubernationem, siue ad corporum sustentationem in magna terrarum & rerum terrenarum possessione & opulentia.

F. Iohannes de Allodiis, antea Canonicus Parisien. & Cancellarius Academiæ.

Ianus Alodius Parisien. Ecclesiæ Canonicus, An. 1280. cùm præsciret, se Comitiali sententia Cleri, Præsulem legi Diœcesanum, confugit maturè ad Dominicanos Sodales: quorum medio in Conuentu, togam Religionis induens, tonsáque capitis coma, Anchoram tenuit sacram. Auctore Fr. Steph. Sampayo, Prædicatoriæ Sectæ, in Dominicana Historia. Vbi is quoque attestatur, Segobiensem, Hispaniæ Episcopatum, quem Dominico Soto Karolus. 5. Cæs. munificè porrexerat, fuisse ab illo constanter repudiatum. Subde his Ludouicum Granatensem, qui à Lusitano Rege allectus ad Bracharensem Archiepiscopatum, tùm ad duas vicissim Episcopales Cathedras, nusquam auelli potuit è Rachelis amplexibus, .i. à Religionis spiritalísque * ἀσκήσεως placida quiete ac tranquillitate. Id quod Sampayus etiam ille commemorat. Peræquè B. Franciscus, ex Vmbrica ciuitate, Assisio, sui Ordinis primicerius, multos protulit Cellulæ suæ monasticæ studiosiores, quàm Pontificalis Cathedræ, Basilicæuè amplissimæ. In quibus elucet D. Bonauentura, qui Anglico Eboraci Archiepiscopatu, donatori Clementi. 4. demississimè cessit. Ac subinde is Pontifex Max.

Steph. Sampayus, Lusitanus, In thesauro, arcano, seu Lusitanica Patrum Dominican. Historia, An. 1585. in lucem edita.

* exercitii & meditationis.

Minorum Ordo.

Eboracensis, in Anglia Archiepiscopatus.

cessionem

cessionem admittens, subiecit elogium istud. *Sta in Testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce.* Andræas itidem, Seraphicæ Familiæ sacerdos, *Cardinalitium* renuit Insigne, roseúmque Pileum, quo, Alexander 4. patruus exornandum illum curarat. Annum circiter 1257. His pariter adplicatur D. Bernardini, Senensis, modestia, abnuentis Senensem Præsulatum sibi delatum à Martino 5. P. concordibus patrij Cleri Pop. Q. Sententijs. Alios deinceps ipse, Ferrariensem, ac Vrbinatium Episcopatus repudiauit: Ne concionator egregius, à publico Diuinorum eloquiorum præconio auocaretur, nouæ Dignitatis accessione. Quinimo cuculla ipsa vestéque Monastica spectabilis vir, summo in pretio habebatur Maioribus nostris, ac Bedæ Venerabilis stylo, *Quocúnque aduenirет Monachus, gaudenter ab omnibus, tanquam Dei famulus, excipiebatur: etiam si in itinere pergens inueniretur, accurrebatur, & flexa ceruice vel manu signari, vel ore illius se benedici gaudebant: verbis quoque ipsius exhortatorijs diligenter auditum præbebant.* Sacræ Histor. Anglor. Lib. 3. cap. 26. Nec aliter, finitima Angliæ Hibernia se gessit in Religiosos homines, & Sacris addictos, quos summa veneratione coluit. Nam inibi quoque, Bello ardentibus cunctis Cœnobitæ, tanquam Fœciales caduceo ornati, poterant circumquaque tutò rusticari, inuiolabiles nimirùm ac sacrosancti. Ex Staniliursto, Rer.

De S. Bonauentura, vet' Carmen. O quoties, superos auidadum mente colebat, Altiùs è terris, raptus ad Astra fuit.

S. Bonauentura, Cardinalis Episcopus Albanensis a Gregorio 10. P. constitutus, decessit Lugduni An. 1275.

Andræas, Minorita, Cardinalatum acceptare noluit.

Beda monachus Cœnobij Apostol. Petri & Pauli, in Anglico oppido Cantiæ, claruit tempore Iustiniani 2. Imp

Hiberniæ monachi, & sacerdotes.

In Anglico apud Londoniam Concilio, Anr 1142. celebrato à Vilhelmo Vvintoniensi Episcopo, & Apostolicæ Sedis Legato sancitum est, ne aliquis, qui Ecclesiam, cæmeteriúmque violauerit, vel in clerico, aut viro religioso manus iniecerit violentas, ab alio quam ipso Papa possit absolui. Statutum est etiam, vt aratra in campis cum ipsis agricolis, talem pacem habeant in agris, qualem haberent in cimiterio, si extitissent. Ex Matthæo Parisiensi, in Angl. Hist.

Hibernic. Lib. 1. Hilarion tamen Palæstinus, Eremita, fumosos illos auræ Popularis honores identidem effugit continuo flexu ac transitu, ceu fuga, ab vno in aliud Oppido ac Territorio. Quemadmodùm B. Hieronymi de illo scriptis est comprehensum.

B. Hilarion, Eremita, Vti Antonius, Macarius, Paulus, Hondphrius, & quidam alij cœlestes magisquàm terreni homines.

3. Vt autem singulis præcepta ac statuta Cœnobitis excutiamus ad amussim, suam quisque primùm calleat Regulam, necesse est: quæ quadruplex habetur, Religiosis omnibus distinctè proposita, D. Basilij, Augustini, Benedicti, & Francisci. Vnde Carthusienses solos excepit B. Antoninus, queîs familiares suæ Constitutiones vicem Regulæ obtineant. Parte 3. Summæ, Tit. 16. §. 5. Scripserat vtique olim Cassianus, Scytha, res Monachorum omnium professioni necessarias: (Institut. Lib. 1.) Tum D. Oresiesis, Anachoreta vetus, Regulas De Monasticis Institutis: quæ in Bibliotheca sacra extant, Volum. 5. Hieronymus item, ad Paulinum De institutione Monachi: & B. Anthonius monachus, ad pluscula misit Monasteria, Apostolici sensus sermonísque Epistolas 7. quarum præcipua est ad Arsenoitas, sicuti de eo proditum est, ab Hieronymo illo, in Scriptorib. Ecclesiast. Verum, vtì solitaria priscorum vita Monachorum, in communem ac Cœnobiticam conuersa est, apud Gallos præsertim: Ita Cœnobitis nostratibus aliæ sunt canonicæ Leges præstitutæ. Qualis sacrarum Obseruationum varietas nil officit Pietati: quùm ab *Regulari* pariter institutione D. Augustini: ad Benedictinam sic transitus fiat, *vt tamen ab eius Magisterio, qui vnus est omnibus Magister in Cœlo & in Terra, non discedatur.* Epistolari sententia D. Bernardi ad Canonicos quosdam *regulares* 3 Ac Petri Venerabilis elogio pari, De Oratione pro mortuis Lib. 3. Artic. 46. Queis ritè accommodatur Martini Cœnobiarchæ responsio ad Vilhelmum Noruagiæ Ducem. Hic enim, mente concepto ab incunabulis Monasticæ vitæ complexu, secretiùs conuenit Martinum Cœnobij Patrem, Quid est, inquiens, Pater optime, quòd in vnicæ Fidei religione, tam varij cultus perseuerent Monachorum, Clericorum, Populi? Cur non, qui vnum sperant, ac credunt, vno etiam Religionis ritu perdurant? Tum ille, magnus, ait, paterfamilias, qui nutu suo tremefacit Orbem, in amplissima Domo Ecclesiæ Catholicæ multiplex deposcit Ministe-

Summa Antonini, Tit. De Regulis Religiosorum.

Cassianus, apud Massiliam presbyter, condidit duo, i. virorum & mulierum Monasteria: Et 3. Libris tradidit Monasticas Institutiones, quæ in Monasterijs Ægypti die noctéque tenententur.

Ioh. Casigni, Fremitæ, de Institutis renunciantium, Lib. 12. & Collationes SS. Patrum Lib. 24. Accessit Regula S. Pachomij, quæ ex Ægypciaco in Latinum sermonem à D. Hieronymo cõuersa est.

S. Bernardi Epist. 3.

Diuersæ sunt in Ecclesijs consuetudines Petri Cluniacen verbis, quæ ad vnicam tamen pertinent Ecclesiam Catholicam.

F

rium. Vt fusius ab Alberto Krantzio enarratur, Noruagiæ Lib. 2. Similiter Christiani Annales fuerunt, Theodosij Cæs. coniugem Eudociam multas struxisse Monachorum Lauras, seu Cellulas, excitasseque Scholas diuinas: Quarum multiplex quidem Institutum foret ac ratio, sed vnum prorsus spectans Pietatis scopum. Quemadmodùm de vnaquáque sigillatim. Nicephorus Callistus: Lib. 14. Cap. 50. IMPRIMIS igitur Cœnobita futurus, tyrocinium auspicatur Monasticæ huius exercitationis stato temporis interuallo, vt qui Nouellus tyro Monasterium ingressus est, explorata dehinc, maturèque probata Sodalitij disciplina, in idem Sodalitium, votiuo sacramento deuinctus cooptetur. Innocentij 3. Rescripto, ad Apostolicam De regular. Id quod longè antea perspicuè indicarat Petrus Blesensis, Archidiaconus Bathoniensis, hac Epistolari clausula, *Nouitiorum claustralium mentes, adhuc desideriorum carnalium humoribus grauidæ & tumentes non acceptantur in sacrificio Domini, nisi priùs igne tribulationis torreantur: nec paleas priorum deponunt affectuum, nisi per laborem & abstinentiam confringantur.* Ideóque nec Cœnobium introgressus censetur, qui, Monastica veste sumpta, nouitius, solennia Ordinis vota nondum professus sit. P. Castrensis Responso 211. Volum. 1. Bartol. ad Authent. Si qua mulier Cod. de sacrosanct. Eccles. Hinc legato filiæ adiecta conditio, *quùm nupserit, Cœnobiumué ingressa sit*, minimè videtur impleta, antè votiuum puellæ sacramentum. Imo ad leg. in substitutione π. De vulg. & pupill. Testantis enim verba ciuiliter accipi oportet, ac secundum Iuris intellectum. Bart. ad l. si quis filiabus. π. De testam. tut. Atque eam in partem Iudicijs decisum à

Eudocia Augusta.

Tempus Nouitiatus in monasterio, quem vulgo dicunt Annum probationis.

Petrus Blesensis in Epist. 13.

Par la Coustume de Poictou, Art. 287. l'ingrez de la fille du viuant de son pere, si elle y faict profession aprés le decés dudit pere, ladite profession subsequente retro trahitur ad diem ingressus, *tout ainsi que si elle fust decedée dés le iour dudit ingrez* viuo patre, neque facit partem, & non admittitur ad partem.

Tontesfois B. Anselmus in Epistola 4. ad quandam dominam. Quamuis ait, ab Episcopo sacrata non fueris, nec coram ipso professionem legeris, hoc solum tamen est manifesta, & quæ negari non potest professio, quia publicè & secretè habitum sancti propositi portasti, per quod omnibus te videntibus Deo dicatam te esse, non minus quam professionem legendo affirmasti. Nam antequam fieret ista nunc visitata monachici propositi professio, & sacratio, multa millia vtriúsque sexus hominum, solo habita, se ipsius esse propositi pœnitentia, celsitudinem & coronam consecuta sunt. Et qui nunc habitum sine hac professione & sacratione assumptum reijciebant, Apostatæ iudicabantur. Inexcusabilis ergo es, si deseris sanctum propositum, quod diu habitu & conuersatione professa es, quamuis professionem nunc visitatam non legeris, & ab Episcopo consecrata non fueris, &c.

Mantuano Senatu, refert Ioh. Petrus Surdus, ibidem Senator, Decis. 303. Quoties namque Ius scriptum loquitur de introitu Monasticam in religionem, de irreuocabili eò intelligitur, ab expressa votorum professione ac solenni, post annum * δοκιμασίας. Cap. religiosi. §. quamuis de sentent. excommun. In 6. Nec rerum suarum dominio quis possessioneuè excidit, qui nondùm apertè Monastica vota ediderit. Iason. ad cita. Authen. Ingressi, Panormit. ad cap. in præsentia De probat. Id quod disertè etiam sancitum fuit œcumenica Tridentinorum Patrum Synodo, An. 1563. Tum Bullato Pij 5. diplomate 58. De Resignat. Ac Francica Principum nostrorum Lege Molinensi, An. 1566. §. 55. Ex quibus elicitur, probati Monastici cultus Anno lapso, tacitè professum, liberè de suis facultatibus statuere posse. Paul. Roman. in Tract. De pension. Cap. 7. Num. 5. ex Clement. Ne in agro. §. cæterum Vers. sanè De stat. monach. Tacita quoque huiusmodi Cœnobitæ professio non soluit matrimonij vinculum, posteriùs ab illo contracti, exuta Religionis Toga. Si Innocentio credimus, ad cap. porrectum De regular. Proin Carthusien. Constitutionibus adscripta hæc voluntur, *Professionem tacitam in nostro Ordine non habemus, sed volumus esse expressam & publicam.* Statutor. Part. 2. Cap. 17.

Mantuani Senatus decisio.

* probationis.

Concil. Tridentinum, in Sessione 25 Cap. 6 De regularib.

Statutum Carthusianorum

4. QVANQVAM igitur tacitè professum compellere licet Cœnobiarchæ, ad *Regularia* vota conceptis verborum formulis agnoscenda, Aurelianensi 5. Concilio, & Viennensi. Cap. Eos De regular. Cum cap. Ad

Aurelianē. Synodus, sub Pelagio 1. P. Childeberti regni An. 38. 5. Kal. Nouem Quód

noſtram Eod. Tit. In antiq. Sanctiores tamen Canones manifeſtam exigunt Monaſtici cultus profeſſionem, literis vtique conſignatam. Can. vidua. 20. Quæſt. 1. Canon. omnes fœminæ. 27. Quæſt. 1. Panormit. nuncupatim. ad Cap. cùm cauſam De elect. Exin Prouinciali in Congreſſu Turonicæ Eccleſiæ decretum fuit Septembri Menſe Anno 1583. ſingulorum nomina & ætates, qui iurarint in verba Monaſticæ Normæ, edi deſcribíque in publicis Tabulis, cum Die ac Principe. Sacris itidem Biturigum in comitijs præceptum eſt, An. 1584. Religioſi ſacramenti ſolennis chartulas in pontificalem Codicem teſtatò redigi, ſeu *inſinuari*: nè Cœnobitarum, & familiarum ſtatus, ordóque temerè perturbetur. Carmelitis autem ſua Lege cautum inuenimus, *vt profitentium ætates habeantur authenticæ, & deſcribantur in Libro Conuentus, ſub pœna excommunicationis*. Conſtitutionum Parte 1. cap. 15. §. 7. Pari Lege tenentur Dominicani Sodales, frequẽti Ordinis Conſeſſu, perlata Lutetiæ An. 1246. Quæ in Familiares illorum Sanctiones regeſta eſt, Bandelli Diſtinction. 1. Cap. 15. Planè Ornatiſſ. Curia Pariſiorum, iudicio cenſuit, Marillacum Lutetiæ ciuem, eo ipſo *Regularia* vota emiſiſſe videri, quòd maiores Sacerdotum infulas ſacróſque ordines, Religioſi viri titulo & habitu, ſuſcepiſſet: Religioſæ licet profeſſionis ſyngrapha nulla in medium produceretur. Decreto ſub Annum 1578. quod Panormitani ſententia fulcitur, (in cita. Cap. ad noſtram) quatuor nempe circunſtantium cauſarum concurſu, Cœnobitam tacitè veréque adeo in verba Magiſtri Cœnobij iuraſſe exiſtimari. At tacita certè nulla exiſtit opum dedicatio apud Gallos, ex ingreſſu profeſſionéque Religionis monaſticæ. Vt ſecundùm Iohan. Fabrum in Authen. Ingreſſi De ſacroſ. Eccleſ. tradit. Molineus, ad §. 249. Andegauę Conſuet. Expreſſa autem bonorum dedicatio ingredientis Monaſterium, valet iure legati, donationiſuè cauſa mortis. Opinione eiuſd. Molinei, ad §. 12. De Hæreditat. Aruernæ Legis Municipalis. Porro Cœnobiticum inſtitutum tacitè profeſſus, nec Pontificia quidem Lege, idoneus fuit Præfecturæ Eccleſiarum obeundæ. Cap. nullus Cap. indemnatibus De elect. Apud Bonifacium 8. Cui ſuffragatur Eccleſiaſticus Viennæ Prætoriæ Conuentus, auſpice Clemente 5. P. Cap. Ne in agro. §. cæterum Verſ. ſanè De ſtat. Monach. Ac Panormitani dicta nominatim, ad præd. Cap. cùm cauſam De elect. His concinnè aptatur Petri Bleſenſis exhortatio, ad nouum quendam Cœnobitam, qui *Regulare* parœciaci Templi Sacerdotium venabatur. Epiſt. 13. *Nouitius es*, inſit, *& ignoras, qualiter te in agricultura Domini oporteat laborare. Scriptum quippe eſt in Lege Domini, Non arabis in primogenito bouis, in Leuiticô legis. Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de ſpicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes eas in modum farris. In quo, vita nouorum Monachorum patenter exprimitur.*

5. Enimverò qui, conſignatis tabulis vouentes Monaſticam philoſophiam, ſubuehantur ad ſacras Præfecturas, voto ſuo vſquequaque manent obſtricti. Vt eleganter ratiocinatur Angelicus Doctor Aquinas, Religioſum virum, Pontificalis ſacerdotij ſuperuentu, non eximi Obſequio *regulari* ſanctè iurato, nec Monaſticis Regulis ac Conſtitutionibus, quæ Epiſcopali muneri haud quaquam officiant: Sed quum Cœnobiarcham non habeat ipſe, cui pareat, ideo cœnobitæ Pontificatu, patriam in eum *Abbæ* poteſtatem ſolutam, vulgò iactari. Thomæ Summa Theologica, Parte 2. ſecundæ Part. Quæſt. 185. Art. 8. Poſt ſacros Canones 1. & 2. Diſtinct. 58. Ita Sacri Iuris Scholiaſtæ produnt, monachum, Antiſtitem deſignatum, *Regularibus* votis obnoxium perſtare: vſus tamen carnium Interdicto, *Abbæ* Iuriſdictioni, ciuilibúſque Monaſticarum Conſtitutionum pœnis minimè iam alligari. Panormit. ad cap. olim De priuil. Et cap. cùm ad Monaſterium De ſtat. monach. Gloz. in Can. de monachis Cauſ. 16. Quæſt. 1. Et Can. 1. Cauſ. 18. Quæſt. 1. Cardinal. ad Clem. 2. De cenſib. Iaſon ad Authen. Ingreſſi De ſacroſ. Eccleſ. Quibus ſuccinit Caietani Summula, Quæſt. 17. Cap. 22. Hinc cucullatus ſacerdos, Epiſcopali aduentitia

Puella Monaſterio oblata, quæ poſt tẽpus probationis & veſtimentum Religionis acceptum, relicto Monaſterio, nupſerit, communione priuetur, idem placuit Gregorio Mag. Regeſti Lib. 8. Cap. 9.

Turonenſe Concilium vlt.

Biturica Synodus Menſe ſeptemb. An. 1584.

Fratrum Prædicatorum Religionem profitentis nomen, dies, menſis, & Annus in aliquo quaterno ſcribi debet.

Pariſien. Curiæ Areſtum.

Nondùm expreſsè profeſſus, ad Prælaturam regularẽ prouehi nequit.

Viennenſe Concilium.

Prioratus curatus, ſeu, Cura regularis.

Expreſsè profeſſus factus Epiſcopus, remanet monachus, tibíque Votis ſubſtãtialibus obligatus: à Regulis autem & Statutis, quoad obligationem legalem, & eius coactionem, tutus eſt ac immunis, non tamen quoad morale vinculum ipſorum Statutorũ, quę nempe ſeruare debet, licet à pœnis ipſorum liber. ex B. Thoma Aquinate.

Thomas de Vio, Caietanus, S. Syxti Cardinalis.

dignitate, non recuperat teſtamenti factionem, nec vllas ſibi fortunas, ſed Templo quærit. Ex cita. Can. de monachis, Bartol. in Tract. Minoricar. In fin. At poſt Epiſcopatum parta, Epiſcopali Fano, non Monaſtico,

Baldus in Authentica Licentiam Cod. de Epiſc. & Cleric. *tient que* Monachus factus Epiſcopus non liberatur votis monaſticis: *Encore que* Epiſcopalis dignitas liberet à Patria poteſtate Authentica Epiſcopalis à fortuna ſeruili, vel adſcriptitia, ſed non à curiali, ſiue officiali, ſiue &c. & Nouella 81. cui titulus eſt Conſtitutio quæ dignitatibus & Epiſcopatu filium liberat patria poteſtate Cap 3. & Authen. Sed Epiſcopalis. Cod. de Epiſcop. & Cleric.

comparata rectè cenſentur. Canon. ſtatutum Cauſ. 18. Quæſt. 1. Innocent. ad cap. cum olim de priuil. Nicolaus vtique, Carthuſianus apud Bononiam Italiæ, adſcitus cum eſſet ad patrium eius Præſulatum Diœceſeos, haud priorem intermiſit rigidæ auſteræque vitæ tenorem: ſed actus ſuos Carthuſienſem ad Normam, ceu Lydium lapidem, omnes dirigere, explorareque perſeuerauit. Id quod D. Antonini Chronico perhibetur. Ibidem fertur Vilhelmus Cremonenſis, Eremita Auguſtinianus, poſt Nauarienſem Pontificatum ſibi delatum à Clemente 6. P. nunquam à Monaſtico Regulæ ſuæ præſcripto deſciuiſſe. Nec abſimilem depinxit Petrus Venerabilis monachum Cluniacenſem, *qui in Epiſcopum Albanenſem aſſumptus, nihil de monacho, quorumdam more dimiſit: ſed, ſicut de magno Martino legitur, eadem in corde eius humilitas, eadem in veſtitu eius vilitas manſit. Nihil de officijs, nihil de curſibus, nihil de prolixa Cluniacenſium pſalmodia, quarumlibet Curarum prætextu, reliquit. Seruabat in Palatio Inſtituta Clauſtri, & Mundo expoſitus, firmo & longo vſu, velut innato Religionis propoſito, à ſecularium vanitatibus ſe, quaſi ſepto firmiſſimo, ſecernebat, &c.* De Miracul. Lib. 2. Cap. 14. Quantò igitur inſulſiùs, Cluniacenſes *Abbæ* glorientur honorario Romanorum Senatorum titulo ac nomine: quo nec abuti debere ſe ad humanum faſtum, agnouit Petrus ille Cluniacenſis Archimandrita, quùm Romæ in Apoſtolico Senatu ageret. Scripta ad D. Bernardum Epiſt. 47. Lib. 6. Epiſt. Hoc in album vocandi mihi ſunt Rauennatis Eccleſiæ Canonici, qui, ab vetuſto Pontificiæ Sedis priuilegio, inclytum retinent nomen Purpuratorum Patrum, ſeu *Cardinalium*. Ioh. Andræa teſte, in Addit. ad Speculat. in Tit. de iuram. §. reſtat videre. Verſ. quid ſi aliquod Collegium. Iuxta quæ, puniceo Galero donatus cœnobita, mutare habitum non poteſt, cultúmque Monaſticæ togæ. Ex Byzantia 8. Synodo, Adriani 2. auſpicijs peracta, An. 3. Baſilij Imperat. Cui appoſitè quadrat notus Canon, Sanctimonialis, Et ibi. Gloz. Diſtinct. 23. Panormit. ad cap. penult. De vit. & honeſt. cleric. Bald. ad l. falſa. §. ſed ſi cui. ff. De condit. & demonſtr. Alexander, Iuris Reſponſo 32. Volum. 5. Et Boërius, in Burdigalenſi Deciſ. 158. Vnde Germonius, Taurinenſis Archydiaconus, ſcripto aſſeuerat, cernere ſe dictim Romę, cucullatos tres, eadem Monaſtica veſte, in ampliſſimo *Cardinalium* Collegio, duos ex Dominicana, tertium ex Franciſcana Secta Fratres, Michaëlem Bonellum, Hieronym. Bernerium, & Conſtantium Sarnanum, Qui *Clauſtralem* vitam ea virtute ac laboribus excolerent, vt ſtatim ac in Senatum cooptati ſint, Hæreſum Inquiſitores lecti, Chriſtianam Rempub. ſummoperè adiuuerint. Lib. 3. De Sacrorum Immunit. cap. 4. Verùmtamen in Seraphica iſta Minorum Familia, ſtatutum fuit pridem, ne ex ea quiſpiam Epiſcopales Faſces, niſi exorato priùs *regulari* Magiſtro, aſſequeretur. Bullatis tabulis Alexandri 4. Quinto Idus Iunias An. 1256. Quòd ſi Minoritam, Epiſcopum admitti placuerit, Fratres certè, ſocij Epiſcopo attributi, ſubiacent prorſus monaſticæ Præfectorum ſuorum Cenſuræ, ac in Ordinem redigi quandòlibet poſſunt. Eximio Alexandri ipſius Diplomate Idibus Maijs eod. An. Sed is quoque paulò antea ſanxerat, Franciſcanos ſodales, Eccleſiaſticam Dignitatem adeptos, bonis ſuis cedere, & ea dimittere penes Sodalitium cogi. Reſcripto Nonis Decemb. An. 1255. Dominicanæ itidem Societatis Lege familiari, *ſuffragijs & beneficijs Ordinis priuati*

Hic Carthuſienſis factus epiſcopus, in humilitate eximia Deo ſeruiens, reditus ſuos pauperibus erogabat, reparationi eccleſiæ, & cultui Diuino ampliando.

Parte 3. De Martino 5. P. cap. 8. Et Tit. 24. cap. 11. §. 1.

Gulielmus de Cremona, Auguſtini imitator

Monachus, factus Epiſcopus, rocheto publicè vti nō debet, liber habetur a vulgari obediētia Abbæ, a vigilijs, ieiunijs, officio, & ſilentio Gloz. in cap. 1. De vit. & honeſt. cler. Speculat. in Tit. de ſtatu monach. Verſ. 23

Cluniaci Abbates, vulgò Cardinales dicti, ex Priuilegiatia Bulla a nobis relata, Lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 6. Art. 5.

Philippus Probus in Quæſt. 60. Iuris Regaliorū ait Iulium 2. Pap. feciſſe Auenionēſem ex epiſcopatu Aurelianenſi metropoli ſubdito, archiepiſcopatum & ei ſuffraganeos adiecitſſe ab Arelatēſi exemptos, Caualicenſem, Vaſſionem, & Auraicenſem Epiſcopos.

Conſtantinopolitanum 8 Concilium.

Anaſt. Germonius, iſtud De ſacrorum Immunitat. Opus typis publicauit Romæ, An. 1591.

Apoſtolica Bulla die 9. Iunii An. 2. Pontificat Alexandri: Quæ inde excipit tantùm Franciſcanos Cardinales.

Litteræ Pōtificiæ die 15. Maij An. 2 Pontif. Et die 5. Decēb. An. 1.

sunt, Episcopatum, vel Archiepiscopatum acceptantes sine licentia. Peræquè de Eremitis Augustinianis edixit Innocentius 8. P. Codicillis. 17. Kalend. Decemb. An. 1487.

6. QVEMADMODVM priuati Cœnobitæ status, nouis sacræ Præfecturæ Insignibus non immutatur, vt antedictum est: Ita Monastici Delubri conditio non tollitur recenti Cathedræ Pontificalis titulo & ornamento: at *Regulare* illud, Monasticisque legibus adstrictum permanet. Panormitani iudicio, ad Cap. 1. Ne sed. vac. Verbi gratia, Sarlatense, Petrocoriorum, Cœnobium à Iohanne 22. P. Episcopali solio situóque ornatum fuit: Maleacense, Pictonum: San-Pontium, Occitaniæ. Sed quorum ideo monastica tùm Collegia non desiêre. Castrensem rursus Ecclesiam *Regularem*, Antistes ille Max. Diœcesanum Præsulatum instituit, è sacro Albiorum Territorio decerptum atque detractum. Haud idcirco tamen Ecclesiastici Sodales Cœnobitica Norma soluti sunt, quoad Paulus 3. P. cucullatum Sodalitium liberiori Clericorum statu mutarit, innouarit. Authenticis literis 10. Kalend. Decembres An. 1536. Secundùm quas, Antonius *de Vese*, Episcopus, cum sacro Collegio, nouas sanxit Ecclesiæ suæ Constitutiones. Duodecimo kalend. Octobres An. 1538. Ac dignoscitur etiamdùm Monastica Casa Montis-Albini, Sede aucta Pontificali, in Constitutione Iohannis illius 22. P. quæ sic orditur, Ad cuiuslibet De Præbend. In extrauag. commun. Vasconum insuper Condomiense Cœnobium, acciuit quondam in Vrbanæ consortium Iurisdictionis rectíque Dominij Eduardum, Britannum, Aquitaniç Ducem. Solenni Pacto 12. Kalend. Quintiles Anno 1329. quod Philippus 6. Galliæ rex comprobauit Ianuario subseq. At Cœnobiticum hoc Fanum, quod Episcopale dehinc euasit Apostolico nutu Iohannis 22. minimè exuit Monasticum cultum viuendíque Institutum, vel Boerij quidem relatu in Burdigalen. Decis. 271. Donec illud seculi Canonicorum Societate commutarit Paulus 3. Romanæ Ecclesiæ princeps Anno. 1548. Ecquid verò de Tutelensi, Lemouicum, Æde monastica? Hæc enim perdiu, post adiecta ipsi pontificalia Insignia *seculare* in Collegium redacta est Canonicorum. Qua de noua, seculi Clericorum institutione Tutelensi, Boerius scripsit nuncupatim, decretùmque Senatus Aquitanici 10. Calend. Mart. Anno 1520. recitauit, Decis. Burdigalen. 6. Nec prætereundum, Lucionense Sodalitium Episcopale, quod ex inferiori Cœnobio crearat Iohannes. 22. P. Monastica demùm religione solutum fuisse à Paulo 2. Pontif. Cuius in Apostolicum Solium successor Xystus 4. constabilijt nouas tum Præsulis Nicolai, & Collegij Lucionensis Constitutiones. Tertio Idus Martias Anno 1472. Quin & vetustissimæ Episcopales Gallorum Basilicæ, à Cœnobitis solis incolebantur, nec alios sacrorum Administros ferebant, quàm *Regulares* sacerdotes. Id quod Caroli Mag. Capitula, seu Leges ecclesiasticæ indicant, Cap. 115. Quæ ex Cabilonensi, & Turonico 3. Concilijs eiusdem æui desumptæ videntur, simul ex Moguntina Synodo celebrata Quinto Idus Iunias Anno 813. Can 9. Idem planè adstruunt Historici Canones, in omnibus De consecrat. Distinct. 5. Can. 2. & 3. Cauf. 12. Quæst. 1. Cap. quoniam De vit. & honest. cleric. Vná cum Synodo Romæ habita, Nicolai 2. P. auspicijs, in basilica Constantiniana, Cap. 4. Sic apud Cabilonem Heduorum, Augustiniani Cœnobitæ vacarunt sacratissimæ Ædis ministerio primitùs. & apud Matisconem, Cathedrali in Fano Diuinis operati sunt Canonici id genus, Monasticis deuincti præceptis. Donec licentior vsus posteritatis tales Ecclesiæ administros sacerdotibus seculi commutarit. Ex Petri San-Iuliani Libro Cabilonensium, & Matisconen. Antiquitatum. In media nec non Germania, Verdensis diœceseos Antistes Richebertus, sartam tectámque tutatus est Benedictinam Regulam, suo in Clero pontificali. Henrico 5 Germanis imperante. Vt refert Gaspar Bruschius, in Epitome Germanic. Episcopat. Eodem Scriptore, Hildeseymensium Præsul. B. Alefridus, ex Benedictino cœnobita, Corbeyensi, struxit Cathedrale Fanũ Virgini Deiparç, cœno-

Die 15. Nouẽb. 1487.

Monastieæ ecclesiæ in Cathedralem erectio.

Sarlat, en Perigort.

Maillezais, en Poitou.

S. Pons, en Lãguedoc.

Castres, en Albigeois.

Bulla die 12. Nou. 1536. secularizationis Ecclesiæ Castrẽsis regularis, antea in Cathedralem erectæ.

Capitularia Statuta Castrensis Ecclesiæ, maioris, ab Episcopo approbata, die 10. Septem. 1538.

Monasterium Montis-Albani, fit episcopatus.

Appariatio & partitio Iurisdictionis ac Feudi in Vrbe *de Condom en Gascongne*, facta inter Abbatem Condomiensem, & Angium Regem, Ducem Aquitanum, die 20. Iunij An. 1329.

Cathedralis Capituli *de Condom*, Secularizatio.

Tule en Limosin, de cuius secularizatione Ecclesiæ, Arestum Burdigalen. die 20. Febr. 1520.

Statuta Capitularia Ecclesiæ Lucionensis Mens. Nouem 1472. Omologata à Syxto 4. P. die 13. Mart. seq.

De Monasticarum huiusmodi Ecclesiarum in Cathedrales erectione, tum secularizatione, in Gallia, Nos i lib. 1. Sacr. Polit. Tit. 3. Art. 7. 8.

Cap. 11. Canonici in vno Episcopatu simul manducent & dormiant: et qui de rebus ecclesiasticis stipẽdia accipiũt, in suo claustro maneant: & c Idẽ in cap. 23. Turonicæ Synodi 3. & Cabilonẽ. Tomo 3. Concil.

Die 9. Iun. An. 813.

Cathedrales ecclesiæ *de Chaalons sur la Saone, & de Mascon*, olim purè regulares & Monasticæ.

Hic Alefri lus fundauit in Coloniensi Archiepiscopatu, patria sua, puellare Cœnobium essense, & alnedense pariter muliebre, in quo sepultus ipse est An. 877.

bitica Templi sacerdotibus Lege proposita, statuitque, Ecclesiasticos sodales, Monachorum ritu, communia habere omnia, ac Benedictinæ regulæ dictu præscriptísque DEO inseruire. Præterea apud Italos, Mantuana D. Marci Basilica maior, administratur ab Augustiniana Canonicorum *regularium* Familia: Qualem B. Marcus in Alexandrina Ægypti vrbe excogitarat. Auctore Paulo Morisio in Tractatu Monasticar. Religion. Cap. 9. Verùm enimuerò, Religiosi cultus æstu feruoréque passim tepescẽte Episcopalis templi Sodalibus suasit licentia luxum, sensimque ab arctiori vetere Cœnobitarum disciplina, illi ad laxiorem seculi Statum desciuêre. Ita Vangionum Pontifice, in Germania, Adelgero, qui obiit An. 1044. intercidit Vvormatiensi in Clero Monastica Norma, quæ solutiores Clericorum seculi in Ritus conuersa est, Gasparis Bruschij testimonio, in Epitome De omnib. Germaniæ Episcopat. Vbi Argentinensis quoque Episcopus legitur Adelochus, Scotorum Cœnobium D. Thomæ sacrum transmutasse in *secularem* Canonicorum Cœtum. Circa Annum. 830. Quin & Romano Christianæ Ecclesiæ in sacrario, feruntur Canonici *regulares* Fani Iohannis Lateranen. abrogati à Bonifacio. 8. P. *seculareque*, ijs subrogatum Collegium An. 1298. Sed postmodum Eugenius. 4. in id Templum Augustinianos illos cœnobitas restituit, ad Ecclesiasticæ disciplinæ ruinas instaurandas. Si Paulo Morisio fidem habemus, Iesuato Mediolanensi, Cap. 9. Historicæ Originis Religionum omnium Monastic. Aquitanici item Annales produnt, Virginis matris Ædem, Pictauensem, olim ministerio excultam *Regularium* canonicorum, Augustiniani Ordinis: Quæ postera ætate Clericos seculi in hanc vsque lucem pertulit. Lugdunensis, ad hæc, Insulæ Barbaræ Cella monastica, statu mutato, regimen subijt Clericorum *secularium*, vnà cum Sacerdotijs, quæ ab illa superiore pendebant. An. 1420. Ex Lugdunen. Historiæ Lib. 2. Gandaui porrò Gordunorum, Cœnobitæ D. Bauonis, sublata cuculla, coiêre in Societatem Canonicorum seculi, Karolo. 5. Cæsare. Vt Guicciardinus in Belgiographia tradit. Fossatense rursus, Parisiensis agri, Monasterium Clemens. 7. P. exemit Benedictino *regulari* Instituto, seculique Canonicos in eo sacra deinceps facere iussit. Rescripto Idibus Iunijs An. 1533. Cuius executores Rescripti Philippus cœnobiarcha D. Genouefes, & Nicol. Quelainus, Collegij canonicorum Primas Moritaniæ Vnellorum oppidi, Sententiam dixêre, ac Ecclesiam, Monasticis iam legibus liberam immunémque adunarunt Episcopali Cathedræ Parisiorum. Decimo sexto Kalendas Septembres An. 1536. Vizeliacense dehinc B. Magdalenes Cœnobium nouauit Paulus. 3. P. & in Sodalitium Canonicorum seculi vertit. Codicillis. 3. Idus Ianuar. An. 1537. quorum executio mandata est Philiberto Belloioco, Antistiti Bethleemitano, Nouioduni ad Ligerim, & Antissiodori Præsulum Vicarijs Iuridicis. Cæterum Paulus. 4. P. alijs impulsus rationibus, transtulit *regularem* Sacerdotum Fani Petri Conuentum, Augustinianæ Sectæ, in Collegium sacrorum Sodalium seculi, & ex Suburbijs in Vrbem Matisconensem. Diplomate. 4. Idus Quintiles An. 1557. quod perlegi, cuiusque meminit expressim Petr. San. Iulianus in Lib. Antiquit. Matisconens. Præterea in Adurensi Diœcesi, Arminiaca, visuntur antiquæ. 4. *Regularium* Canonicorum Ædes, Augustiniani Instituti: sed quarum Sacrifici abhinc. 60. annos exuta Religionis Toga, *secularem* induerunt, titulo *secularium* Canonicorum. Nec diuersum refertur de Benedictina S. Asterij Mandra, apud Petrocorios: Quæ, Pontificijs Literis, regi haud dudum cœpit ab Ecclesiastico seculi Canonicorum cœtu. Denique apud Biturigas, Metropoliticũ sanctius Sodalitium, nouato Cœnobitarum statu, transijt in liberiorem sacerdotum Familiam, qui nulli deinceps Monasticæ normæ deuincti sint. Phil. Probo scriptore, in Addit. ad Iohan. Monachum, in Cap. cùm de beneficio De præben. In 6. Et Rebuffo, ad. § per præmissa. De reg. ad Prælat. nominat. In verb. *Priuilegia eis concessa*. Quæ ego singula mente reuoluẽs, demiror nostri æui Antistites, minùs feruidè animatos in Religiosam Mo-

Vvormes.

Strasbourg.

Regulares Canonici, Ecclesiæ restituti.

Frat. Paulus Morisius, Iesuatus, Ordinis Hieronymiani.

Annalium Parte. 1 de Ecclesia collegiata *de nostre Dame la grand, à Poictiers.*

Abbatiæ *de l'Isle barbe* secularizatio, cum Prioratibus ab ea dependentibus: inter quos, est Prioratus S. Romani *en Iarestz.*

Gand en Flandres.

Bulla secularizationis Abbatiæ S. Mauri *des Fossez*, & Vnionis bonorum Abbæ cum Episcopatu Parisien. Die. 15 Iun. 1533. ad preces Ioh. Bellaii. episcopi, & Abbatis. eiusdem Abbatiæ Prioratus & membra secularizata ibi numerantur, S. Arnulphi, S. Verani, S. Eligii, S. Iohan de Corboio, *de Tournan*, Capellæ reginæ, de Castris subtus Montem. Letericum. &c. Die. 17. Augus. 1536.

Abbatia *de Vezelay*, Benedictini Ordinis, & Heduensis diœcesis secularisata per Bullam, die xi Ianuarii 1537. Deodato *de Beduer* Abbate tum Religioso.

Secularizatio Ecclesiæ S. Petri *de Mascon*, die 12. Iul. 1557.

In Episcopatu d'*Aire en Armignac*. 4. Ecclesiæ Abbatiales, quarum vna *de Pymbo* dicta in Collegiatas sæculares redactæ.

Ecclesia collegiata *de S. Astier en Perigor* antea regularis Abbatia Ordinis S. Benedicti.

Maior Ecclesia Bituricæ vrbis.

nastici cultus Institutique tutelam, quàm vel profanos quondam Magnates: qui Monasticam disciplinam habitúmque passi non sunt tali in *regularis secularem* Ordinis conuersione labefactari. Nam Pipinus Aquitanorum Rex vltimus, Angolismenses compulit cœnobitas B. Eparchij, de quo Gregorius Turonen. Monasticam vestem, vitæque tenorem, quem *secularis* mutarant, resumere. Vt Engolismorum Chronicis traditum est. Idem verò quasi Sisyphium voluisse saxum denuò proditur Vilhelmus Angolismorum Regulus *Sector ferri dictus*, ac restituendo istic Cœnobitico cultui multùm allaborasse. In Fragmento Aquitanicæ Histor. ex peruetusta scheda, nuper edito. Hoc ampliùs, Britanniæ Insulæ Edgarus Rex, qui effloruit An. 965. à Iohanne. 13. P. precibus obtinuit, cucullatos sacerdotes, pulsis seculi Clericis, præfici Ecclesiarum Collegijs, Vintonien. & Vigorniensis. Monachi deinde, Presbyteris *secularibus* abire iussis, in possessionem venêre Dunelmensis Basilicæ Episcopalis, Vilhelmo Anglorum Rege. Circiter annum. 1080. Quemadmodùm à Polydoro narratur, Anglicar. Rer. Lib. 6. & 9. Quùm autem inibi Cestrensis Episcopus, Monachis Conuentrensis Ecclesiæ substituisset Canonicos seculi, Cælestinus. 3. P. rem improbauit, & pristinam in causam reuocauit Monasticum Ecclesiæ Ritum ac cultum. Diplomate ad literam perscripto in Anglicis Houedeni Annalibus, Parte posteriore. Nec impari Christianæ pietatis studio, Balduinus Flandrorum Comes, Sodalitium Canonicorum, apud Hasnouium, Ostrouandiæ, vertit in Benedictinum Cœnobium. An. 1070. Sic Balduinus, Ardensis toparcha, ingentem operam nauauit, Collegio sacerdotum, apud Ardam, in Præmonstratense Monasterium conuertendo. An. 1144. Vti à Meyero perhibetur, Flandric. Chronic. Lib. 3. & 4. Idem memorat, Lib. 5., Societatem Canonicorum Cisoniensium, ad Insulanam Flandriæ vrbem transijsse in formam Regulámque Conuentus Monastici, An. 1129 Atque haud multò antea, Formiselenses, Flandricæ oræ, Canonici, *Regularem* vitæ Normam complexi sunt, primúmque sibi Ætheriarcham Albaldum sumpsêre. Circa annum. 1100. Meyero eodem auctore. Sed ne domesticorum in copia emendicatis vtar aliunde rerum exemplis, Philippus. 1. Galliæ Rex Clericos Ædis Martini, quam Erricus pater Lutetiæ extruxerat, mutauit Cœnobitis Sectæ Cluniacensis. An. 1079. Quantum ex Vilhelmo Nangisio didicimus. Canonici Diui Martialis Lemouicens., pœnali exemplo territi secularizatam Ecclesiæ Diui Martini Turonens. relicto seculari habitu, se ad monasticam vitam conuerterunt. Teste Guaguino, Annal. Francic. Lib. 5. Vtcunque fit, repetendum saltem in Christiana Hierarchia videtur, quod Synodici apud Chalcedonem Patres sanxerunt, ne consecratæ quæ essent, Monasticæ Casæ, Diuersoria seculi fierent. Can. quæ semel Caus. 19 Quæst. 3. Et Innocentij. 3. Epistola decretali Possessiones De reb. Eccles. non alienan. Quòd si, deficiente Monastico genere, ad *secularem* statum traducatur Cœnobium, antea vacuum exemptúmque Episcopali imperio, priorem tùnc Immunitatem retinebit. Panormit. ad Cap. dilectus De capell. monach.

Abbatia S. *Cybart, en Angoumois.* Quo de Eparchio recluso Engolismensis eiusque Cellula monastica, Gregorius Turonen. Hist. Lib 6. Art. 8.

Anglicæ ecclesiæ, regulares.

Matthæus Paris, in Angl. Hist. scribit quod Anno. 1198. Hugo de Nunant Conuentrensis siue Cestrensis Episcopus, ingrauescente morbo, mortem sibi vicinam cognoscens, inter alia pacta, cum ingenti mœrore agnouit, qualiter expulsis monachis Conuentrensibus, in locum eorum irreligiosos clericos introduxisset.

Rogerij *de Houeden* Historia Anglica de qua Nos supra Tit. 1. Art. 14.

An. 11. 39. Rogerius Salisberię Episcopus Abbatias in Episcopatum, & res episcopatus in Abbatiam alterare conatus est: Malmesberiense & Abbedesberiense Cœnobia Episcopatui delegauit. Auctore Vilhelmo Malmesburiensi monacho, Hist. nouellæ. Lib. 2. An. 1138. Tronchiniense Collegium, inuitis Canonicis, in Præmonstratẽse vertitur Cœnobium, per Yuanum Alostensem. ex Miero.

Chalcedonen. Concilij Can. 24. et Carthaginen Synodi Can. 13. At si deformata fuerint Cœnobia aut diruta, in integrum restitui debent ab iis qui ea possederint. ex Bituricen. Concilio An. 1584.

Innocent. 3. Constantinopolitano Patriarchæ Cap. inter quatuor. De religios. domib. Quamdiu monasteria per regulares remanere potuerint, ordinata non sunt ad seculares clericos transferenda. Sed si regulares defuerint in eis seculares clerici poterunt ordinari.

7 In Coenobium quidem introitus, Votiuique sacramenti religio natalitiã abstergit maculam naturalium liberorum. §. 1. Nouella Iustin. De Monachis. Quod & Pictauensi Concilio annotatur. Cap. 1. De fil. presbyt. Monastica tamen Almæ Triadis Sanctio disertè cauit. 8. Kalend.

Statuta Ordinis S. Trinitatis, seu de Redemptione captiuorum, correcta & ordinata in Capitulo generali Die. 24. April. 1429.
Carmelitarum Ordinationes.
Ordinis Statuta Domus Hospitalis Hierusalem.
Syxti. 5. P. Bulla, de illegitimis, ad Monasticum habitum non admittendis.

Maias An. 1429. *Ne recipiatur aliquis in Fratrem Ordinis, qui de legitimo thoro non fuerit natus nisi a maiore Ministro dispensatione habita.* Carmelitica item Constitutione, *Spurij non debent recipi ad Nouitiatum: Et si forent recepti, non debent ad professionem admitti.* Parte. 1. Cap. 13. Ita in Equestri sacra Hierosolymorum Familia, statuit eius Antistes. Fr. Hugo Reuellus, nullum deinceps ad professionem assumi *Regularis* ipsius Militiæ, qui ex iustis nuptijs, procreatus non esset: præter Comitum, aut maioris gradus & tituli Dinastarum filios, si quidem ex ingenua matre ortum vitæ deduxissent: Verum Fr. Philipp. Vilerius, in Principatum Ordinis successor, eam Legem sic moderatus est, vt qui semel in numeros relatus sit medio in Conuentu, ei nulla status controuersia à quoquam moueatur: *nisi qui quærit talionem subire, j. non probata intentione, reijci in gradum Fratris seruientis. Nulli verò, post quinquennium, super gradu suo quæstio inferatur.* Queis facilè subnectas Carnutensis Sodalitij canonicorum Constitutionem priscam, de spuriis in eorum consortium minimè adsciscendis. Vt est apud Yuonem Carnutensem, Epist. 153. Porrò inter Carthusianos, sancitum fuit à Gregorio. 11. P., illegitimè natos, ad Leui-

Prioré de Seaux en Anjou dependant de l'Abbaye de S. Serge lez Angiers.

Le Prioré du Port-Dieu dependant de l'Abbaye de la Chaise-Dieu, en Auuergne, qui est le Prioré de S. Martin De portu Dei *Ordre de S. Benoist, diocese de Limoges, contentieux au grand Conseil en Septembre* 1604. *a sçauoir s'il est collatif dudict Abbé ou electif à la nomination du Roy, ainsi qu'il a esté iugé par Arrest dudict Conseil pour le nommé par le Roy, par forclusion, & prononcé le 6. Octob. 1596: contre lequel y a eu Requeste Ciuile par l'Abbé susdict ioinct auec le collataire, qui est Franc. Hurant.*

Gregotiana Bulla die. 6. Octob. An. 2. Pontific. pro Carthusiensibus, quod bastardi ad sacros ordines promoueri possunt, & ad administrationem Ordinis, de consilio tamen Capituli generalis.
Benedict. In ver. Et vxorē nomine Adelasiam. Num. 200. 201.
Monachi commendatio, Claustrum Abbatiæ præferentis.

ticum prouchi ministerium posse, & ad publicas Ordinis functiones ex Comitiali Fratrum consilio. Bullatis tabulis pridie Nonas Octobres An. 1372. At Monasticæ certè adscripti cuiuis Militiæ nothi, haud ideo habiles fiunt ad sacra Beneficia adipiscenda: Nisi ipsorum ergò, natalibus restituti sint à Pontifice Max. Ex glossemate Cap. vlt. De fil. presbyt. Et Benedicto ad cap. Raynutius. De testamen. Ne supprimam interim Cœnobitæ encomium (apud Petr. Blesensem) qui claustrum cunque beneficiario Cœnobiarchæ titulo anteponat. DOMINVS, ait, SECVLORVM, FVGERE NOS DOCVIT SECVLI DIGNITATES. Epist. 93. Omnimodò autem exploditur votiua, mente capti professio, nisi ad sanitatem redactus, solennia vota Superis nuncupet publico in Consessu cœnobitarum. Decretali Epist. Innocentij 3 Sicut De regular. Quod ex facto proposito disertè tractatum est, Phil. Decij Responso. 86. Quinetiam regio Blesensi Edicto iubetur fœminei Cœnobij Magistra, Diœcesanum, Ordinisuè Antistitem præmonere, menstruo saltem spacio ante sacrarum Virginum professionem: vt certonè ac libero animi iudicio eam editum velint, an alieno suggestu metu vè, ijs rogatis, explorent sedulò ac dignoscant. Art. 28.

Le Prieur & Religieux de S. Martin des Champs par Bulle d'Eugene. 3. en Iuin 1147. il a confirmation & enumeration de toutes ses anciennes possessions, & entre autres de 30. Cures & Eglises parochiales d'alentour de Paris, esquelles ils sont Curez primitifs decimateurs, comme de l'Eglise parochiale de Clamar, &c. Item Maurice Euesque de Paris l'an 1175. en a donné pareille Chartre audict Prieur & Religieux, & par ladicte Bulle Eugeniene sont confirmez pareilles Bulles priuilegiaires de Paschal. 2. Vrbin. 2. Lucius 2. &c.

Casa Dei, vox Hispanis vsitata, sumitur pro ecclesia, Lege Franci. Caroli Mag. Cap. 135. Lib. 1. Cap. 68. Lib. 3. Cap. 73. Lib. 4. Tum Meldensis Concil. Cap. 53. Et Casatum, pro seruo ecclesiæ positū Fulbertus Carnutum Præsul, epist. 5. 24. Vti Yuo Carnutensis, epist. 105.
Roman. Concilium, Tomo. 3. Concil.

8 QVONIAM verò ad Monasticas Casas nonnullos, allicit receptitia partis opum suarum Conuentio, hæsitatum est, ratanè pactio foret, an irrita *Regulare* etiam votum corrumperet. Expeditum vtique, Cœnobiticis Regulis contraria Pacta non valere Argum. leg. contra Iuris regulas l. Ius plublicum. ff. De pact. Haud ideo tamen *Regularis* vitæ status, votiuáque professio labefactatur. Vt argutè disserit Baldus, Responso. 248. Volum. 5. Ecquid porro de induente cucullam, ea concepta spe, vt fieret Cœnobiarcha? Hoc pariter animi votum damnat Romana Synodus, coacta, Nicolao. 2. Pontifice, in Basilica Constantiniana. Quem in sensum Petrus Venerabilis, *Aggredere*, inquit, *viam paupertatis, qua itur ad beatitudinem Regni cœlestis: Viam aggredere paupertatis, non tantùm corporeæ, quantùm spiritualis,*

non tantùm rerum, quantùm humilitatis, non tantùm carnis, quantùm mentis. Lib. 3. Epiſt. 9. Imo & ſcriptore eodem ad Innocentium. 2. Antiſtitem ſummum, Reſbacenſis Abba hunc obſecrauit enixius, *vti ſe iuxta deſiderium ſuum à cura paſtorali abſolueret, ac Cluniaci quietum manere permitteret.* Lib. 5. Epiſt. 56.

Reſbacenſe Monaſterium, vetus amplam Gallicam fundauit S. Dado, ſeu Audoenus Rothomagenſis Archiepiſcopus: Vti eius frater Rado, Theſaurorum regalium procurator & cuſtos, Radolium ab eo dictum. Sub annum. 6.7. Ex Aimoyni Lib. 4. Cap. 41. Reſbacenſi autem abbatiæ, B. Audoenus primum Abbatem S. Agilum conſtituit. Ioh. Tritthemij relatu.

Atquin Eccleſiaſtico ferè præfecto cuique familiaris eſt hodie nepotum ex fratre ſubſtitutio in Præfecturam Templi vel Cœnobij. Qua quidem ſubſtitutionis affulgente ſpe, propinqui monaſticorum Præſulum indignè ſe Cœnobijs obtrudunt. Sicuti perbelle adnotauit Petrus Bleſenſis, ad Epiſcopum Carnutenſem Epiſt. 15. in hunc modum. *Ad honorem vocauit te Deus propter onera, non ad multiplicandum numerum familiæ, aut equorum, non ad dandas parentibus dignitates, ſed ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.* Ediuersò autem Diuus Auguſtinus, ad Fratres in Eremo, Sermone. 21. Conſanguineos, inſit, habeo, & nobiles ſe eſſe non erubeſcunt: & ad me Epiſcopum veniunt aliquando cum minis, aliquando cum blandimentis, dicentes, Da nobis aliquid, Pater, caro enim tua ſumus. Et tamen, Dei gratia, veſtris orationibus mediantibus, conſanguineum aliquem me ditaſſe non recolo: Chariores enim mihi reputo pauperes quàm diuites. Hunc quoque Auguſtinum imitati ſunt tres potiſſimùm Romani Præſules, Clemens. 4. Martinus. 4. & Benedictus. 12. Ille enim Clemens, mortua ante Pontificatum coniuge, ex qua filias duas ſuſtulerat, alteri dotis nomine trecentas æris libellas dedit, ea lege, ne quid amplius depoſceret. Secundus fratrem, qui ad eum in Italiam ſpe lautioris fortunæ venerat, redire in Patriam iuſſit, mediocri ſolùm munere honeſtatum: quòd res Eccleſiæ, Pauperum eſſe diceret, non ſuas. Tertius, aſſerens ſupremum Pontificem, gente propinquos non habere, neptem ſuam, cum marito, mercatore Tholoſano, qui Auenionem, ad eum profecti erant, remiſit domum, erogatis duntaxat ſumptibus in itinere factis, & qui ad ſuos reuerſuris neceſſarij forent: nullúmque adeo ex ſua ſtirpe, Purpurati Collegij Apoſtol. Senatorem creauit, quum identidem Dauidicum carmen ore expromeret: SI MEI NON FVERINT DOMINATI, TVNC IMMACVLATVS ERO &c.

Le Prioré de Paraigne le Paulin, diœceſe du Mans, membre dependant de l'Abbaye de S. Meſmin d'Orleans.

Cardinalium Collegium.

Aſt quantùm mutatus ab illis Bertholdus, Pataulæ Noricorum Epiſcopus: qui æs alienum grande conflabat, vndecúnque corradens, vt fratrum filios locupletaret. Qui eorum itidem filiabus dotem è ſacro Ærario augebat, prætexens, hac ſe munificentia, Patauienſi Eccleſiæ amicos quærere, patronos, ac rebus dubijs defenſores. Annum circiter. 1250. Bruſchio auctore, De Laureaco Noricorum ciuitate, & Patauio Germanico.

Paſſau, en Bauiere.

Rectiùs hercle, Petrus Bleſenſis, Epiſcoporum hortatrice Epiſtola. 20. *Licet parentibus*, ait, *affectionem debeam naturalem: illud tamen non debeo, vt pro eis me perdam, aut pro eis ab honeſtatis propoſito me reflectam. Vaccæ ſiquidem, quæ in Bethſames deferebant Arcam Domini, licet eas traheret naturalis quædam affectio vitulorum, ad eos tamen colla ſua minimè reflectebant. Multi pro parentibus ſuis animas perdidere, dum in eis plus amant carnem, quàm ſpiritum. Leuita, imo Archileuita ego ſum. Scriptum eſt autem in Lege Domini, vt nemo in Sacerdotalem ordinem aut Leuiticum aſſumatur, niſi priùs dicat patri & matri, Vale, .i. niſi in eo penitus extinguatur affectio parentelæ.* Exin ſacra Innocentij. 3. Lege vetatur ſacerdotis filius, quamlibet legitimus, paterno Sacerdotio fungi: alioquin eo ſubindè exuendus. Can. Apoſtolica auctoritate Cauſ. 8. Quæſt. 1. Cùm Alexandri. 3. P. Cap. 2. Cap. quoniam Cap. ad extirpandas De fil preſbyt. Nam proxima illa, velut ſucceſſoria, paternorum Eccleſiæ Munerum functio deriuatur in agnatitiæ hæreditatis ſpeciem, fœdo exemplo: vt bona Eccleſiæ, iam non CHRISTI, ſed familiæ & ſanguinis eſſe credantur. Quod Laterana in Synodo prohibuit Alexander. 3. qui Chriſtianæ tum Nauis regimini præfectus erat. Quinimò Regius Pſaltes dicenti, Hæreditate poſſideamus * Sanctuarium DEI, hæc imprecatur. DEVS MEVS PONE ILLOS, VT ROTAM, ET SICVT STIPVLAM, ANTE FACIEM VENTI: Id eſt, eos cunctis calamitatibus angito, & continentibus Malis diſtorqueto. Similiter fatidicus Numinis Vates Michæas, Audite, inquit, hæc, Principes domus Iacob,

Dauid Iudææ rex, Pſalmographus.

* Habitacula Dei, ſeu Eccleſias.

Michæas propheta.

Le Prioré Cure de Blancafort, prés Concessaut en Berry, mẽbre dependant de l'Abbaye de sainct Satur, en Berry, Ordre de S. Augustin.

Le Prioré Cure de la Faye en Perigort, membre dependant de l'Abbaye de la Couronne, en Angoumois, Ordre de S. Augustin. Laquelle Abbaye de la Couronne fut fondee & bastie par Lambert simple Curé, s'estãt fait Religieux l'an 1118. auec & par les aumosnes du peuple En la Chronique d'Angoumois.

Synodus Tridentina, de carnis affectu in propinquos, quoad bona ecclesiæ dimittendo.

Toletanum. 10. Concilium, sub Recesuintho Hispan. rege. Tomo. 2. Concil.

qui omnia recta peruertitis, qui Syonem in sanguinibus ædificatis: Ob id vestrûm causa, Syon, quasi ager, inarabitur, & Solymorum ciuitas, quasi aceruus lapidum erit. Quapropter Dioscorus, in Alexandrinum Cyrilli Archiepiscopatum successor, increpuit grauissimè eius propinquos, qui sese ipsi commendabant obnixiùs, vt decessoris genus gentemque confoueret. Sancti insuper PATRES, cognationis nimium augendæ studium, tam Ecclesiasticis, quàm profanis, defixum execrati sunt: & cautiones remediáque aduersus luem hanc adhibenda, seuerissimis monitis procurarunt: Ne ab insana ea Terrenæ vanitatis cupidine, illi æternis se supplicijs prædamnarent. Tales Cœlestis iræ prænuntij visuntur Saluianus, ad Ecclesiam toto Orbe diffusam, Lib. 2. B. Hieronymus contra Iouinianum, ac D. Augustinus in Psalmum. 108. Queîs B. Ambrosium ritè subiungas, qui haud propterea, infit, te DEO dicasti, vt tuos diuites facias: sed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Lib. 1. Offic. Cap. 30. quod transcriptum fuit in Canonem, Est probanda. Distinct. 86. Tridentini demùm Christianæ Ecclesiæ Proceres, sacris addictos cohortantur, vt gentilitium illum, carneúmque in consanguineos affectum penitus deponant, ceu multorum in Templo DEI Malorum seminarium. Concil. Trident. Sessione. 25. Cap. 1. De reformat. aduersus Ecclesiasticos. Iuxta Toletanam. 10. Synodum, in Episcopos, qui Cœnobijs, Ecclesijsvè alijs cognatos, eorumvè fautores præponerent. Can. 3.

Marium pubertas, istic quoque Annis. 14. et fœminarum. 12. expletur.

Oxoniensis, in Britannia Insula, Concilij Cap. De ordinat. Religiosorum. Tomo 3. Concil.

Parte. 2 Statutorum Ordinis Carthusien. Cap 17.

Concil Tridentinũ.

Formula Reformationis, ad præscriptũ Regulæ Statutorumque Ordinis Mathurinorum, præsentata in Capitulo generali, à Fr. Iac. Burgesio, Ministro de Conuordia, Die. 19. April. 1573.

Statutorum Benedictini Ordinis editorum à Benedicto 12. P. Cap. 13. sancitum est, quòd curam & regimẽ siue administrationẽ monachorum debet Prælatus commendatarius cõmittere Monacho eiusdem religionis & domus. Nisi fuerint Rom. Ecclesiæ Cardinales quos non decet talium cõpulsionibus subiacere.

Placitum Curiæ die 18 Iul An 1511 cõtra Abbatem commendatarium du Chaige,

ANNARIA lege tenetur votorum professio *Regularium*: sed non eadem vbique ætas præstituta fuit Monastici Instituti munerisque candidato. Nam Romani quidem Antistites puberem sanxêre idoneum Monastico sacramento. Alexander 3. Cap. ad nostram, Et cap. significatum, Clemens. 3. Cap. cùm virum De regular. In antiq. Innocentius. 4. Cap. 1. Eod. Tit. In 6. Ac totidem vtrique annos Cœnobitico voto præfinijt Oxoniensis Anglica Synodus, auspice Stephano Archiepiscopo, celebrata. Ast veluti ex Gregoriano Regesto, cœnobita inibi non suscipitur minor. 18. annis, vbi duriuscula est Monachorum congregatio. Cap. quia in Insulis De regular. Sic Carthusienses, ab rigida & seuera Ordinis disciplina, statuerunt pridem Lege sua familiari, in hanc sententiam. *Nouitios ante vicesimum annum recipere non solemus: si tamen attigerint. 18 annum, & iudicio Prioris ac Conuentus idonei reperiantur ferendo oneri, eos recipimus.* Publicis tandem in Comitijs Cleri Tridentinis, condicta est vtrilibet sexui ætas annorum sexdecim, ad Monasticum Institutum ex professo ineundum. Sessione. 25. Decreto, de Regular. Cap. 15. Cuiusmodi œcumenicum præceptum Ecclesiæ, cucullati sacerdotes Almæ Triadis in suas Constitutiones transtulerunt, frequenti Ordinis Conuentu habito. 13. kalend. Maias An. 1573. Inde & Gallicus Clerus vniuersim Regi suasor auctorque fuit, ætatis huiusce, nuncupaturo vota sua Monacho præscribendæ. Art. 28. Blesensis Edicti. Quod autem Cœnobium à Pontifice commendatum sit Clerico seculi, eius Alumni neutiquam in verba istius iurant *Secularis Abbæ*, sed in Vicarij verba perpetui ac irreuocabilis: quę fiduciarius ille Religiosum virum Cœnobiarcha præficere tenetur sacræ administrationi Monasterij. Argum. Cap. 2. De capell. monach. Talem enim Vicario munere abdicari nõ posse à fiduciario *Abba*, pronuntiauit Senatus. Aresto Parisien. 15. Kalend. Sextiles An. 1514. aduersus eum, qui Pontificia commendatione Chaigeum Cœnobium, Augustinianæ Sectæ, occupabat. Quod Rebuffus Iudicatum ciet, in Praxi benefic. Tit. forma Vicariatus, Num. 198. Enimuerò penes Claustri Primatem monachum, interior est quidem Censura, ac *Claustralis* disciplinæ curatio in Cœnobitas (cap. 6. § prior De stat. monach.) Haud vlla tamen potestas auctoritásque sacramento illo rogandi Nouitij. Vt perspicuè definitur Synodico Biturigum Canone Ecclesiastico, Septemb. Mens. An. 1584. Cæterum ætatis anno. 16. editam Professionem conuellere ius non est cuiquam, Prætoria integri restitutione, tanquam minori. 25. annis circum-

uento. Sicuti Panormit. eruditè disserit, ad Cap. cùm virum De regular. Ex Cap. penul. Quod met. caus. At si is per vim aut metum extortam votorum pollicitationem obtendat, intra quinquennium audietur. Post lustrum verò completum, os ipsi occluditur. Comitiali Turonicæ Ecclesiæ placito, Septemb. Mens. An. 1583. Et Aquarum Sextiarum, Phocensis Prouinciæ, Februar. Mens. An. 1585. Secundùm Tridentina scita ac dogmata, Concilij Sessione vlt. Tit. de Regular. Cap. 19.

10 ETSI Pontificum Legibus cuiuis liceat, extra Monasterij septa, triplex Votum emittere. Clementis. 3. Cap. porrectum, Vbi Gloz. De Regular. Nusquam tamen Cœnobiticæ vestis gestatio extra Monasticos parietes, inducit votorum Professionem tacitam, multò minus apertam & manifestam. Ex Toletano Concilio, Cap. Vt clerici Tit. quo. .s. Gloz. in Clem. Eos Tit. eod. Cap. vn. De voto Lib. 6. Quod ideo citauit Panormitanus, ad d. Cap. porrectum. Vnde Religiosi homines, qui Franciscum à Paula, Ordinis auctorem laudant, apud Senatum contenderunt nuper in Rhemensem Archiepiscopum, sese tùm expelli sacro Rhemorum Domicilio suo, multis nominibus non debere, inter alia, quòd varios eius Alumnos Monasticæ Casæ, ad votiuam pij Instituti professionem assumpsissent. Cum enim ij, Minimorum titulo, Fratres, antiquis sedibus, Lingonen. Diæceseos, exturbati essent Mauortio ciuili tumultu Gallorum, extorres vacuósque excepit hospitio Rhemensis Antistes, D. Remigij Æteriarcha. Subinde etiam hic Monasticam illis Ædem dedit, dicauit, dotauit, in perpetuum Numinis cultum, eius ministerio Collegij *regularis*. Ex Pacto conuento. 17. Kalend. Februar. An. 1572. quod Ampliss. Curia Parisiorum trino Decreto ratum manere iussit, Decimo tertio Kalend. Apriles An. 1589. Nono Kalend. Quintiles. 1590. & 4. Idus Decemb. An. 1594. aduersus priuatos creditores Ludouici Lotharingi Rhemorum Archipræsulis, Remigiano Cœnobio Præfecti. Horum quippe creditorum iure potior causa visa est pensitationis annuæ nouis Incolis pactæ, in diurnū sacri Officij vsum. Quibus, velut cumulo, accessit gratiosum Ordini, Principis elogium Codicillare, April. Mens. An. 1596. in Senatu promulgatum Tertio Nonas Quintiles consequentes. Ast Philip. Beccus, qui Rhemensi iam Pontificatu fungitur, eique nexa B. Remigij Cœnobiarchia, propalam oppugnauit Pactitium illud Minimorum Æs annuum, vtì Ecclesiæ suæ onerosum & graue, nec solenni Canonum ritu seruato, Ecclesiasticis fundis impositum. Quo argumento fretus, Iudicata Curiæ rescindi, ex libello Principi oblato, postulauit, & abusus ergò PATRES CONSCRIPTOS appellauit à Romano Clementis. 8. Diplomate. 3. Idus Septembres An 1597. quod noui Minimorum Fani Rhemensis fundationem dotémque constabilierat. Discussa tandem ab Oratoribus Fori controuersia, Senatus censuit pleniùs deliberandum: ex pomeridiana causæ Actione, Vilerij, pro Minimis Sodalibus: & Preuosti, pro Archiepiscopo, *Abba*, dicentium. Decimo quarto Kalend. Iunias An. 1598. Hostili equidem lasciuia vastatæ dirutæque Monachorum Cellæ, integris alijs proximè sunt adunandæ. Qualiter B. Gregorius, Agapiti Cœnobio Martianum copulauit, (Cap. 2. De relig. domib.) & Gatecense Neapolitano. Regesti Lib. 8. Cap. 39. Et Lib. xj. Cap. 4. Propter eandem rationem, Francorum Rex Karolus Simplex, in vnum redegit, cum Fossatensi Monasterio B. Mauri, Glannafolium Andegauense: Ita, vt duo hæc Sodalitia Monastica perpetuò eundem colerent Magistrum, quem Cœnobitæ suffragijs delegissent. Indice rei vetusta Chartula, (quæ Fossaten. Cœnobio, Parisiensis territorij, adseruatur) & Yuonis Carnutensis Epist. 183. ad Paschalem. 2. P. de vtroque Cœnobio, in Concilium Turonense.

11 ALIOQVIN hercle Monasticas Casas vel mutare, vel nouas condere, vetitum est, nisi petita à summo Pontif. venia. Vt sanxit Gregorius. 10. in Lugdunensi Concilio, Cap. vn. §. confirmatos De relig. domib. In. 6. Bonifacius. 8. in Cap. vn. De excess. Prælat. Eod. Lib. Clemens 5. in Vien-

Ordinis S. Augustini, reformati. Qui Abbatiæ Vicarium à se constitutum reuocarat.

Prior Claustralis.

Decretum Concilij Prouincialis Bituricen.

Sic maior 14. annis in Beneficialibus, est ac si esset maior 25. annis, nec facile restituitur. Boerij decis. 350

Turonica Synodus Prouincialis vltima.

Aquense Concilium, In Comitatu Prouinciæ

Minimorum Ordo, seu Bonorum hominum, S. Francisci de Paula.

Fratres Minimi *de Braquencourt*, in Cāpania, propè Chaumontem, Bassignium Oppidum, quorum sacra Domus exusta fuit ab Hæreticis hostibus, sub An. 1569.

Concordatum die. 16. Ianuar. 1572. cum Cardinali Lotharingo, Archiepiscopo, & Abbate.

Aresta Curiæ die. 20 Mart. 1589 die. 23. Iun 1590 & 10. Decemb. 1594.

Regiæ Literæ, Pacti confirmatrices, in Curia publicatæ die. 5. Iulij. 1596.

Prioré de S. Martin de Chousy, membre de l'Abbaye de Marmoustier, siz prés Blois.

Bulla die. xi. Septemb. 1597. approbatrix Concordatí Minimorum, cum Archiepiscopo, Abbate.

Appoincté au Conseil en la Cour die 19. Maij 1598.

Vnio Monasteriorum, ex causa Bellicæ desolationis vnius ipsorum.

Glannafolium, Abbatia S. Mauri ad Ligerim, in Andegauia.

Istic conqueritur Yuo, Abbam, in Turonica Synodo, specialiter ordinatum Andegauo Monasterio S. Mauri, quod sub iure Fossatensis Monasterij extitisset, ab huiusque Abbate regi consueuisset.

Chalcedonense Concilium.

nensi Delphinatium Synodo, Cap. cupientes. De. pœn. Iuxta Agathense Concilium, ex quo desumptus fuit Can. de Monachis Cauf. 18. Quæst. 2. Queîs ritè congruunt Acta Chalcedonensis sacri Conuentus, (in Can. 4.) & Tridentini vltimi, Sessione. 25. Cap. 3. de Reformat. Regular. Ex eo tamen Interdicto dempsêre Lugdunenses illi, & Tridentini Patres religiosas Mendicantium Familias. Cita. Cap. vn. De relig. domib. Et Tridentina hac Sessione postrema. Verbi gratia, Seraphicis Fratribus DE OBSERVANTIA, vulgò RECOLLECTIS, seu REFORMATIS, indulta est Monasticarum Ædium structura libera, Apostolico Clementis. 7. Rescripto. 16. Kal. Decemb. An. 1532. Pij. 5. septimo Idus Martias. 1569. & Gregorij. 13. Tertio Nonas Iunias An. 1579. Quibus suas etiam partes Christianissimus Rex postmodùm accommodauit. Epistola aperta Mens. Aprili 1599. Ac de eo quidem negotio interlocutus est primùm Senatus, inquirendum, núm quid detrimenti caperet Xenodochium, cuius in fundo excitandum Franciscanis hisce Templum ædificiúmque destinabatur, apud Bellofortenses Andium Oppidanos. Postridie Nonas Iunias d. An. 1599. Sed patefacta dehinc rerum fide, Curia decreuit, sacram illis Basilicam extrui horum sumptu Oppidanorum, indicto tantùm solario; quod Hospitali pio Diuersorio quotannis pro solo ipsius appenderetur. S. Consulto pridie Kalend. Septemb. Eod. An. Pontificij autem illius Diplomatis An. 1569. Formulam his attexere non piguerit, ita conceptam. *Pius &c. Accepimus sanè nuper, quòd in Ordine S. Francisci de Obseruantia, nonnullæ sunt Domus & loca, Recollecta nuncupata, in quibus, D. Ordinis Fratres arctiorem, quàm in cæteris, vitam degant, ac propterea eidem Ordini commodum & opportunum esse censentes vt in singulis D. Ordinis Prouincijs duæ Domus & loca Recollecta huiusmodi existant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò decernimus, & statuimus, quòd in qualibet Prouincia D. Ordinis, duæ ad minus Domus & loca Recollecta esse debeant, & præfata Monasteria Recollecta, nullatenus ab huiusmodi recollectione separari possint: & Fratres in illis degentes, etiam si velint (nisi de Ministri generalis ipsius Ordinis, vel Prouincialis, & Discretorum Conuentuum D. locorum Recollectorum consilio) ad alia loca non Recollecta transferri nequeant, nisi eisdem Superioribus, vt aliter fiat, visum fuerit expedire.* Nec ingratum erit pariter Lectori, Tabularum exemplar Clementis. 7. P. de *Recollectis*, ex Seraphica Franciscanorum Secta: Quò istorum simul & vetustas Historica, & Domuum constructio libera lucidiùs intelligatur. *Clemens &c. Leo 10. Prædecessor noster voluerat & declararat, sub nomine Reformatorum, ac purè simpliciterque Regulam S. Francisci obseruantium, comprehendi omnes Obseruantes, tam de Familia, quàm Reformatos sub Ministris, ac Fratris Amedei, de Colletanis, Clarenis, de S. Euangelio, seu de Capucio, ac Discalciatos nuncupatos, aut alios similes quocumque nomine nuncupentur: Omnésque vnitos Generali, & Prouincialibus Ministris & Custodibus d. Ordinis, in quorum Prouincijs & Custodijs respectiuè morabantur, in omnibus secundùm Regulam eandem subijci debere: Cùm nonnulli ipsius Ordinis professores, vt B. Francisci alumni & veri filij, affectent Regulam ipsam B. Francisci purè, & plenè iuxta illius literam, & Declarationes Nicolai. 3. & Clementis. 5. R. P. Nos &c. Ordinamus, quòd præd. Fratribus dictam strictiorem Obseruantiam desiderantibus, per præf. Generales, & Prouinciales Ministros, cæterósque d. Ordinis Prælatos, & quemlibet ipsorum, assignentur loca, quantùm fieri poterit, contigua, quatuor vel quinque, iuxta numerum Fratrum eorumdem. Et si in futurum plures Fratres voluerint, se vitæ præcedentium conformare, & ab eis acceptati fuerint, nullus eos impedire possit. Sed Minister Prouinciæ, cum Diffinitoribus, in Prouinciali Capitulo teneantur, alia loca, quantùm possibile fuerit, contigua prædictis, eis assignare, & prioribus addere: Quæ quidem loca Fratres prædicti expropriare possint superfluis, & pretiosis, & ea in vtilia & necessaria commutare, mediante Synodico, à Nicolao. 3 ordinato &c.* Enimuerò in Senatu disceptatum est nouissimè, *Recollecti* necne Sodales, inibi sedem domiciliúmque Sacrorum ritè defigerent, vbi propinquum Cœnobium, Apostolico Interdicto niteretur aduersus Monasticum eiusmodi Opus molientes intra binum

Tridentinum.

Pontificiæ Bullæ die 16. Nouemb. 1532 9. Mart. 1579.

Patentes Regiæ.

Il y a eu semblables patentes du Roy pour vn Conuent à Tulles en Limosin, & pour Murat en Auuergne, & 7. ou 8. en Aquitain, à Neuers, à Verdun, qui est en la protection du Roy.

Interlocutio Curiæ Parisien die. 6. Iun. 1599.

Arestum Curiæ die vlt. August 1599 Habitatoribus de Beaufort permitti ibidem ædificare Domû Religiosis S. Francisci Recollectis, in fundo priuatis locato ab Hospitali loci, cum onere annui in ipsum vectigalis, & ministrandi Pauperibus sacramenta gratuitò solennibus Festis.

Bulla Pij 5 P. de Fratrib. Minoribus Recollectis.

Voyez le plaidoyé imprimé de Monsieur l'Aduocat du Roy Seruin, touchãt les Recollectes, du 30. Iuin 1601.

Clementis. 7. P. Bulla, pro Recollectis Fratribus Ordinis S. Francisci, Die & An. quo supra.

Le Prioré de la Magdelaine de Villeselue, diocese de Noyon, membre dependant de Vezelay en Auxerrois.

Le Prioré de Ranfroissart ou Ranfrochart, diocese de Langres, est membre dependant de l'Abbaye de Monstierramey, en Châpagne.

Le Prioré de S. Pierre de Chaumont, membre de l'Abbaye de S. Denis en France.

Le Prioré de Marché-roux pres Beauuais, Ordre de S. Auguſtin.

Par Bulle de Gregoire 13. eſt ordonné, que au lieu des Miniſtres Prouinciaux, il y aura des Cuſtodes en l'Ordre des Recollects. Et par Bulle de Clement 8. du 26. Mars 1601. cela eſt declaré eſtre entendu pour l'Italie, parce que audit pays il y a grand nombre de Recollects, & de Conuents d'iceux proches les vns des autres, qui ſont en nombre ſuffiſant pour faire prouinces diſtinctes auec les Obſeruantins. Mais en France ſecus, *meſme en la Prouince de S. Bonauenture, le nombre des Recollects eſt ſi petit, qu'il n'y a que trois commencemens de Conuents Recollects. Ainſi ne doiuent ils faire Prouince diſtincte d'auec les autres. Et combien que ladite Bulle de Clement 8. eſtend ledit Priuilege donné par Gregoire 13. qui eſtoit pour les Recollects d'Italie aux Recollects de France, toutesfois par Arreſt du Conſeil d'Eſtat du 9. Septembre 1604. eſt ordonné que en attendant que le Pape en decide le different d'entre les anciens Cordeliers & les Recollects, ſur les Remonſtrances qui luy en ſeront faites par l'Ambaſſadeur de Rome, les Prouinciaux auront auctorité ſur les Conuents de leurs Prouinces, & nommement és Prouinces de S. Bonauenture & de S. Loys. Veritablement ladite Bulle du Pape Clement 8. du 26. Mars 1601. a eſté ſuyuie, receuë & approuuee par Lettres Patentes du Roy, du 26. Octob. 1601. Mais elles n'ont eſté verifiées aux Parlemens. Or par ledit Arreſt du priué Conſeil du 9. Septemb. 1604. il eſt inhibé au Commiſſaire des Recollects, de prendre aucune auctorité ne iuriſdiction ſur les anciens Cordeliers de ce Royaume, meſmement és Prouinces de S. Bonauenture, & de S. Loys, eſquelles le Roy entend que les Prouinciaux exercent leur charge iuſques à ce que ſa Sainctetė bien informee par l'Ambaſſadeur de France eſtant à Rome, y aye pourueu & declaré ſon intention.*

num à ſuo milliare. Vtputà Dominicanæ Virgines, in confinio Montiſ-Argi Vaſtinenſium Oppidi, hoc ſuffultæ ſunt Vrbani. 4. P. beneficio Codicillari. *Prohibemus inſuper, vt infra fines Parochiæ veſtræ, nullus ſine aſſenſu Diœceſani Epiſcopi, & veſtro, Capellam ſeu Oratorium de nouo conſtruere audeat, ſaluis priuilegijs Pontif. Roman.* Sexto Idus Februar. An. 1261. Conſimile propemodùm ius irrogauit eximium Xiſtus. 4. P. Eremitis Auguſtinianæ Societatis decimo kalend. Februarias An. 1475. Eòdem conferre liceat Vilhelmitani Ordinis Priuilegium, ex Literis Innocentij. 4. apud Lugdunum Galliarum, tertio Nonas Septembres An. 1248. tali clauſula, *Vt infra fines Parochiarum veſtrarum, nullus ſine aſſenſu Diœceſanorum Epiſcoporum & veſtro, Capellam ſeu Oratorium de nouo conſtruere audeat, ſaluis Priuilegijs &c.* Antiquiori etiam Iure Diplomatico Alexandri. 3. ſubnixa eſt Carthuſienſis Familia, iam inde à quarto Non. Septemb. An. 1176. *Ne alij Religioſi infra dimidiam Leucam à terminis ipſorum, poſſint ædificia, aut aliquid acquirere.* Cùm igitur Franciſcanæ Religionis alumni, titulo *Recollecti*, à Senonum Archipræſule veniam impetraſſent ſtruendæ Monaſticæ Caſæ, in ſuburbijs Montiſ-Argiui, vicinæ illæ Prædicatorij Ordinis Moniales, Senatum velut ex abuſu prouocarunt à Veniali eo decreto Archiepiſcopali. Sed in prouocatoria lite, Seraphici Fratres, hac interpretatione, Pontificij illius Interdicti obicem diluebant, vt in priuatos quidem, ſingulóſque populares, qui ſuopte arbitrio Sacellum aliquod exædificarent, procederet, non verò in Eccleſiaſtica Collegia, ſeu Monaſtica, quæ Chriſtianæ Reipubl. ergô, id Operis aggrederentur. Tametſi enim alieno ex diſpendio noſtrum compendium quæri minimè deceat: Principali tamen Reſcripto, publicum illud ſacrúmque Opus excitare fas eſt idoneo loco, ipſius modò proprietarius loci, refuſo pretio, indemnis abeat. Ex ratione Antonini Imperat. l. ſi quis ſepulchrum. ff. De relig. & ſumpt. fun. Cum Domitij Vlpiani leg. venditor. §. ſi conſtat D. commun. præd. Verſ. niſi priùs ſolitum pro hoc ſolarium domino præſtetur. Id quod ciuiliter, verecundèque adeo, ſibi exequendum duxit Hebræus Rex Dauid, offerendámque pretij ſortem Areunæ Iebuſæo ſuæ Areæ: cui, ſacram DEO Aram, ſuperſtructum volebat. Regum Lib. 2. Cap. vlt. Quamobrem ex illa facti ſpecie, interfati ſunt PATRES Pariſienſes, litis præiudicio quodam exorandum à Franciſcanis Principem, vt ſacram Domum extrui Codicillis iuberet, penſata vicinis damni æſtimatione, quantiuè ſua ipſorum intereſſet, noui eius Operis ſtructuræ nomine. Decreto Senatorio. 7. kalend. Mart. An. 1600. quùm Robertus, Monacharum: & Montholonius, ciuium Montiſ-Argi, pro Minoritis, cauſam peroraſſent. At verò ſi in vacua non veniant Cœnobitæ, ſed reapſe occupatum ab alio locum depoſcant, vix Codicillari etiam ſuffragio, poſſeſſorem ſede gradúque deijciant. Exempli vice, Monetarij

Montargis en Gaſtinois.

Vibani. 4. Bulla, die 8. Februar. An. 1261.

Apoſtolica Charta die. 23. Ianuar. 1475. Quòd non poſſint conſtrui Monaſteria eiuſdem. Ordin. Auguſtinianorum, vſque ad. 15 milliaria, ſub nomine Obſeruantiæ.

Die. 3. Septemb. 1248.

Religioſi *des Blancs Manteaux.*

Die. 2. Septem. 1176.

Forenſis Actio in Senatu de Appellatione tanquam ab abuſu interiecta a Sororibus Iacobinis *lez Montargis.*

Placitum Curiæ interlocutorium, cum Retento in mente Curiæ, Die. 24. Februar. An. 1600.

Lutetiæ opifices, ab longinqua vestutate curationem gerunt Valetudinarij suburbani. Fulienses autem Monachi, omnium egeni, ex Diplomate sibi vindicarunt sacram profanámque Nosocomij præfecturam, in desides illos, Hospitalísque Officij pij contemptores. Nihilo seciùs, audita causa, religio fuit Senatui, nouare quicquam, & veteres ordinarióśque publici Hospitij Rectores, captantibus nouis, loco ordinéque mouere: Hinc Fuliensibus, Cisterciensis Sectæ cœnobitis exclusis, pronuntiatum est, illos profanæ sortis homines, curatorio Prochodochij munere, quo priùs, fungi debere. Secundùm Clementis. 5. præscripta, in Concilio Viennensi, Cap. 2. §. vt autem Et. §. vlt. De relig. domib. Vers. antiqua con-

Hospitale situm au village du Roulle lez Paris.

Fueilhans, Ordinis Citercien.

Alexander in Consil. 1. Volum. 7. ait pariter Rectorem Hospitalis Pisanæ ciuitatis, ea, cum Hospitali derelicta aliquo tempore, non ideo priuandum esse illo regimine, sed ter prius monendum vt redeat, Cap. qualiter C. fin. de cler. non resid. C. peruenit 2. de appell. Quia autem singulis annis tenebatur reddere rationem d. administrationis Prioribus Ciuitatis Pisarum, reuersus poterit dicere se paratum reddere rationem, vt priuationem administrationis euitet.

suetudo seruetur &c. S. Consulto Lutetiano. 3. Idus Sextiles An. 1597. Post forensem Matarelli, Fuliensium patroni, Orationem: & Bouchelli, Monetariorum. Circumspectè rursus Curia Ornatiss. prospectum voluit antiquo Stampensi Xenodochio D. Iacobi, quod Sodalibus Capuccenis transscriptum fuerat à Principe, Iunio Mens. An. 1580. vt in illo sacri Domicilij sedem noui coloni isti collocarent. Antequam enim Regij muneris tabulæ effectui mandarentur, placuit Senatui, Ædilium, Magistratuúmque Stampensium de eo sententiam rogari, simul & Hospitalis diuersorij fundationem, rerúmque ipsius Instrumenta proferri penes Curiam: Ne quid alieno iuri noxium ac dispendiosum, ex Rescripto, temerè insulséque tentaretur. Bina Interlocutione Nonis Decemb. An. 1580. & 15. Kalend. Septembr. 1581.

Curiæ decretum die xj Augusti. 1597.

Arresta Curiæ interlocutoria Die 5. Dec. 1580 & 18. Aug. 1581. de Hospitali S. Iacobi *A l'espee*, in suburbio Stamparum. Quibus Arestis postea definitiuum accessit pro Fratribus Capuccenis.

12 NVNC qui Cœnobiticæ Militiæ nomina dederint votiuo sacramento, imbuendi sunt politiori Doctrina: vt prouectiores, in commune bonum Diuina promant oracula, tum verbis, tum Scriptis. Nam singula in Monasteria adsciscì Ludimagistrum oportet iustis stipendijs, qui Monasticam pubem cultiores literas edoceat. Artic. 20. Aurelianensis Francorum Edicti An. 1560. Cui, Blesense posterius, subiunxit in Cœnobiarcham onus missionis Cœnobitarum in publica Musæa, & præbendæ tùm his pensionis alimentariæ, pro viribus sacrarum facultatum. An. 1579. §. 26. Speciatim vtique, Monastico Trisagiæ Diuinitatis Ordini præstitutum est, Nouellos cœnobitas, post annum, Religionem professos, ad literarias Scholas ablegari, ex Ecclesiastico ærario alendos, reditibusuè Seminarij instituendi: Nisi ea de re sumptuaria, aliud cum Nouitiorum parentibus actum fuisset à monastico Antistite. Vt Formula Reformationis cœnobiticæ cautum fuit. probata in celebriore Ordinis Conuentu. 13. Kalend. Maias An. 1573. Quàm verò latè pateat

Ita Turonensi Synodo cautū An. 1583. Eligatur per Abbam, Priorem, & Conuentum, cui demandetur cura erudiendorum Monachorum, stipēdia verò ab Abbate accipiat.

Ordo S. Trinitatis seu Mathurinorū, ac Reformatio, iuxta Regulam Statutáque d. Ordinis, in Capitulo generali præsentata a Fr. Iac. Burgesio, & approbata, Die 19. April. 1573.

Chartre du Roy Philippes le Hardy en Mars 1275. par laquelle il declare que suyuant l'Ordonnance de son oncle paternel Alphonse Comte de Poictou & de Tholose, ses executeurs testamentaires auoient pour l'institution perpetuelle d'vne Chapelle ordonné aux Freres de S. Mathurin à Paris 12. liures parisis de rente pour vne messe à perpetuité, qu'ils diroient chacun iour pour l'ame dudit Comte. Cette rente est assignee sur la recepte du Domaine royal de Montlehery. Ce que ledit sieur Roy confirme par ladite Chartre, laquelle est au Thresor des Mathurins.

Familiaris huiusce Legis vtilitas, planum facit insignis Catalogus sacrarum Ædium, quæ huic Sectæ primitùs dicatæ, ita seriatim accensentur Innocentiano Rescripto. 11. Kalend. Quintiles Anno 1209. ac deinde MATHVRINORVM Codici manu exarato. *Prima Domus Ordinis S. Trinitatis, est Romæ constructa, dicta S. Thomæ de Formis. In Prouincia Franciæ, Domus. 12. Prior de Ceruofrigido, Minister Parisiensis, Minister Meldensis, Fontisbleandi, de Claramonte, de Verberia, de Stampis, de Cala, de Mitriaco, de Fayaco, de Pontebermerio, de Siluecta. In Prouincia Campaniæ, Domus. 11. Minister*

Innocentij 3. Bulla, die 21. Iunij An 1209.

Prioratus, seu Ministeria 155. Ordinis S. Trinitatis, & de Redemptione captiuorum.

de Trecis, de Marthia, de Catalano, de Gloria Dei, de Bara supra Sequanam, de Vitriaco, de Metis, de Vidua, de Soudeio, de Grandiprato, de Fera Campanica. In Prouincia Picardiæ, Domus. 14. Minister Atrebatensis, de Hondiscota, de Vienna, de Siluanepe, de Duaco, de Andrigniez, de Templosio, de Lenso, de Aureaualle, de Lerinis, de Conuordia, de Huo, de Bastonia, de Reuerinado. In Prouincia Normaniæ, Domus. 14. Minister de Rieux, de Castrobriensi, de Lexouio, de Perrina, de Beluario supra Mare, de Mauritania, de Roboreto, de Sarseau, de Turono, de Taliburgo, de Dinando, de Pulteria, de Bellean, Conuentus S. Michaëlis apud Pontisaram. In Prouincia Linguæ Occitanæ, Domus. 14. Minister Tholosanus, Narbonensis, Montpessulanus, Castrensis, & alij à Celticæ nostræ finibus remotiores, quos recensere isthic omnes, putidum sit. In Comitatu Prouinciæ, Domus. 10. putà Auenionensis, Tarasconen-

25. Generales Ministri huius Ordinis S. Trinitatis: Quorum penultimus, Bernardus Dominicus, Minister Merensis obiit An. 1597. Eiusque in vicem sublectus est Generalis, Francis. Paruus. De Maioribus illis Ministris Ordinis, voluendum Chronicum Robert. Gaguini.

Milleno, ducenteno, quarto quoque dempto, In Ceruo gelido, Triadis fit primitus Ordo.

La Ministrerie de Fontainebleau fut fondee de 7. Religieux, 2. Clercs & 5. Prestres par le Roy S. Loys l'an 1259. Auec vne belle ampliation de dot d'heritages par luy faicte par autre Chartre en Decemb. 1260.

La Ministrerie de Chelles, aliàs, *de la Villeneufue aux asnes, diocese de Meaux.*

La Ministrerie de S. Sauueur és fauxbourgs de Tours, seu de Pontekari prope Turonum, ordinis S. Trinitatis.

La Ministrerie de la Trinité és fauxbourgs S. Sulpice de Chaalons en Champagne.

La Minstrerie de S. Catherine de Beauuoir sur mer, Diocese de Luçon en Poictou (Dont l'Eglise & maisons à present sont demolies) auec son annexe de S. Thomas de la Garnache. Dont Arrest du grand Conseil du 13. Aoust 1603. pour frere Charles Thomas Religieux dudit Ordre, contre plusieurs occupateurs des terres, par forclusion.

sis, Arelatensis, Massiliensis, &c. In Prouincia Angliæ Domus. 6. In Hibernia, vnicus est Minister de Atbacia; Lymeriensis diœceseos. In Prouincia Scotiæ, Domus. 6. In Prouincia Aragoniæ, Domus. 30. In Prouincia Castellæ veteris, Domus. 15. In Castella noua, Domus. 21. Itaque, vt Scholastica Cœnobitarum munia refricemus; isti quidem Academias lustrare prohibentur, nisi irrogata à Monastico Præsule venia, ex consilio sacri Conuentus. Cap. 2. Ne cler. vel monachi Lib. 6. Et cap. Non magnoperè Eod. Tit. In Antiq. Aufrerius in Decis. Tholos. 270. Et Benedictin. Constitution. Cap. 6. De studijs. Ast Cœnobiarcha, pro suo munere, erudiendos curare debet Cœnobij alumnos, & necessaria Academicis eorum studijs vigiliisque suppeditare, aut eam in rem mutuò accepta, versáque, illico refundere. Vt Alexander. 3. & Gregorius. 9. P. P. vicissim adnotarunt. Cap. ex parte Cap. olim De accusat. Et à Panormitano decisum est nominatim, Iuris Responso. 88. secundum Archydiaconi sententiam, ad Canon; Pastoralis Caus. 2. Quæst. 7. Et Specular. in Tit. De solution. §. vlt. Vers. monachum. Huc quoque spectant Benedicti Commentaria, ad Cap. Raynutius Vers. & vxorem nomine Adelasiam. Num. 262. Si tamen Cœnobitici patrimonij facul[illegible]tes non sint Academico oneri illi ferundo, Tunc æquius melius videtur, Cœnobitæ propinquos, qui bonis cessit, quibus iam ipsi fruuntur, ex ijs saltem, annuum quid, alimentorum nomine illi suggerere in Gymnasio nauanti operam literis. Atque ita Parisien. Curiæ Aresto definitum fuit. 13. Kal. Maias An. 1580.

Anglica huius Ordinis Ministeria, S. Roberti, *de Moryndes, de Tellesourd, de Oxonia, de Ycogne* exemptum, *de Hodestovve.*

De consuetudine tamen, solus Abbas missionem in Scholas præstat & facultatē, eóque recusante, Episcopus. Rebuff. in §. volumus Vers. Religiosus De collat. In Concord. Argumen. Cap. Nullus De iure. patron.

D. Anselmi Liber De excellentia beatissimæ Virginis Mariæ, Duaci.

Luterani Senatus Placitum Die 19. April. 1580.

13 TALIBVS interea Musarum studiosis Monachis obseruandum sedulò, ne profanis Camœnis deliniti ac inescati, seriùs Christianæ ciuitatis Disciplinam complectantur. Nam & Gregorius Nazianzen. qui humanæ Sophiæ se addixerat, cœlestem hanc maturè amplexari cœpit. Idem Basilium, Rethorices adhuc professioni vacantem, Auditorium eius ingressus, manu prehensum Schola abduxit, inquiens, Omitte ista, & Saluti da operam. Vnde ambo deinceps, quùm ad sacra Volumina perlustranda se contulissent, multa antè terra caligine mersa perspexêre, & liquidiori illius Doctrinæ haustu conceptam visceribus Diuinæ Philosophiæ sitim sedarūt. Id quod propalam arguunt, quæ illi in Ecclesiæ nostræ Libris præclara ingenij Monumenta reliquêre. Eucherius pariter Lugdunen. Pontifex, ad Valerianum cognatum suum Epistola parænetica, Cur non, ait, repudiatis illis Philosophorum præceptis, quorum lectioni incumbis, ad imbibenda Christiani dogmatis studia adijcis animum? Nec aliò ferè tendit Cyrensis Episcopi Theodoriti Opus, de curatione Græcarum affectionum: ne

Palladius in Lausiaca Sāctorum Patrum Historia scribit in vita Abbatis Dioclis, qui is annum agens vicesimum octauum, renunciauit quidem disciplinis liberalibus, se Christo verò coniunxit.

auidiori profanorum Scriprorum cultu, veterúmque Græcorum, Hellenismo iam immoremur, seu verius immoriamur. Eius sanè Operis Interpres Zenobius Acciaolus, Florentinus, testatur, Marcilium Ficinum, qui ætatis suæ hominibus Platonem ac Plotinum Latinos fecisset, sæpius illi dicere solitum, Florentini Antistitis prouidentia factum Antonini, quò minùs è Platonica lectione, quam inde à pueris summoperè adamarat, in perniciosam hæresin prolapsus fuerit. Bonus enim Pastor cùm adolescentem clericum suum nimio plus captum Platonis eloquentia cerneret, non antè passus est in illius Philosophi lectione crebrò versari, quàm eum, D. Thomæ Aquinatis Libris quatuor aduersus Gentes conscriptis, ceu antipharmaco, præmuniret. Omnimodò certè Petrus Blesensis, profanarum Literarum dissuasoria Epist. 140. *Æmulare*, inquit, *consilio Apostoli, charismata meliora: & in corde tuo deuoret draco Moysi draconem Pharaonis, i. veritatis scientia scientiam vanitatis.* Vtcunque sit, Monachos saltem decet, vel Ethnica negligere priscorum Philosophorum scita, vel ex ijs modò obiter, ceu de stercore Ennij, aurum colligere: posito semper ob oculos B. Claræ elegio, *O quàm sordet Terra, cùm Cœlum aspicio!* Petrus item ille Blesensis, summum Cœnobitæ munus nobis spectandum proponit, quùm ad Priorem Cisterciensem Epist. 4. *Ascendisti*, ait, *in montem sacrificij: Ego autem adhuc in valle cœnosa moror, & expecto cum Asino. Tu pennas contemplationis assumens, hæc Mundana transcendis: Me glutinum Terrenæ habitationis inuiscauit, vt volare non possim &c.* Inde nos prudenter exhortatur B. Hieronymus, ea vt discamus in Terris, quorum Scientia nobis perseueret in Cœlis. Qua etiam ratione, Petrus Cluniacen. Abba, Petrum quendam Scholasticum, relinquendi seculi, *secularíúmque* Literarum monitoria Epistola compellat in hunc modum. Quid inani studio cum Comœdis recitas, cum Tragœdis deploras, cum Metricis ludis, cùm Poëtis fallis, cum Philosophis falleris? Quid iam non Philosophiæ, sed stultitiæ tantam operam impendis? Nam & hoc verè Philosophi dictum est, Nonne stultam fecit Deus sapientiam Mundi? Cur te ergo, Fili mi, ad propositum tibi à cœlesti Magistro, totius Philosophiæ vnicum fructum, Regni cœlorum beatitudinem: quam adipisci non poteris, nisi per veram Spiritus paupertatem. Lib. 3. Epist. 9.

Acciaolus, Dominicani Ordinis cœnobita.

B. Antoninus, Prædicatorii Ordinis, monachus, tùm Florentiæ Archiepiscopus.

Petrus Venerabilis.

14 QVARE sacra Doctrina instructissimi Cœnobitæ, Angelicis suis Scriptis Orthodoxam Fidem mirè illustrarunt. Theologorum enim manibus teruntur Homiliæ. 50. S. Patris Macarij, Ægyptij: & Euthymij monachi Zigaboni, in omnes Psalmos Commentarij Græci. Sacræ necnon Bibliothecæ intexitur Liber D. Petri, *Abbæ* Monasterij Cellensis, de Panibus, & Mosaïcum tabernaculum: Thalasij monachi Opus De syncera charitate, vera continentia ac regimine mentis: Tum D. Fausti, Lyrinensis cœnobitæ, ad Monachos Sermo. Lyrinensis enim Mandra monastica lectissimos tulit Sacerdotes eiusmodi, quos designauimus suprà, eiusque priscam Monasterij sanctitatem notauit Gregorius Turonen. In Lib. de Glor. Confess. Art. 97. Edidit præterea D Berengosius, Treuirensis Cœnobij Magister, Volumen De laude & inuentione S. Crucis, De Mysterio Ligni dominici. His subnectuntur alij Scriptores, Theofridus *Abbas*, De Sanctorum reliquijs, De veneratione Sanctorum: Albinus Flaccus Alcuinus, Turonensis cœnobiarcha, Lib. Theologico: B. Dacrianus *Abbas*, De Speculo monachorum, & Spiritualis vitæ documentis: Ioh. Zonaras monachus, de S. Domina nostra Deipara: B. Dorotheus, Archimandrita, de Vita rectè & piè instituenda: Paschalis Ratbertus, Corbeiensis *Abba*, De corpore & sanguine Domini in Eucharistia: Arnoldus Carnutensis, *Abba* Bonæuallis, De laudibus sanctæ ac perpetuæ Virginis Matris Christi Mariæ. De vltimis. 7. Verbis Domini in Cruce: D. Lanfrancus, Cœnobio Præfectus Cadomensi, De Eucharistiæ sacramento. Algerus pariter, ex Leodiensi canonico, monachus Cluniacensis, accuratè discussit erroris nebulā Berēgarij: de Christiana Hostia sacráq; Synaxi Lib.

Lerini Insulæ Comitatus Prouinciæ, Monachi docti sanctique, supra Tit. 1. Art. 5.

Monasterii, ad muros Treuirorum, Abbas Berengosius.

De Eucharistia, cœlesti epulo, exiliique nostri vnico solatio.

edito, An. 1048 Scripsit & Corbiensis cœnobita, Hugo Folietus, de Claustro animæ & corporis: Nangisio teste. Burchardus, ad hæc, Lobiensis sacerdos cucullatus, in vnum Volumen congessit Ecclesiæ Canones vetustiores. Ex Sigeberti Chronico An. 1008. Theodulphus insuper, *Abba* Floriacensis, Prosas & Versus contexuit, qui in Templis decantari consueuêre. An. 843. Vt est apud eundem Sigebertum: abs quo fertur itidem Hugo, Fani Victoris Canonicus, Augustinianus, Libros duos, de Sacramentis, in lucem emisisse. Acutissimi porro Scholasticæ Theosophiæ professores floruêre Conradus Halberstatensis, Petrus de Palude, Dominicani: & Ioh. Scotus, Franciscanus, Libris publicatis sub annum. 1308. Habentur quoque Ecclesiastici Paraphrastæ, Balduinus *Abba* Fordiensis, & Ecbertus Florini cœnobiarcha, in Chronico Sigeberti An. 1171. Subiungitur ijs Iacobus, Ordinis Eremitarum Theologus eximius, Toletanus, qui vniuersam fere Paginam sacram explanauit. Sophologium item condidit, diuinæ Sapientiæ exquirendæ peraccommodum, An. 1400. Petrus necnon Perpenianus, Catalanus, Carmelita, Theologicas Quæstiones concinnauit, Librum Summarum, & in Psalterium Opus grande, cum varijs Concionibus sacris. Nec minori lucubrationum fructu, in vulgus protulit Laurentius Iustinianus, Cælestini Ordinis, Lignum vitæ, de Disciplina monastica Volumen, de connubio Verbi & Animæ, de Agone *Christi*, de complanctu Ecclesiæ, de sacramento Altaris, de contemptu Mundi, de Vita solitaria, de Sermone Domini in Cœna, de Gradibus perfectionis. An. 1410. Gratianus verò, Bononiensis monachus, collegit Patrum Decreta sanctiora. Alios multos citauimus eruditorum huiusmodi Operum Auctores cucullatos, Lib. 2. Ecclesiast. Polit. foren. Regum præterea, & Regionum Annales fermè debemus Monasticis laboribus ac vigilijs. Abbo namque, Ædis Germani Pratensis cœnobita, Aimoyni discipulus, Libros duos exarauit de Normanica Regiæ vrbis, Lutetiæ, obsidione, An. 885. Tum Helgaudus Floriacensis monachus, Roberti Regis Historiam texuit. Marianus autem, Scotus, Fuldensis Cœnobij alumnus, inter alia, condidit totius Orbis Annales. Sigeberti relatu, in Chron. An. 1082. Ac sub idem tempus, Anglicam Historiam scripsit Vilhelmus monachus, & Bibliothecarius Malmesberiensis. Lambertus rursùm Schafnaburgensis, Herueldensis monasterij sacerdos, vulgauit Historicum Codicem, ab origine Mundi, ad Annum vsque Christi. 1077. quo, egregius Auctor inclaruit. Qua etiam tempestate Hariulfus cœnobita, publicæ Memoriæ mandauit initia progressúsque Centulensis sui Ambianorum Monasterij. Libr. 4. autographis. An. 1088. Temporum verò interiectu, Helinandus, monachus Frigidimontis, Chronologiam suo nomine publicauit, ad vsque Annum. 1210. Quantùm ex Vilhelmo Nangisio assequimur. Nobis demùm est in manu, Odorãni Chronicon, alumni suburbanæ Senonum Casæ Monasticæ, D. Petri viui: Quo ille Chronico, Ecclesiasticas Senonum res pertractauit, clausitque Anno. 1122.

Burchardus, Lobiẽsis cœnobita, Vormatiensis deinde Episcopus.

Monachi Cassinensis Iacobi à Grafijs, extant Decisiones aureæ Casuum conscientiæ.

Plerosque alios Ecclesiast. Auctores, ex Mendicantium Familiis, vide supra Tit. 1. Art. 15. & 16. Cum Hugonis Cardinalis, ex Prædicatorio Ordine, Commentariis in sacras Literas vniuersim.

Laur. Iustinian. Venetus Patriarcha.

Sic edita est Frat. Petri Crespetii, Cælestini, Summa catholicæ Fidei, An. 1598.

Tit. 8. Art. 15. & seqq.

Robertus Galliæ rex, Hugonis Capeti filius.

Abbatia S. Richarij, quam Vico paterno, Centula, dicto, villa Pontiuæ Prouinciæ, Cœnobium condidit. Ex Lib. 1. Cap. 5. Hariulfi. Sed Nithardus, Hist. Lib. 4. ait patrem suũ Angilbertũ Berthę matrum filiæ Caroli Mag. Centulo opus mirificum in honorem Dei, & S. Richarij construxisse.

Frigidi Montis Abbatia, Cistercien. Ordinis, in Beluacensi Territorio: Quæ à Valeranno Abba Vrsicampi fundata est, sub electo patre Manasse An. 1140. Ex Sigeberto.

NIMIRVM hi sunt Monasticorum studiorum fructus vberrimi, augustioris præsertim Disciplinæ cœlestis. Ex qua, celebres pariter * Ecclesiastæ, sacris ad Populum concionibus sic effulserunt, vt tanquam Πειθὼ illa flexanima quæ Suadela dicitur, eorum in ore resideret, CHRISTI præcones vnum ad se quemque allicerent, pertraherent. Inde præterea complures, multis rebus sanctissimè gestis, Diuorum in Album referuntur. Nam, Seraphico in Ordine, post B. Franciscum, Euangelicæ perfectionis exemplar, Cœlitibus accensentur Antonius Patauinus, Bonauentura, Ludouicus Tholosatium Præsul, Bernardinus ex Senis Hetruriæ, Iacobus ab Alcala Hispaniarum, cuius * Apotheosin celebrauit Xistus. 5. P. postridie Kal. Quintiles An. 1588. Inter mulieres verò, Monastici eiusdem Instituti, sancta habetur Clara virgo, B. Francisci primiceria: & Elizabetha vidua, *Tertiaria*. Alios Martyrij palma insignes, ac Beatos enumerat Seraphica Historia Francisci Gonzagæ, Antistitis summi Fran-

* concionatores.

Antonius, de Padua, Lusitanus, Vlyxipponensis.

S. Bernardinus, Senensis.

* relationem in Diuorum numerum.

Dom Diego *d'Alcala de Henares*, diœcesis Toletanæ, canonizatus die. 2. Iul. 1588.

ciscanæ Religionis: quam illustris hic Auctor Xysto. 5. ex ea Secta Pontifici Max. nuncupauit. Porrò Dominicanam in Familiam recepti plusculi,

Hyacinthus, à Clemente. 8. P. canonizatus.

numerum Diuorum auxêre, quùm varijs miraculorum prodigijs coruscarent. Quippe, post Dominicum, Ordinis conditorem, præclara viget Thomæ Aquinatis memoria, Petri Martyris, Vincentij Valentini, Antonini Florentiæ Thuscorum Archiepiscopi, Hyacinthi Poloni, Catharinæ

De S. Angelo Hierosolymit. Patriarcha, Carthusianus Scriptor Fasciculi temporum: Idem, de S. Petro Thoma, Carmelita, & Constantinopol. Patriarcha, An. 1344.

Senensis. Quod attinet ad Eremitas Augustinianæ Societatis, adscripti sunt Cœlitum catalogo Nicolaus Tolentinas, Augustinus Siculus, Augustin. Anconitanus, Vilhelmus Aquitaniæ Princeps. Nec Carmelitani voti professoribus desunt viri eximio sanctitatis titulo nobilitati, secundùm Heliam Thesbiten Ordinis signiferum, Albertus, Siculæ oræ: Angelus, Panormi Siciliæ, ciues: Petrus Thomas, Byzantiorum Hierarcha: Thomas Valdensis, in Cypro Insula, qui Roman. Pontificatum gerente Martino. 5. cumprimis eluxit. Isthæc quidem de sacris Mendicantium Sectis: In alijs pariter Cœnobiticis, piorum Series ingens habetur, quorum vitæ sanctimonia posteris faces prætulit ad bene beatèque viuendum. Nam in Cluniacensi Benedictinorum Familia commendatur magnoperè S. Odo cœnobiarcha, cuius vitam Iohannes Monachus conscripsit, ipsius disci-

S. Maiolus obijt 993.

pulus: eiusdem verò opera admiranda, Petrus Venerabilis. Lib. 6. Epist. 17. ac Sigebertus in Chronico Anni. 938. Maioli item *Abba* Cluniacen.

S. Hugo, mortuus An. 1109.

posthuma colitur pietas, viri nempe sanctissimi, & pro viuis apud Superos in preces non cessantis. De quo, B. Bernardus, in Apologia, ad Gulielmum *Abbam*, & Petrus Cluniacensis, Lib. 2. Miracul. Cap. 31. Qui Hugonis pe-

S. Ioh. Bassandus, Bisuntinus, fit Cælestinus An. 1395., tum Prior Ambianorum, inde Prouincialis, mittitur in Angliam An. 1408. Supplicante rege Angliæ vt illic fieret Monasterium Cælestinorum. Dein missus ad reformandos Aquilanos Italiæ, ibi moritur.

ræquè meminit, Cluniacensis Æteriarchæ, inter cœlestes Beatorum choros relati, eod. Lib. 2. Accedit his S. Odilo, Cluniacen. Cœnobij Rector, qui ad æterna Domicilia commigrauit An. 1048. Henrico. 2. Germanis imperante. Cælestinorum item in Sodalitiis effloruit, præter auctorem ipsorum Petrum Murrhonensem, B. Iohannes Bassandus: qui è Canonico *regulari* Ædis Pauli apud Vesontionem Sequanorum, professus Ordinem hunc, decessit An. 1444. miraculis operum, Diuique nomine insignitus. Rursum Cisterciensi in Familia enituit primicerius institutórque eiusdem

S. Robertus, 1. Abbas Cistercii, è Cœnobio Molisinensi, vixit An. 1098. Vnde Carmen, Anno milleno cēteno bis minùs vno, Sub patre Roberto cœpit Cistercius Ordo.

Robertus, rerum ab eo gestarum scriptore *Abba* Odone Molismensi. Ex Sigeberto. B. Stephanus insuper prædicatur, Cistercij Archimandrita, qui Eremum Cisterciensem primus incoluit, & D. Bernardum, cum sociis, ad se venientem excepit. Sigeberti testimonio, in Chron. An. 1107. Ne inclytos alios pietate *Abbates* omittam Cistercienses, Albericum, Raynaldum, Gozuuinum, Alexandrum, Conradum, & in Sconaugia Hildegundem monialem, quæ virili Nouitiorum habitu Animam DOMINO impollutam reddidit. Imo & antiquiores promere licet Monachos, Præfectósque

De B. Pachomio, & Palæmone, extat Lausiaca Palladii Historia, & Lipomani Ecclesiastica, Tomo. 6.

Monasteriorum Diuis adnumeratos. Percelebris namque extitit B. Palæmon *Abba* in Thebaïde, S. Pachomij magister: Bercharius, Altiuilarensis *Abba* & Martyr, cuius de Natali die, ac fœlici agone Martyrij, Vincentius Beluacensis, Lib. 24. & Tritthemius Lib. 3. Viror. illustr. Ordinis D. Benedicti. Sanctus dehinc Ioh. Climacus, *Abbas* in monte Sina: Hilarion *Abba*,

Sanctorũ veteris Testamenti Catalogum pertexuit Georgius Vvicelius, Theologus, ab Adamo, ad Machabeos vsque, & Prophetas: Impressum Coloniæ An. 1549.

Cyprius: & S. Paulus Eremicola in Thebaïde, quorum vitam Hieronymus in literas redegit. Ad hæc, S. Nilus, Ascetes memoratur, apud Byzantium, ex Prætore Vrbis factus Monachus, pietate ac doctrina præcelluisse: cùm Theodosius iunior Romanum Imperium moderaretur. De eo *Abba* Nihilo, Callistus Nicephorus, sacrorum Annalium Lib. 14. Cap. 30. 53. & 54. Præterea S. Spes *Abba* Nursiæ, à Gregorio. 1. P. recensetur, Dialog. Lib. 4. Cap. 10. S. Nicetas *Abba* Meditij cœnobij, qui Leone Armeno Cæsare, multa perpessus est ob cultum sacrarum Imaginum. D. Ægidius *Abba*, in Massiliensi Prouincia: de quo, Bedæ & Adonis Martyrologia accuratam fidem faciunt. Ita Cœlitum in ordinem transcribitur B. Fronto, apud Alexandriam, *Abba*: cuius piam vitam Beda, & Ado Viennensis graphicè depinxerunt. Subdo ijs S. Geremarum, *Abbam*, in finibus Bellouacorum, qui Ascetica in palæstra floruisse dicitur Trittemio, circa Annum. 670.

Nec multò antea. B. Vvandregiſilus, Blandinij Monaſterij Pater, fato functus eſt, An. 665. relatúſque in ſanctorum DEI ciuium immortale Collegium. Eandem in ſeriem allegitur B. Gallus, apud Heluetios *Abba*, D. Columbani diſcipulus, qui exceſſit è viuis An. 640. Adone teſte, & Vſuardo. S. Eugendus, Lugdunenſis Iurenſium Cœnobij Antiſtes: cuius vita, editis miraculis, virtutibúſque conſpicua refulſit. Chilperico Francorum Rege, Clotharij filio. D. Gerardus, *Abbas*, in Namurcenſi Belgarum regione, qui extremum clauſit diem An. 958. S. Vvinocus, Archimandrita, apud Bergas Flandriæ oppidum, humanis exemptus An. 716. De quo, Viennenſis Ado, vbi ſuprà. D. Siuiardus, *Abba*, apud Cenomanos: Theodorico Galliarum Rege. B. Seuerinus, Agaunenſis cœnobiarcha (Clodoueo Rege) cuius res geſtas monumentis prodidit Fauſtus eius diſcipulus. S. Patritius *Abba*, Niuernen. quo de, Vſuardus, & Baronius in Martyrologio. B. Nilus *Abba*, Cryptæ ferratæ Cœnobij fundator: D. Maurinus *Abba*, & Martyr, Agrippinæ Vbiorum Coloniæ, An. 670. apud Tritthemium Spanheimenſem. In Aruernia quoque, B. Portianus *Abba*, miraculorum Inſignibus claruit, Rege Theodorico. In Ambianis, S. Vvalericus *Abba*, cuius ſepulchrum crebris illuſtratur miraculis. Tulit pariter Lutetiana B. Germani Mandra cœnobitica ſanctos Æteriarchas, Droctoueum, quem Fortunatus Epigrammate concelebrat, & Babolenum, de quo Aimoynus. Rerum Francic. Lib. 4. Cap. 46. Vti de priore, idem iſte, Lib. 2. Cap. 36. Pluribus hac in parte ſuperſedeo, veritus, ab inſtituto longiùs digredi: ne fortè illud mihi obijciatur, *Amphora cœpit*

Inſtitui, currente rota, cur vrceus exit?

16 TANTORVM igitur virorum exemplo, ceu aculeo quodam extimulantur cucullati ſacerdotes ad officium, tuendámque pro virili Monaſticam normam, & Canonum dogmata ſibi præſcripta. Iis putà lege interdictum eſt Agathenſis Concilij, ne iniuſſu Monaſtici Præſulis Cœnobio exeant. Can. 27. qui tranſcriptus fuit in Gratiani Decreta, Can. Monachi vagantes Cauſ. 16. Quæſt. 1. Sic Meldenſis Synodi Proceres (Cap. 57.) diſtrictè cauerunt, cœnobitis, Monaſticæ Cellæ continuò inſidendum: More D. Benedicti patriarchæ Ordinis, quem morem Gregorius. 1. P., Lib. 2. Dialog. percenſuit. Cap. 3. Extat ſimiliter in Cæſareis Legib. Eccleſiaſt. Karoli Mag. & Ludouici Pij Caput *De Monachis, qui Monaſteria ſua deſerunt, ab Epiſcopo reuocandis* Art. 196. Lib. 7. Sigillatim vtique, religioſi Mendicantes vagari vetantur extra ſuorum Conuentuum ſepta: Dempto, ſi publica Verbi Diuini prædicatione fungantur, mandante ſuo Antiſtite, cum Epiſcoporum aſſenſu: ſiue in colligenda ſacra Stipe fuerint occupati. Ex Synodica Turonum ſententia An. 1583. Quò grauiùs plectendi Votifragi, ſeu fugitiui Monaſticæ deſertores militiæ? Ideo enim Henricus. 3. Galliæ Rex, ad Franciſcanorum ſupplicem libellum, reſcripſit Præſidibus prouinciarum, vt ex eo Sodalitio circumforaneos Fratres, regia manu prehenſos, in Clauſtra compellerent, redigerent. Epiſtola aperta pridie kalend. Decemb. An. 1574. cui Senatus calculos admouit Duodecimo Calend. Sextiles An. 1578. Quapropter Gregorius. 9. P. Seraphicis disertè Sodalibus diploma irrogarat. xj. kalend. Decemb. An. 1240. *Vt nullus Religionis alterius Prælatus, habitum Franciſcanum relinquentes recipiat.* Sic Leo. 10. P. Fratribus Minimis indulſit, ne ſuæ Familiæ aſdcripti, tranſire ad alios Ordines poſſent, *ſub pœna excommunicationis etiam contra eos retinentes.* Bullatis tabulis. 15. Cal. Septemb. An. 1516. Atque hos omninò ſacrorum Mendicorum in claſſem retulit Pius. 5. cunctíſque ipſorum Priuilegijs frui voluit, iuſſit. Codicillis. 5. Idus Nouemb. An. 1567. Porro de erronibus vagíſque Monachis illis ſtatutum eſt peculiari Lege Ordinis S. Trinitatis, *Ne recipiantur à Miniſtris Fratres, qui ſine licentia ſui Miniſtri vagi incedant: Ne quis pariter Fratrum clauſuras domus abſque licentia Miniſtri vel Prioris exeat, vel ad portas ſtallum faciat.* Haud abs re igitur, Petrus Cluniacen. Abba, de clandeſtino Pontij religioſi diſceſſu expoſtulauit, ſeuera hac cenſoriáque ad eum

Pro S. Eugendi Iurẽſis Monaſterio, D. Bernardus ad Eugenium. 3. P. Epiſt. 291

Abbatia S. Germani, de Pratis.

S. Droctoueus, 2. Abbas, & S. Babolenus. 6. Abba S. Germani de pratis à S. Columbano vita regulari eruditus. Ad illum Fortunatus ita, Vir venerande, ſacer, meritis & honore colẽde, Droctouee, mihi ſemper amore Pater. Qui de diſcipulis Germani ſute beati, Norma Magiſterii factus es ipſe tui. Cuius Pontificis ſacra per veſtigia currens, Deſpicis hic Mundum, & cupis ire Polo. Perge libenter iter, Cœli manſurus in Orbe, Et pro me famulo, quæſo, precare Deum.

Agathenſe Concilíũ 3. idus Septemb. Meſſala Conſule. Tomo. 1. Concil.

Capitula ſeu Leges Eccleſiaſt. & Ciuiles Karoli Mag. & Ludou. Pii, ab Anſegiſo Abba, & Benedicto Leuita congeſtæ, Lib. 7.

Concil. Turonen.

Parentes regiæ die. vlt. Nouemb 1574. Publicatæ in Parlamento die. 21. Iul. 1578.

Gregoriana Bulla, die. 21. Nouemb: An: 14. Pontific.

Pontificiæ Literæ, die. 18. Auguſti. 1516.

Die. 9. Nouemb. 1567.

Statutum Ordinis Mathurinorum.

Petr. Venerabilis.

L'Abbaye de S. Germer prez de Beauuais, reformee le 12. Septemb. 1603. par Monsieur Coquelay Conseiller de la Cour, le Prieur de S. Germain des Prez, en l'execution dudict Arrest de la Cour de reformation de ladicte Abbaye. Par laquelle execution entre autres choses tous les Offices claustraux des Religieux ont esté vniz à la Mense Abbatiale: ledict Arrest du 7. de Iuin audict an. 1603. Ladicte Abbaye fondee par S. Germer qui y donna tous ses biens, & en fut le premier Abbé, enuiron l'an 660. du temps du Roy Dagobert.

Le Prioré de S. Pierre de Cayeu membre dependant de l'Abbaye de S. Germer de Flay, en Beauuoisis.

Gregorius Magnus Pont. quia intellexerat plures ex Monachis, in Sarabaitas & Gyrouagos degenerasse, Edicto publico circa annum Domini. 792. voluit omnes Monachos sub vna ex tribus Regulis, videlicet diuorum Basilij, Augustini & Benedicti viuere & ad id via Iuris compelli.

Appellatio emissa ab Inquisitore, cuius Inquisitio fit causa correctionis & reformationis, non tenet. Cap. In singulis. De sta. monach Cap. reprehensibilis Cap. cum speciali. De appellat. Cap. Irrefragabili. De offic. ordin.

Les Abbayes & Priorez du Doyenné de Thron, l'Abbaye de S. Georges du Boys, Ordre S. Augustin: l'Abbaye des Nonains de virginité, Ordre de Cisteaux, les Priorez des Essartz, de Ville-Dieu, de Gastineau, de Croix en Vaulx, de Lunay, de Montoire, de Selle, de Beaumont, de la Chartre.

Epistola. 16. Lib. 3. *Tu frater ex Deo, germanus ex carne, intimus ex affectu, à me vt persuga recessisti, vt dolosus euasisti, vt fur matutinus, ne dicam nocturnus, me contempto, inuiso, insalutato, fugisti. Hortor planè vt redeas, quia nunquam contraria contrarijs, sed similia similibus conueniunt. Monachum monachis, clericum clericis, laicum laicis cohabitare, nec ordines proprios confundere decet &c.* Quinimò Iohannes. 22. P. districtè prohibuit, cœnobitam, voti causa Hierosolymitani, Cœnobio emigrare, illic concionari, aut sacramenta Christianis hominibus ministrare, nisi impetrata idcirco superioris Præfecti venia, ac indulgentia. Vt à Nobis prænotatum est. Haud terrenam quippe, sed cœlestem requirere Hierosolymam, Monachorum propositum est: & hoc, non pedibus proficiscendo, sed affectibus proficiendo. D. Bernardi phrasi, in Epist. 319. ad Lelbertum *Abbam* S. Michaëlis. Eòque Religiosis viris minimè liberum fit, vel Romam quidem, IVBILÆI seu * ἀφέσεως studio pio, aggredi, monastico Præsule irrequisito, & inconsulto. Laodicenæ Synodi Can. 42. Qua de re eleganter Rutilius Benzonius, Episcop. Lauretanus Lib. 5. de Anno sancti IVBILÆI, Dubio. 16. Huc quoque transferri potest Petri Blesensis Epistola. 148. dissuasoria, à desertione Pontificalis Ecclesiæ cuiusdam, pretextu votiuæ peregrinationis sacræ. Ne autem impunitatis spe, irrita fiant eiusmodi Monasticæ Religionis præcepta, neglectísque ijs *Regulares* pœnæ condictæ, sublatum est omne prouocationis ad maiorem Iudicem perfugium ab indicta pœnali Cœnobitæ vitiorum emendatione. Nam præterea, quæ in hunc sensum protulimus alibi, Dominicana Societas priuilegio subnixa est Bonifacij. 9. Iulij. 2. & Leonis. 10. *contra appellantes, & recurrentes ad Curias seculares, vel ecclesiasticas pro negotijs Ordinis.* Pontificia Leonis. 10. Charta. 3. Kal. Maias An. 1518. quæ Bonifacianam veterem stabiliuit, cum Iuliano Rescripto pridie Nonas Nouemb. An. 1510. Idem iuris Benedictinæ Sectæ tribuit Innocentius. 4. P. ne ab Monastica censura coërcitionéque prouocantes audiantur. Solennibus Literis ad Cœnobiarcham Ædis Germani, Pratensis. 3. Nonas Apriles An. 1252. in hanc formulam. *Exhibita tua petitio continebat, quòd nonnulli Monasterij tui monachi, Regularis refugi disciplinæ, si quando eos corrigere debeas, vt debitam correctionem euitent, & liberiùs habeant materiam delinquendi, ac licentiùs per Mundum valeant euagari, frequenter appellationis obstaculum interponunt: sicque talium excessibus, prætextu appellationis huiusmodi, remanentibus impunitis, reliqui ad similia collabuntur &c. Mandamus, quatenus nonobstante talium appellationis obiectu, circa correctionem excessuum subditorum tuorum, officij tui debitum exequi non omittas.* Iuxta hæc, in Augustiniana etiam Familia Cruciferorum, qui principem Ordinis sui cient Huyensem Præfectum apud Eburones, Priuilegiariæ visuntur tabulæ Benedicti. 12. Auenionensis, pridie Idus Iunias An. 1340. verbis ita relatis. *Benedictus &c. Priori prioratus principalis S. Crucis de Huyo, Ordinis S. Augustini, Leodien. diœcesis. Præsentium tibi auctoritate concedimus, vt nonobstante friuolæ appellationis obtentu, circa correctionem Canonicorum, & Conuersorum tuorum, liberi officij tui debitum exequaris.* Quibus planè concinunt Yuo-

Tit. 2. Art. 7.

* remissionis & indulgentiæ.

Laodicense Concilium.

Lib 2. Ecclesiast. Polit. forens. Tit. 4. Art. 28.

Apostolicę Bullæ Iulii. 2. die 4 Nouemb 1510. & Leonis. 10. die 29. April. 1518. Super absolutionibus ab Officijs Ordinis nulla fiat appellatio, & Generalis potest ordinare ac disponere omnia, quæ statum meliorem ipsius Ordinis Fratrum & Sororum respiciant.

Innoc. 4. Bulla die 3. April. 1252. ad Abbatem S. Germani de Pratis.

Benedicti 12. apud Auenionem Tabulæ, die. 12. Iunii An 6. Pôtific. pro Religiosis S. Crucis, quorũ Generalis Prior, est in conuentu de Huy, pays de Liege.

nis Carnutensis scripta ad Paschalem. 2. P. (Epist. 75.), Hildeberti Turonensis, ad Honorium. 2. P. Epist. 82. Et D. Bernardi, ad Eugenium. 3. P. Lib. 3. de Considerat. (cap. 2.) in eos qui, forensi prouocationum arte fucóque exquisito, iugum detrectent Ecclesiasticæ disciplinæ. Proin, Regius quoque Senatus Parisiorum decreuit, Lutetianos cœnobitas Crucigeros, ad amussim exequi obseruareq; debere singula monasticæ Reformationis capita, quæ ijs supremus Ordinis Antistes dictaret: atque interim, vindiciarum in morem, pronuntiauit *statuta, reformationes, & ordinationes regulares, Aresto Curiæ specialiter expressas, esse custodiendas &c.* S. Consulto. 10. Kalend. Ianuar. An. 1530. Nec multò aliter *Conscriptis Curiæ* placuit, officiosè coli, seruari, quæ summus cunque Vallisscholarium Præsul monasticus statuisset antea inferiori obnoxióque Conuentui B. Catharinæ apud Lutetiam, quùm prisci Normæ eò loci restituendæ vacaret postridie Idus Ianuar. An. 1554. Iudicato Kal. Martijs An. 1572.

Hildebertus, Cenomanus Episcopus, dein Turonum Archiepiscopus In Lib. Epistolar. qui Tomo. 3 inseritur Bibliothecæ Patrum.

Placitum Curiæ prouisionale, die. 2. Decemb. 1530 inter Thomam de Gonda, Generalē Ordinis Cruciferorum actorem: & Priorem ac Conuentum S. Crucis, Lutetiæ, reos.

Arestum die. 1. Mart. 1572. inter Franciscū *de Bernes* Priorem cōmendatarium S. Catharinæ Vallisscholarium, & Religiosos. Quo Aresto, inter alia cautum, Reformationē factam ab Abbate Vallisschol Fr. Ioh. Benedicto, die. 24. Ianuar. 1554. esse exequendam.

17 Circumforanei erronésque Monachi, aliorumuè rei criminum, benignè illiciendi sunt ad pœnitudinem commissorum, ac suam in Cellam piè fraternéque reuocandi: Ne seueriùs Domo pulsi ac profligati, desperatione veniæ, deteriora moliantur. Gregoriano Rescripto vlt. De Regular. In Antiq. Can. Abbates Caus. 18. Quæst. 2. ex sacro Aureliæ

Innocentius 8. Pont. breui Apostolico die 10. Decemb. 1485. concessit præsentibus congregationis Benedictinæ Cassinensis, quod liceat monachos fugitiuos, vel quouis modo, etiam auctoritate Apostolica, à corpore D. Congregationis separatos, etiamsi in aliquo monasterio, vel religione stabilitatem suam firmauerint, & habitum Congregationis non dimiserint, quoties eos cum habitu Congregationis repererint tertia præmissa monitione, denunciare & cogere, sub pœna excommunicationis, habitum huiusmodi dimittere & eos dicto habitu spoliare, inuocato etiam adhoc, si opus sit, brachio seculari &c.

Bulla Iulij. 3. quod vtriusque sexus Apostatæ, ad Regularia loca redire, & Superiores illos recipere teneantur, ne de cætero tam facilis pateat exitus: ex Lib. Collectaneo diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontif. à Gregor. 7. vsque ad Gregor. 13.

Concilio, Et Meldensis Synodi Cap. 59. Idem repetitum fuit Prouincialibus Bituricæ Ecclesiæ Comitijs, Septemb. Mens. An. 1584. *Vt nemo eiciatur è Monasterio, quantumcunque crimen admiserit, sed puniatur & corrigatur: Quò in melius emendetur, nec in apostasiam incidat.* Haud diuersam sententiam amplexus est Petr. Ancharanus, Iuris Responso. 352. Religioso itidem Carmelitarum Instituto, sic cauetur, *Nullus professus, pro quocunque vitio à nostro Ordine expellatur: nisi literas dimissorias à Priore generali obtinuerit.* Constitut. Carmelitan. Parte. 2. Cap. 1. Ac propterea D. Bernardus humanè exhortatur Aremarensem cœnobiarcham de fugitiuo monacho, hac Epist. 297. Is stultitia, infit, & leuitate sua, reiecto habitu sancto, à vobis exijt. Sed quia ductus pœnitentia, redire cupit: & se iterum recipi humiliter petit, petimus & nos, vt iterum recipiatur, pœnitentique amore Dei & nostro, introitus & habitus non negetur. Consona ijs hortator suggessit Cantuariensis Archipræsul Theoberiensi *Abbæ*, vt fugitiuum cœnobitam postliminio recipiat, Petri Blesensis Epist. 88. Nec multò antè id seculi, Yuo Carnuten. exscripsit Monasterij Præfecto Gemeticensis, vt cucullatum adolescentem, qui à Cœnobio discesserat, reuertentem susciperet, *ac cum satisfactione, quæ eius excessibus deberetur, intra Ouile, à quo aberrarat, colligeret.* Epist. 184. Vnde Senatoria Lutetiæ Curia, quùm censorias probaret sanctiones præscriptáque Conuentui Cruciferorum Parisien. à maiori suo Antistite, hoc interseruit Monasticæ Reformationis caput. *Si fortè Fratres aliquid. Conuentus professam Disciplinam temerariè violare & transgredi nitantur, Regulari correctione Statutorum Reformationis deuotione contineantur: neque velut inutiles & morbidæ oues, mox ab aliorum grege amoueantur: sed primùm benigna, demùm verò, si obaudierint, seueriori disciplina, intra præmissæ obedientiæ limites immorari cogantur. Et si fortè aliqui ex illis apostatarint, dictóque Monasterio illicentiati exierint, si demùm saniore vsi consilio, pœnitentes ad cor reuertantur, & ad d. Monasterium, vnde exierint, redeant, humiliter sese in illud introduci petentes, cum fraternitate, qua decet, ad-*

Biturica Synodus Prouincialis.

Partes. 5 Carmelitan. Statutor.

Epist. 88. Vers. Qui vitio leuitatis egressus est, deuota humilitate regreditur, ac per abiectioris habitus vilitatem, & lachrymas vberiores, sui crimen exitus redimit & compensat.

Senatus Arestum, de reformatione regulari Cruciferorum.

D. Bernardi verbis, Nil turpius est, quam Monachus per Vrbes & Castella discur-

mittantur, salutarisque illis pœnitentia iniungatur. Nisi fortè à d. Conuentu liberè exierint, vt se ab illius reformatione seiungerent, & ad Generalem d. Ordinis se transferrent, vt eos ab illa reformatione eximeret. Quo casu, si intra biennium reuertantur, modo præmisso recipiantur. Si verò biennium labi permittant, Priores & Fratres d. Conuentus, eos recipere minimè tenebuntur, nisi hospitalitatis gratia, &c. Aresto prolato. 23. Luce Decemb. An. 1530. ex lite forensi Thomæ de Gonda, Cruciferorum Primatis Huyensis, actoris, hinc & inde, Religiosi Cœtus, titulo S. Crucis apud Lutetiam, rei. Abs quo quidem Senatorio decreto, interpretationem sumere est Pontificij diplomatis Martini. 5. ad Ducem eius Sectæ Monasticæ Decimo tertio kalend. Maïas An. 1423. hoc sermone: *Martinus &c. Vt tu, qui Prior Domus S. Crucis Huyensis, Ordinis Cruciferorum, Leodinensis diœcesis, & caput eiusdem Ordinis existis, ac successores tui Priores eiusdem Domus, Ordinem eundem salubriùs manutenere & regere possitis, capiendi per vos vel alium, & sub custodia tenendi ac etiam excommunicandi Fratres & Conuersos ipsius Ordinis fugitiuos, seu contumaces, aut inobedientes, si reperti fuerint in seculari, vel eiusdem Ordinis habitu, plenam & liberam tibi & successoribus eisdem concedimus potestatem &c.* Ciuili autem prudentique olim moderatione rem componebat Arsenius Monasterij Præsul, vt delinquentes iuuenes minimè piorum communione amoueret, sed ætate prouectos: quòd illi Ecclesiasticum fulmen spernerent rerum ignari: at prouecti, anathematis dolore sollicitiores mores emendarent. Tripart. Hist. Lib. 8. Cap. 1. In summa, Bernardi elogio, rectius iudicamus, quantumlibet reum, in suo Monasterio " Monachum pœnitentiam agere, quàm foris vagando Prouincias circuire, etiam piæ Peregrinationis nomine, Epist. 319. Ac laudata fuit quondam ethnicæ Romæ Politeïa, Abdicationem improbantis, quæ Græco more ad alienandos liberos vsurpabatur. Cæsaræa Diocletiani & Maximiani Leg. 6. C. de Patr. potest. Hæc enim * ἀποκήρυξις, exhæredatione durior, natos, planè reddebat extraneos: cùm alioquin naturalia agnationis iura, ciuili ratione corrumpi nequeant. Vt præclarè secernit Tertullianus abdicatos, ab exhæredibus liberis scriptis. Lib. De præscription. Post Lucianum in Abdicato, Platonem. xj. De Legib. Aristotelem, Ethicor. Lib. 8. Cap. 14 Fabium, Lib. 3. Cap. 6. & Plinium Veronensem, Hist. Lib. 7. Cap. 45. Exin. Amplifs. Ordo Parisiensis, bonorum possessionem patrui addixit filijs abdicati à patre communi ex domestico cum sorore incestu nefando: nec, quasi extrarios illos, & familiari gente stirpéque expunctos, hæreditate summouit laterali: Queis, multò etiam infirmiùs, Exhæredatio posterior eiusdem, quàm Abdicatio illa, officere videbatur. S. Consulto in causis agendis postridie Idus Martias An. 1600. quùm Marescotus, pro liberis abdicati, qui in gentem familiámque peccarat: & Nauarrotus, pro aduersarijs, perorassent Simili modo, filios *Abbæ*, patri ex Monasterio insitos ingenitósque, haud abdicare licet idcirco, déque gradu & ordine deiicere Familiæ, seu alienos & exteros, quòd lapsi humanitùs sint ipsi, & in *Regularia* præcepta impegerint: sed eos potiùs grauiter seueréque cohortari decet, vt Parentem suum agnoscant spiritalem, debitáque Canonibus veneratione prosequantur. Quemadmodùm Bernardus Claræuallensis, ad 3. Episcopos scripsit pro *Abba* Latiniacensi, Epist. 230. cuius periodum vnam hîc attexam: *A seculò non est auditum, quòd monachus rebellis, superbus, Ambitiosus, priuilegium propriæ libertati in Abbatem ex Apostolica auctoritate meruerit &c.*

rens. Serm, 63. Hildebertus tamen Turonum Archiepiscopus monet Abbatem. Epist. 23. vt suo consilio suasúque ad Conuentum redeuntem monachum suscipiat in pace, & asperitatem Legis molliat virtute pietatis. In Tomo 3. Biblioth. sacræ.

L'abbaye de Charlieu, ou des Escharlis, diocese de Langres.

L'Abbaye de S. Pierre de Besze, diocese de Langres, à 4. lieues de Dijon, de laquelle Abbaye & Abbez d'icelle y a Histoire ancienne manuscripte, qu'a Papyrius Masson par-deuers luy.

Le Prioré de S. Thomas les Espernon, diocese de Chartres.

Martiniana Bulla, die 19. April. An. 7. Pontificat.

Excommunicatio.

D. Bernardus Claræuallis Abba

* Abdicatio paterna liberorum.

Ius sanguinis delicto, pactoùe non perimitur. l. eos. π. De capit. diminut. l. ius agnationis. π. De pact. l. 3. π. de interd. & releg.

Placitum Curiæ *en plaidant* die. 16. Mart. 1600. pro liberis Iani *Bermondet, desaduoué par le pere à filz, & declaré estranger*: In consobrinos *les Singareaux* ex filia communis patris illum abdicantis, quæ nubendo, omni hæreditatum generi, stantibus masculis, renunciarat.

C'estoit vn Appoincté au Conseil en plaidant, auec adiudication prouisionale aux enfans de la succesion de leurdict oncle paternel. Ce qui a depuis esté confirmé par Arrest diffinitif, en vuidant ledict Appel au Conseil, au rapport de Monsieur Bouyn en la grand Chambre, & a esté cest Arrest diffinitif, prononcé en robbe rouge par Monsieur le President Molé, le Lundy 24. de Mars auant Pasques l'an 1603.

B. Bernardus de muliebri Cœnobio S. Mariæ Trecensis, in Epist. 115.

18 SICVTI virilis Monachorum, ita fœminea Monialium Societas continere se debet intra Claustri sui septa: ne licentius è Monasterio euagentur. Vt Tit. superiore exposuimus, Art. 6. Cuius optimi Instituti exemplum, fructúmque adeo, nobis suggerit B. Hildegardis, Virginei cœnobij Magistra, ad Eugenium. 3. Pontificem Epistolari hac clausula. *Ego, ô Pater, in loco cœlitus mihi ostenso, iuxta verba benedictionis tuæ, secundum regulam S. Benedicti, sub clausura eiusdem loci, cum Sororibus meis maneo. Et hoc, me tam viuente, quàm defuncta, semper obseruari desidero.* Hanc vtique Claustralem modestiam piámque animi demissionem celebrauit Episcopus Hierosolymorum, encomio tali. *Ecce veræ filiæ Hierusalem, in quibus non est inuenta macula, in quibus, Mundus nihil quod diligat, habet, quæ etiam sequuntur Agnum quocunque ierit.* Ne autem Religiosi viri, adumbrata pietatis specie, Votiuæque professionis similitudine, versarentur liberius in puellarum Cœnobiis, cautum fuit Epaunensi Concilio, in Gelasij. 1. Pontificatu Max. haud alijs muliebres in Cellas Monasticas patere accessum debere, quàm grandioris ætatis hominibus, probatæque vitæ. Can. 38. Quùm igitur Aquisgranen. Synodi PATRIBVS relatum esset, Monasticos fœminarum Cœtus, quibusdam in locis, lupanaria veriùs quàm Monasteria videri, statutum est grauem de eo quæstionem haberi ad expurgandas vitiorum istiusmodi sordes. Pæoniam quoque manum huic Malo addidit Agathensis Conuentus Ecclesiæ sub tempora Cælestini. 1. P. sanciens, Vestalium domicilium, sacrúmque Parthenonem, longiùs à Monachorum Cœnobijs collocandum. Ex quo tractus est Can. Monasteria puellarum Caus. 18. Quæst. 2. Diuus quidem Basilius antea instituerat Monasteria duplicia, virorum scilicet ac mulierum: quæ muris tantùm domibúsque inuicem disparata essent. Quale primitùs Centulense, in Ambianis, Cœnobium fuisse existimatur. Sed quia sexus vtriúsque propinquitas isthæc, poterat esse peccandi illecebra, malorúmque irritamentum, Nicæna. 2. Synodus vetuit, ex vno geminum tale conflari Cœnobium: ne cuiquam in posterum offendiculo foret. Id quod sanctioribus Decretis intexitur, Can. definimus Caus. & Quæst. supradicta, Cum Iustiniani Nouella. 123. §. 36. ac Nouella. 133. Tametsi verò binum eiusmodi Monasterium in lucem reuocandum duxerit S. Brigitta Sueciæ Princeps, mulier religiosissima, An. 1370. Virorum tamen Cellulas à fœmineis, circumsepto clausóque pariete, discreuit, separauit. B. Antonino scriptore, Chronicon Parte. 3. Nec dispari prorsus argumento, Senatus iudicauit. 9. Kal. Sextiles An. 1600. (orante Augustino, filio meo) fœminam, Templi Æditaam Canonicorum legi non posse, contrario vsu Ritúque patrio, abrogato. Quippe quùm fragili ac lubrico in sexu metuenda sint violatæ pudicitiæ exempla, Paulinæ ciuis Romanæ, in Fano Anubidis, Et Christianæ mulierculæ à Diacono, pollutis Sacris Byzantij tem-

Ex Lib. Epistol. B. Hildegardis Abbatissæ in Monte S. Roberti apud Naam fluuium, prope Bingam in Germania: Quæ vixit An. 1150. Eam literis rogat D. Bernardus, vt sui memoriam habeat apud Deum, ac eorum qui in spiritali societate iuncti erant.

Concilior. Tomo. 2.

Aquisgranense Concilium, An. 816, Tomo. 3.

Agathensis Synodus, Tomo. 1.

Duplicia Monasteria

S. Richarii Abbatia, au Bailliage D'Amiẽ.

Anton Tit 14. Cap. 11. §. 4.

Arestum Curiæ Parisien. au Rolle de Chartres, die 24 Iulii 1600. pro Steph. Herment, & Michaelide Desmartins v. ore, appellantibus à Sententia Riomensium Aruerniæ Iudicum die. 16. April. An. 1595. Contra Oppidanos de Sebazat in Aruernia, intimatos, pro quibus, Fauerellus dixit; vt pro appellãtibus, August. Choppinus.

Ammonius qui fuit magni Pambo discipulus, simul cum tribus fratribus & duabus sororibus, cum peruenissent ad summum pietatis ac religionis, venerunt in solitudinem, & seorsum fecerunt vtrumque monasterium, virorum scilicet, & mulierum, ita vt satis magnum intercederet spacium. In Lausiaca Sanctorum Patrum Historia. Cap. 12.

S. Hyeronym. in Epitaphio Paulæ, refert fœminea eius Cœnobia non longè à Monasterio virorum, quod & ipsa extruxerat, posita fuisse. Sed à viris tanta separatio, vt à spadonibus quoque eas seiungeret, ne vllam daret occasionem linguæ maledicæ, quæ sanctos carpere solita est, in solatium deliquendi.

En la ville de Naples, y a l'Eglise de S. Claire, où sont Cordeliers & Cordelieres, separez les vns des autres. Lib. 1. Des Voyages du sieur de Villament Cap. 20.

Arrest en plaidant l'an 1578. à la fin, Que la femme à cause de son sexe ne se peut immiscer à choses sacrees, encores que le testateur l'aye ordonné, & laissé des biens pour la fundation d'vn Predicateur eligible par chacun an par l'aduis & de l'Euesque & au Chapitre d'Amiens, & de la Dame de S. Ienurin sœur du Cardinal de Crequy testateur.

Monachis, & aliis quibusque, in monialium Monasteriis dormire vetitum. Can. diffiniuimus 18. Quest. 2. & clericis prohibitum & frequentare talia monasteria sine causa rationabili sub pœna priuationis beneficij, & laicis sub pœna excommunicationis. Cap. Monasteria. De vit & honest. cleric. Francisc. Marcus in Decis. 956. Part. 1.

pli, constupratæ. Vt Iosephus, de priori eloquitur, Lib. 18. Iudaicæ Antiquit. Cap. 4. Et de posteriori, Eusebius, ac Nicephorus, Christianor. Annal. Lib. 12. Cap. 28. Haud diffitemur vtique, *Regularibus* monialium Casis Religiosos, alios sacra administratione præesse, alios profana annuorum redituum tractatione ac dispensatione, instar Oeconomorum. Ex noua illa Iustiniani Constitutione. 123. §. in omnibus. Vnde Germanico B. Hildegardis Cœnobio Præpositus assumi consueuerat ex monastico S. Dysibodi Collegio. Indicibus Alexandri. 3. Literis ad Vvezelinum, Præpositum. In Lib. Epistol. Hildegardis. Verùm hoc ita temperarunt Ecclesiastici Proceres Spalensis. 2. Concilij, sedente Honorio. 1. in Barionæ Solio, Ne cucullati sacerdotes, CHRISTI Virginibus familiares essent, at longè ab ijs discreti, ac seiuncti: quarum vnus modò curam subiret, probatissimus Cœnobitarum. Vniuersim porro mulieri cuique interdictum est, virilis Cœnobij intra septa introitu. Turonica. 2. Synodo, Cap. 17. Et Antissiodorensi, Can. 26. Hæc eadem Antissiodori Synodus Francica vetat, simul & Venetica Armoricæ oræ, Præfectum, Alumnumuè Monasterij prodire ad Nuptias, popularí que ipsarum celebritati interesse, aut lustrico de Fonte sibi filios, nomine indito, adsciscere. Can. 24. 25. Nec diuersum Agathensi Concilio Ecclesiæ statutum comperimus. Iuxta quæ, Cœnobitis almæ Triadis condicta Lex est peculiaris, *Ne Ministri sint compatres, leuando pueros per se, vel suo nomine de fonte Baptismali, aut etiam licentiam concedant suis Fratribus: nisi ex tam rationabili causa, quòd alioqui periculum immineret.* Ac tale quidem sacræ exhortationis caput Valentino *Abbæ* in monachos, præscripsit Gregorius Magn. Regesti Lib. 3. Epist. 40. Ex qua haustus Canon, peruenit, Caus. 18. Quæst. 2. Prædictæ tamen necessarij casus exceptioni subsimilis, attexitur species Chronico Sigeberti: quum Robertus Archimandrita in monte B. Michaëlis, Christiano Lauacro sustulit Leonoræ Anglorum Reginæ filiam, eiusque lustricus Pater euasit apud Dõnum Frontem Neustriæ oppidum. An. 1162. A quibus parum dissidet Constitutio sacræ Equestris Hierosolymorum Militiæ, condita à Fr. Nicolao Lorgue, Ordinis Magistro, in hæc verba. *Non liceat cuiquam Fratrum nostrorum, aliquem in sacri Baptismatis fonte recipere absque sui Superioris licentia: nisi baptizandus, esset filius Baronis, aut maioris Domini.*

Spalensis, seu Hispalensis, 2. Synodus, Hispanica, tempore Sisebuti regis. Æra. 657. Tomo. 2. Consil.

Turonense. 2. Concil. Circa tempora Pelagij. 1 P. & Antissiodorense, circiter tempora Deusdedit. P. P. Eod. Tomo. 2. Consil.

Mathurinorum Ordinis Statutum Cùm Formula Reformationis Cap. de vitanda familiaritate secularium, nec ad eos scribendis literis.

Robertus Abba de Monte S. Michaelis, de periculo maris, in Normania.

Ex Lib. Statutorum Ordinis Domus Hospitalis, Hierusalem.

19 COENOBITÆ præterea vitandum Forum, publicáque ciuilium Magistratuum Tribunalia. Queîs *secularium Placitorum* nomine, Clero interdixit Rhemensis Synodus An. 813. Vvlfario tunc Rhemorum Archiepiscopo. Quin & Sacerdoti cuique antea inhibitæ sunt ciuiles Actiones, quas seculares vocant. Chalcedonen. Synodi Cap. 3. quod apud Vernense Palatium Concilio renouatum fuit, Pipino rege, An. 755. Tum B. Gregorij Regesto, in Epist. 67. Iubet enim CHRISTVS, Saluiani dicto, ne litigemus, sed vt ea ipsa nos de quibus lis fuerit, relinquamus, dummodò litibus exuamur. Si quis enim voluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, relinque ei & pallium. Interrogo, qui sint, qui spoliantibus aduersariis cedant? imo qui sint, qui aduersarios suos non spoliare conentur? Lib. 3. De ver. Iudic. & prouid. Dei. Monachos verò præsertim, à Forensibus mæandris dissidiísque alienos commendat Petrus Venerabilis, Epist. 14 ad Eugenium. 3. P. quùm, Carthusiensis, ait, Ordinis institutio est, Mala si qua nouerit, his ad quos spectat, nota facere, non autem " litigare, aut palatia ad causandum intrare. Non est Heremi nostræ Iu- " diciis adstare, non est eorum qui mortui Mundo videntur, in publicis " negotiis Actores, vel Defensores existere. Nihil simplicitati nostræ cum " astutia seculari: nec decet, vt qui in seculo Heremum elegimus, nunc " de Eremo ad seculum redeamus. Secundùm quæ, Fr. Raymundus Be- " rengarius, Christianæ olim Rhodiorum Militiæ Dux, Lege sanxit, *Ne Fratres Ordinis nostri, aut Donati, concessionem, donationem, vel cessionem rei litigiosæ à seculari persona percipiant, acceptent, vel emant. Qui contrà fecerint, perdant habitum, &c, si Donatus sit, comitiua Fratrum priuetur, & in carcerem trudatur.* Quòd si etiam locupleti

Volum. 3. Concil.

Gregorius, Regesti Li. 1. Expedit, inquit, paruo incommodo, à strepitu causarum seruos Dei quietos existere monachos; vt & vtilitates Cellæ per negligentiã non pereant, & seruorum Dei mentes ad opus Dominicum liberiores existant. Idem, Lib. 8. Cap. 21.

Lib. 6. Epist. 14. simultatis inter Carthusienses exortæ ob electionem in Episcopum Gratianopolitanum significatoria.

Hyerosolymit. Ordinis Statutum.

locupleti splendidóque Cœnobio competat profana Ditio Iuridica, hæc tamen exColi Iurisdictio tractaríque non potest à Sacrato viro, seu Religioso, sed à profanæ sortis Iudice, ac populari litium Disceptatore. Sicuti Valesius Rex, in Galliis Lege edixit infrascripta. *Ordinatum fuit per Consilium domini Regis, quòd Duces, Comites, Barones, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Capitula, Collegia, Milites, & generaliter omnes in Regno Franciæ temporalem Iurisdictionem habentes, ad exercendam d. temporalem Iurisdictionem, Balliuos, Præpositos, & seruientes laicos, & nullatenus clericos instituant: Vt si ibi delinquant, Superiores sui possint animaduertere in eosdem. Et si aliqui Clerici sint in præd. Officiis amoueantur. Item ordinatum fuit, quòd omnes causam habentes & habituri post præsens Parlamentum in Curia domini Regis & coram Iudicibus secularibus, Regni Franciæ, constituant Procuratores laicos: Capitula tamen poterunt facere Procuratores de suis Concanonicis, & similiter Abbates & Conuentus de suis Monachis.* An. 1344. Nec immeritò hercle, quùm prædiaria & dominicana Præsulum Iurisdictio, in formam redigatur profani cuiusuis Patrimonij, & ab Iuridicis ipsius, appellatorio iudicio deuoluatur ad ciuiles Magistratus superiores, non ad Ecclesiasticos & Pontificios. Alexandri. 3. Rescripto, Si duodus. §. denique De appellat. §. si quis contra aliquem clericum, Authent. De sanctissim. Episcop. Quò spectat itidem Allobrogica Ducis Constitutio, de secunda litium cognitione profani ciuilísque Fori sacrorum Procerum: Quam ille Constitutionem tulit sexto Kalend. Octob. An. 1561. Ex eodem fonte dimanat, quod monachi vel clerici, profana pupillarium bonorum tutela, curatione vè rei Testamentariæ arceantur. Authent. presbyteros. Cod. De episc. & cler. Cap. religiosus De sepult. In 6. Cap. 2. De Testam. Eod. Lib. Clem. vn. Eod. Tit. Exprompta quoque est in hanc thesin Carmelitana Sanctio, Parte 1. Cap. 9. §. 18. Iampridem enim in consilio Episcoporum statutum, constat. D. Cypriani Epist. 9. Ne quis de Clericis DEI ministris tutorem vel curatorem Testamento suo constituat: cùm singuli Diuino sacerdotio honorati, & cuncti in *Clericali* ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deseruire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Honorariæ tamen functionis publicæ prærogatiua quædam nonnullis tributa est passim Cœnobiorum Præfectis. Vtputà in Mattiacorum Insula, frequentibus Ordinum Comitiis, princeps sententiæ habetur nomine Cleri, Magister Cœnobiticæ Ædis Nicolai, Præmonstratensis Sectæ, apud Middelburgum eius Insulæ Oppidum nobilius. Quam primus Ædē excitasse creditur Gundebaldus Vltraiectensium Episcopus. 24. auxisse verò Rex Romanorum Vilhelmus, Bataujæ & Zelandiæ Comes. Auctore Guicciardino, in Belgiographia. Eiusdem relatu, Afflighensis, Brabantiæ, Cœnobiarcha, primas obtinet sedes iuráque suffragij, in publico, apud Brabantiam, Congressu Monasticorum Antistitum. Cui *Abbæ* rescripsit Innocentius. 3. Decretali Epist. 20. De regular. In Senonibus rursum, B. Petri viui seu Vici, Archimandritæ concessit Seuinus Archiepiscopus sessionis locique primatum in Conuentu *Abbatum* & Clericorum totius sacræ Prouinciæ. Circa Annum. 990. Vt est in Odoranni Chronico manuscripto, qui instauratam prorsus ab eo Archiepiscopo Casam illam Petri, attestatur: Cuius fundamenta iecerat Clodoueus Francorum rex, filiæ rogatu, subiecta dote, vt tempora ferebant, splendidissima. Quam ideo munificentiam, antiquæ pietatis Gallorum admiratione, recitandam duxi, nostrisque hominibus exemplo inculcandam, vsitato hoc tempori idiomate.

In CHRISTI *nomine Clodoueus rex Francorum, &c. Venit ante præsentiam meam filia mea Chariss. Theodechildis quæ se deuouit Virginem in* CHRISTO, *postulans à me multis precibus, vt ei quantulamcūque portionem condonarem de hæreditate mea, seu de hæreditate matris suæ: Postulans insuper, vt in ipsa hæreditate ei liceat ædificare Monasterium monachorum in honorem Principis Apostolorum. Audiens igitur ego tam iustam postulationem, & tam beneuolam deuotionem, tradidi illam partem de hæreditate mea, quæ venit in sortem meam ex parte vxoris meæ Chrotildis: quæ hæreditas fuit patris eiusdem vxoris meæ, Chilperici regis Burgundionum filiæ. Im-*

Iustitia secularis, Ecclesiasticis competens iure dominij & territorii.

Ordinatio Francica Philippi Valesii, in antiquo Regesto Requestarum Hospitii in Palatio: Quæ Ordinatio videtur repetita, ex simili a Phil. pulchro edita, An. 1287 De qua Nos Lib. 2. Sac. polit. Tit. 2. Art. vlt.

Ita apud palatium Vernis Concilio Clericis ciuilium actionum prohibitiono, excipiuntur causæ Ecclesiarū, orphanorū, aut viduarū, ordinante episcopo suo.

Sabaudiæ Ducis edictum die 26. Sept. 1561. De appellationū recursu a laicis Iudicibus ecclesiasticorū dominorum ad superiores seculares, non ad ecclesiasticos.

Carmelita, executor Testamentorum, sine licentia nullus potest esse.

In Zelandia Abbas S. Nicolai, *donne seul la parole & le consentement aux affaires du pays, au nom de l'Estat Ecclesiastique.*

Abbatia d'*Afflegbem*, seno milliari a Bruxellana vrbe distans habet primariam vocē locúmque inter 12. Abbates Brabantiæ.

Odorannus monachus, & alumnus Monasterii de S. *Pierre le vif lez Sens.* Qui in suo Chronico multa de Ramardo Abba in suā Ecclesiam munifico structore & largitore, mortuo, An. 1015. Idē de Senonum Comitibus Ramardo, Fromundo, Mammerio: & de Galterio Senonum Vicecomite ibidem scribit, ab Ann. 877.

De S. Petri viui Abbate Senonensi Innoc. 3. Pont. in Cap. 1 De postulat. prælat.

Charta regia fundationis Cœnobii S. Petri viui lez *Sens.*

Herbertus Abbas S. Petri viui Senonensis, & Theobaldi abba S. Columbæ Senonensis signum sanctæ Crucis assumpserunt cum aliis quibusdam Prælatis Franciæ in Asiatica expeditione Lu-

donici Iunioris, regis ex Lib. Gestor in Ludouici Reg. filii Ludouici Grossi Regis.

primis igitur trado ei Ecclesias meas. 2. Vnam in honorem B. B. martyrum Sauiniani & Potentiani, alteram in honorem B. Serotini martyris, cum omni decimatione, & quicquid ad ipsas Ecclesias pertinere videtur, &c. Feriam autem annalem similiter concedo illi in Festiuitate Apostolorum Petri & Pauli: Ita, vt nullus ex ministris nostris neque Comes; neque Vicecomes, neque Iudex publicus, in Mercato, neque in ipsa Feria annali vllam consuetudinem accipiat, nisi Monachi, qui ibidem DEO *deseruirent, neque rotaticos, neque portaticos, neque pedaticos homines distringendo: sed teneant securè absque vllius contradictione, sicut antecessores mei Reges Burgundionum tenuerunt, &c. Præcipimus igitur & statuimus, idem Monasterium quod filia mea charissim. fundare cœpit, cum omnibus ad se pertinentibus, sub nostra defensione atque manburdia, & huius nostræ auctoritatis confirmatione, ab omni strepitu & Iudiciariæ potestatis impulsione adeo liberum & securum esse, vt nullus Iudex publicus in Ecclesias aut loca, vel agros, seu possessiones, quas in quibuslibet Territoriis in ditione Regiminis nostri iustè & legaliter præfatum Monasterium possidere videtur, vel in ea quæ deinceps ipsius Monasterij dominio deuenerint, ad causas audiendas, vel freda, aut tributa exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fideiussores, aut homines commorantes sua temeritate distringendos, nec vllas redhibitiones, aut illicitas exactiones requirendas, nec pedaticos, nec theloneos, nec rotaticos siue portaticos, aut ripaticos tollendos, nostris nec futuris temporibus ingredi, nec auferre præsumat aliquis. Et sic ea teneant Monachi, sicut antecessores mei Reges Burgundionum tenuerunt securè & quietè. Trado etiam illi Basolum Ducem amodò superbum & tumidum, modò verò humiliatum: quem catenatum teneo cum hæreditate sua, cum Castellis, Vicis, terris, & Ecclesiis, & reliquas possessiones suas: Eo tenore, quòd ab hodierna die & deinceps totum & ad integrum rem inexquisitam ad Monasterium prædictum S. Petri, Senonen. omnibus temporibus pertinere, decernimus, & vt in alimoniam Seruorum* DEI *qui ibidem per tempora seruierint, & assiduam pauperum receptionem, & luminaria continuanda, & sacrificium offerendum, vel ipsam Domum* DEI *dirigendam, ipsæ res in futurum permaneant, &c. Data Mense Octob. Indictione. 1. Parisiis, vrbe Regia.* De priuilegiaria quoque Cœnobij istius prærogatiua S. Petri viui Senonum scripsit Honor. 3. Rom. Pontifex in Cap. vlt. De offic. Archydiac.

Au lieu & bourg de la Vaudieu en Auuergne, y a vn Prioré de Dames Religieuses, en nombre de 22. viuans fort religieusement.

Basolus Aquitaniæ Dux, postea attonsus & cucullatus, dein. 1. Abbas huius Monasterij Petri viui fuit.

In proprietarios Cœnobitas.

Cōcilii Cap 12. & Cap. in singulis De stat. monach. Generalia Monachorum Capitula de triennio in triennium celebrāda sunt in singulis Regnis & prouinciis.

Art. 32 Statutorum Benedictini Ordinis, in Capitulo generali præscripti, An. 1309.

PRIVATI rerum dominij reus, Monachus, sacra Execratione replectitur viuus, & mortuus Christiano funebri honore mulctatur. Ex Laterana Synodo peracta An. 1215. Cap. Monachi. §. qui verò peculium habuerit De stat. Monach. Iuxta quod Synodicum dogma, Benedictus. 12. P. qui suam promulgauit Benedictinam. An. 1336 è multis Benedictinæ Sectæ Prouinciis, binas sanxit, qualibet trieteride solennem cœnobitarum Conuentum feriatim habituras. Vnde Rhemorum & Senonum Prouinciæ ambæ, celebri in Congressu Monastico, edidere, præter alias, Constitutionem hanc, An. 1379. *Item volumus, in singulis Monasteriis, ad minus semel in Anno Monachos & Conuersos proprietarios excommunicari Et si quis eorum proprietarius repertus fuerit, Ecclesiastica careat sepultura. Item quòd*

Statuta Capituli generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti, Prouinciarum Rhemensis & Senonensis An. Christi. 1379. Compendij in Monasterio S. Cornelij Feria celebrati, tertia post Iubilate. *Lesquels sont imprimez l'an 1604. à la fin du Liure* Regula S. Patris Benedicti. Fuit aliud Capitulum Prouinciale, Ann. 1373. in eodem Compendiensi Cœnobio celebratum: Cuius acta Publica seruantur in Tabulario D. Germani à Pratis.

Bursfeldensis Congregatio Benedictina, apud Germanos.

Carmel. Statuto eod. Nullus teneat bona stabilia, siue in commendā, vsū, vel vsumfructū, sed omnia in cōmune redigantur Bonorū autē mobiliū vsus poterit à Superiorib⁹ permitti hoc modo, vt in Regularium supellectili nil sit superfluū, nilq; quod sit necessariū, denegetur.

quilibet monachus semel in anno reuelet omnia bona sua, & ea quæ sibi debentur, Prælato suo proprio, vel alteri ad hoc deputato ab eodem, vel toties quoties hoc Prælatus exegerit. Carthusiani planè quotannis, in Dominica Palmarum, Diris deuouent sacros Sodales, peculiarium bonorum possessores. Sicuti Ordinario Diuini eorum Officij continetur, Cap. 48. Neque absonum his, in Bursfeldensi vsurpatur Societate Monastica Saxoniæ, vnica Anni vice, in Cœna Dominica. Ex *Statutis* eiusdem, Capit. 28. Carmelitanis etiam Legibus, piorum consortio pelluntur viui, suæ Familiæ, proprietarij, & diem functis Ecclesiastica humatio sepulturáque abnegatur. Con-

stitution. Parte. 3. Cap. xi. Tale ædepol animaduersionis exemplum subiecerat antea Yuo Carnutensis in cœnobitam, qui, reconditis clanculum pecunijs, ex hac luce migrasset. Epist. 62. ad Gottofredum Vindocinensis Cœnobij Antistitem. Ita vis Numinis vltrix impium huiusmodi profligasse Monachum perhibetur à Gregorio Mag. Dialog. Lib. 4. Cap. 55. Beatus certè Leufridus, cœnobiarcha Crucis S. Audoeni, apud Eburouices, diuinitus nouit, rerum proprietarium Cœnobitam, quadrageno lapso ab obitu die, anathematis nexu solutum: ideóque eius cadauer Christianis sepulturæ sacris honestauit. Cap. 23. Libelli, De vita B. Leufredi. Prudenter igitur Lege cautum fuit militaris Ordinis religiosorum Equitum Melitensium, Fr. Claudio *de la Sengle*, Magistro, *quòd Priores, Baiuiui, Commendatarij, & Fratres quolibet anno despropriamentum facere teneantur, in quo res & bona eorum quæcunque, debita etiam & credita, ac status omnis suarum facultatum contineatur. Qui extra Conuentum erunt, illud ad Capitulum prouinciale portare teneantur: vt in Capsam publicam ad id deputatam clausa & sigillata bona reponantur. Qui in Conuentu agent, in manibus Magistri aut Procuratorum nostri communis Ærarij etiam clausa & sigillata consignabuntur. Quæ quidem desproprіamenta, viuentibus illis, non aperientur.* Alia item Ordinis Sanctione, quam tulit Fr. Elionus Villanouanus, eiusce Dux Militiæ, hæc continentur. *Quæ Fratres nostri tenent & possident, ad nostrum Ordinem censentur pertinere. Quapropter cùm Fratres morbo tenentur occupati, in vim obedientiæ censentur obligati vocare ad se duos Fratres ex propinquioribus locis, vbi infirmitate detenti sunt, quorum vnus sit Capellanus, si adesse poterit, & alius probæ conditionis. Quibus duobus manifestent omnia bona, vtensilia, pecunias, & res quas tenent: quæ in scriptis redigantur. Et postea sigillo Fratris infirmi, & ipsorum duorum Fratrum, in eorum præsentia quæ scripta fuerint, sigillentur. ipsúmque scriptum ei, qui administrationem aut procurationem Ærarij habet, præsentari debeat. Si autem conualuerit, ipsum scriptum sibi restituatur.* Tit. De communi Ærario. Carmelitis pariter ægris eadem præcipiuntur, Constitutionum suarum Part. 1. Cap. 20. Imo nec talibus è Carmelo Monte Eremitis licet, proprium quicquam possidere ex Codicillari venia Apostol. Sedis. Vt disertè à Senatu pronuntiatum An. 1391. refert Ioh. Gallus, in Decis. Parisiensi. 244.

21 PLANE cucullatus quisque sacerdos Lege intestabilis est, nec testamenti factionem habet vllam. Auctore Gregorio. 3. P. Cap. 2. De Testam. Et Oxoniensi Anglica Synodo, quæ Stephani Archiepiscopi nutu ductúque celebrata intexitur Volumini. 3. Concilior. Sed nec, assentiente quidem Cœnobiarcha, aliouè, præter summum Pontificem, testari potest cœnobita. Baldi opinione in Authen. nisi rogati C. ad S. C. Trebell. Et in l. vlt. C. Vnde legit. Cui adhæret Francis. Marcus, Gratianopolitanæ Curiæ Conscriptus, in Delphin. Decis. 566. Parte. 2. Ac postremus omnium Rebuffus, in Praxi benefic. Tit. De Rescriptis mixtis. Imo & nuper-

Iusti, monachi cadauer, post hęc funerantiũ verba, ociopecunia tua tecum sit in perditione, in sterquilinium, fossa facta, proiectum est. ex Dialogo, de vita & miraculis Patrum Italicor. & de æternitate animarum. Lib. 4. diuiso.

Abbatia Crucis S. Leufredi, Ebroicen. diœcesis Normaniæ, fundata à Dagoberto 2 rege. De qua nominatim. Lib. 5. Histor. Franc. Aimoyni. Cap. 41.

Statuto Ordinis S. Antonij Viennensis, liberum sit, in mortis articulo aliquid relinquere seruitoribus suis, & ad pias causas.

Abbas non potest dispensare, vt Monachus habeat propriũ, sed solus Papa, ex causa. Cap. cùm ad Monasterium. De stat. monach.

Edict du Duc de Sauoye du 2. Mars 1563. verifié le 6. Mars au Senat de Chambery, que les Religieux profez ne pourront succeder à leurs parens. Lesquels toutesfois auãt leur profession pourront disposer par la permission de leurs Prelats ou Superieurs, pourueu que ce ne soit au profit de leur Monastere, ne d'autres gens de mainmorte.

Le Prioré de S. Laurent de Chauffontaine, pres S. Menehoust, en Champagne, membre dependant de l'Abbaye de S. Venne, Diocese de Verdun.

Le Prioré conuentuel de Saincte Gemme, en Xaintonge, de l'Ordre de l'Abbaye de la Chaize-Dieu, Diocese de Clermont en Auuergne.

rimè Lutetiani PATRES, cœnobitæ contractum resciderunt postulante *Abba*, defuncti in peculium successore: quo ille contractu, grandem pecuniam, quæ ex amplissimo Sacerdotij Monastici reditu sibi debebatur, nouatione facta, passus fuerat sui dissoluíque fructuaria modò æris pensione annua, quasi vncia ad assem reducta quotannis, dùm ipse spiraret. Nam etsi libera peculij administratio data Monacho videretur, per consequentiam Monastici Primatus cuiusdam in ipsum collati: Huic tamen minimè ius fuit, ingentia debitorum nomina, pactis in tempus vsuris, remittere, velutíque mortis causa donare, in fraudem peculiaris successoris Æteriarchæ, quasi patroni. Ex argumento Saluij Iuliani, in l. viuus D. Si quid in fraud. patr. Et leg. Si arrogator. ꝟ. De ado-

Rente viagere, au denier douze.

Arestum Curiæ Parisien. die. 21. Iulii. 1600. In. 5. Camera Inquestarum, relatore Dn. Loueto, ex appellatione, quâ Abbas commendatarius *de S. Iean des Vignes, lez Soissons* interposuerat à Sẽtentia Requestarum Palatii.

Bulla Pii. 4. P. die. 26. Maii. 1560. Et Pii. 5. P. die. 17. Ianuar. 1570. in Testamenta Clericorum.

ption. Quocirca Senatus, reos promittendi damnauit, solidam nummorum sortem Cœnobiarchæ appendere, nulla temporariæ illius Obligationis ratione habita. Decreto. 12. Kalend. Sextiles An. 1600. secundùm *Abbatem* B. Iohannis à Vineis, Petrum Gondium, aduersus liberos, hæredes Nicolai *de la Haye*, & Iani Sellieri, qui Antonio Prato cœnobitæ obærati fuerant ambo. Quinetiam vltimi duo Pij, qui summum vicissim Pontificium sortiti sunt, Diplomatis suis ademere liberam hactenus Clerico, testandæ postremæ voluntatis copiam de Ecclesiasticis rebus seu prouentibus, quàmlibet piæ causæ intuitu fauorabilem. Prior quidem ex ijs, septimo Kalend. Iunias An. 1560. Posterior, 6. Calend. Februar. 1570. Vt sparsim lectitatur in Collectione diuersarum Constitutionum & Literar. Roman. Pontific. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Interim verò animaduerte, Pij illius anterioris Rescripto. 58. solertissimè prouisum sacris Ecclesijs,

Commissarii Fabricæ S. Petri de Vrbe.

vt publici Pactorum Scribæ seu Notarij districtè vrgerentur ab Æedituis Fani Petri de Vrbe, ad exhibendas Testamenti tabellas post annuum spatium à morte testatoris.

Subalpina Statuta Ducis Sabaudiæ.

Quò aptè etiam refertur Allobrogica Lex Principis, Alpinæ genti sic dicta, *Quòd defunctis testatoribus, vel donatoribus causa mortis, Notarij habentes penes se instrumenta testamentorum, codicillorum, vel donationum à defunctis factarum, notificent hæredibus, vel legatarijs earum.*

Commentaria Antonii Solæ, in Parlamento *de Thurin* Aduocati, in Statuta antiqua Ducalia Patriæ Pedemontanæ.

Lib. 2. Morum Parisien. Tit. 4. Art. 19. Et Lib. 3. Legum Andegauen. Tit. De legatis Art. 6.

Lib. 3. Decretorum Ducalium Alpinæ regionis, (Cap. 46.) quæ, Antonius Sola, in Augustæ Taurinorum Senatu Causidicus, Latinis Commentarijs expoliuit. An. 1582. Nec aliò tendit prisca Vvisigothorum Lex, *Vt scripta voluntas defuncti, ante sex Menses coram sacerdote vel testibus publicetur.* Lib. 2. Cap. 14. Consultiùs autem iis mehercle antiqui Galliæ Reges, qui supremarum Tabularum suarum arcana, fidei sanctiorum Templorum commendabant, committebant.

Vt Chartarum Thesauri, sic pecuniarũ, in Æde sacra olim deponebantur. Ex Plautino Euclione, in Aulularia, Act. 4. l. acceptam C. de vsur. Et numismatio Caroli Daniæ regis Deposito penes Religiosos S. Dominici in Stockholmia arce, quod successor Rex Christiernus expilauit. An. 1460. Krantzii Lib. 8. Daniæ. Cap. 30.

Nam præter eos, de quibus Nos alibi, Dagobertus. 1. Rex seruanda deposuit Testamenti sui exemplaria in Pontificalibus Basilicis Lutetiæ, & Lugduni ad Rhodanum amnem. Vtì testator ipsemet, alia Charta, quæ in Cœnobio B. Germani Pratensis condita est, apertè profitetur: ex More Romano, quem commemorat Domitius Vlpianus, l. Cæteræ. §. vlt. D. famil. hercisc. Omnimodò certè trina Francorum Synodus prospexit Tabularum custodiæ ac exhibitioni, Ecclesiast. iura spectantium. Agathensis. 1. Galliæ Narbonensis: Quæ, Cælestino. 1. Pontifice, coacta est. Cap. 26. & sumpto hinc Canone, *Si quis de Clericis, documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur, aut celare, aut negare, aut aduersarijs fortasse tradere præsumpserit &c.* Caus. 12. Quæst. 2. Alterum eiusdem sententiæ Concilium Aurelianense. 3. coijt ætate Childeberti Regis, Art. 22. Vers. *Sed si agnito iure Ecclesiastico, non statim Ecclesiæ vel sacerdoti reformauerit, aut vt ipsum ius agnoscere possit, in iudicium electorum venire distulerit &c.*

Gallica Concilia, in supprimentes instrumenta & documenta rerum ecclesiasticarum.

Eòdem recidit Aruernus Cleri Conuentus, sub tempora Vigilij, Romani Antistitis. In Cap. 13. Vers. *Si quis cuiuscunque Ecclesiæ munuscula, sub sacramenti scriptura collata, fraudauerit, suppresserit &c.*

Le Prioré Cure d'Aubigne, en Anjou, vers Chasteaugontier.

Le Prioré de S. Aignan, en Tonnerrois, membre dependant de l'Abbaye de Molesmes, en Champagne.

Le Prioré de Rousset, en la Marche, membre dependant de l'Abbaye de Grandmont.

Le Prioré de Chantrum, pres de Laon en Vermandois, membre dependant de l'Abbaye de Tournay en Tournesis.

Le Prioré de la Chappelle sur Seine, dependant de l'Abbaye de saincte Columbe lez Sens, ordre de S. Benoist, Diocese dudit Sens.

Le Prioré de S. Iehan en l'Isle. dependant de l'Abbaye de Montierramey, en Champagne.

Le Prioré Cure de S. Pierre de Pompõne, de S. Martin au Bois, aliàs de la Veronique pres Beauuais, Ordre de S. Augustin.

Le Prioré de S. Vincent de Fontenet, dependant de l'Abbaye de S. Iehan d'Angely, Ordre de S. Benoist.

Le Prioré de Dommart, en Ponthieu, membre dependant de l'Abbaye de S. Germer de Flay, en Beauuoisis, pres Beauuais.

Le Prioré conuentuel de S. Anne, pres Chartres, de femmes Religieuses de l'Ordre de S. Benoist.

Le Prioré Cure de S. Estienne de Gannat, en Bourbonnois, membre dependant de l'Abbaye d'Yssoire, en Auuergne, ledit Prioré du Diocese de Clermont.

De Oblatis seu Donatis Abbatiæ, vel Hospitali pio.

22 PROFANIS quidẽ possessionibus abdicãt se purè Monachi, votiuo Sacramento. Ast Oblati, seu Donati Cœnobio, alij se, non sua, eidẽ deuouent: alij suorũ partem duntaxat, alij cuncta expressim secũ transferunt in Monasticã Ædem, aut Xenodochium. Qua distinct. Abbas Siculus rem dirimit, Iuris

Responso. 102. Volum. 2. Et Respon. 366. Volum. 4. Oblatos enim seu Donatos definimus, qui, veste non mutata, & *Regulare* modò obsequium professi, secum bona traducant in nouum monastici Phani domicilium: cui se Phano suáque vulgò dedicarint. Innocentij. 3. Cap. consulti sumus De regular. Et Gregoriano Can. qui bona Caus. 17. Quæst. 1. Cardinal. ad Clement. 1. §. vlt. De decim. Proin Aquitanicus Senatus in cognitione causarum decreuit, penes Oblatum, Donatumuè publico Valetudinario, liberum manere suis de rebus arbitrium, solutámque earum distrahendarum potestatem. Iudicato. 16. Kalend. Sextiles An. 1518. secundùm Stephanum Plancheum, aduersus syndicum Nosocomij D. Andrææ, Burdigalen. Quod Boërius Iudicatum citat, ibidem Præses, Senatoria Decision. 20. Quinimo, media in Gallia, vsu receptum est, prædiarias opes nuncupatim, cum possessore ipso, sacratas pio Hospitio, nihilo seciùs profano iure commercióque eodem teneri: ne popularis priuatáque fortunarum translatio isthæc, in Fiscale vergat Principis dispendium, Magnatisuè inferioris. Sicuti Clariss. Ordo Parisiorum pronuntiauit. 4. Kalend. Augusti An. 1570. in N. Lauardinum, Vindocinensis Andium Ptochotrophij Rectorem ac Magistrum. Ast offerenti se ac sua Religiosis huiusmodi locis, prudens cautio est, patrimonia quantocyùs ære mancipare priuatis, eorúmque pretium in sacram Ecclesiam, cui se voueat, integrum solidúmque conferre. Tales enim alioqui Cœnobitarum priuilegijs non vtuntur sed ciuili subiiciuntur foro vt antea, licitéque coniugia ineunt. Capel. Tholos. Quæst. 8. & Innocentij opinione, ad Cap. vt priuilegia. §. sanè. Vbi Gloz. De Priuil. Cum Decision. 383. Capel. Tholos. Alia planè est *Conuersorum* ratio ac conditio, qui Monastica nimirùm vota tria emittere solent. Panormit. ad Cap. 2. De for. compot. In *Regulari* tamen Cruciferorum Secta, *Donati*, communibus Cœnobitarum votis deuinciuntur, quæque *Propria* vulgus appellitat, illorum instar, quadantenus abnuunt. Quemadmodum ex Eugenianis Literis. 9. Kal. Apriles An. 1431. statuit Eburonum Pontifex Iohannes, Literarum executor. 12. Calend. Iunias An. 1433. tali sermone.

Ludou. Romani Cõsil. 192 Monasteriũ non tenetur ad debita ingressi, nisi bona, cum eo, expressè dedicentur.

Burdigalen. Curiæ Placitum die. 17. Iulij. 1518. pro Steph. de la Planche, contra Hospitale pium, Burdigalæ.

Parisien. Senatus Arestum die 29. Iulij. 1570. *entre l'Abbé de l'estoile, maistre de l'Hostel Dieu de Vendosme, pour les biens d'vn Donné.*

De Conuersis.

Bulla Eugenij. 4. P. die. 24. Mart. An. 1431. Executioni mãdata ab Episcopo Leodiensi, die. 21. Maii. 1433.

Statutum, de Donatis, in Religioso Ordine S. Crucis.

Ordinamus, vt Fratres in Donatos recipiendi, antè receptionem diligenter per annum vel circiter, probentur de vita, moribus, & conuersatione: Probati verò interrogentur, an sint coniugati, an liberi, an alterius professionis, an ratiocinijs obligati, aut occultam habeant infirmitatem. Nullus autem recipiatur in Donatum, nisi requisito consensu totius, vel saltem sanioris partis Capituli, & obtento. Post competentem verò probationem, præmoneantur à Prælato, qualiter omnino, si & quandiu nobiscum esse voluerint, castè & sine proprio viuere eos oporteat. Sed postquam de debitis se expedierint, omnia alia ante pedes Prioris ponant: deinde obedientiam voueant hoc modo. Ego. N. promitto DEO *omnipotenti, B. Mariæ virgini, B. Augustino, & tibi Priori. N. quòd ero obediens tibi, tuisque successoribus, Generali Capitulo & Visitatoribus Ordinis, secundùm Institutiones Donatorum Ordinis S. Crucis, eróque fidelis huic Domui vsque ad mortem. Habitum humilem deferant & decentem, secundùm morem Ordinis Carthusiensium. Dominicis verò & festiuis diebus semper Missam audire studeant: horis etiam canonicis, dum commodè possint, intersint. Singulis quindenis semel confiteantur. Quinquies in Anno corpus* CHRISTI *communicent, ac etiam pluries, si deuotio eorum exegerit, & discretioni Prioris visum fuerit expedire. In Capitulo suo conformes sint Conuersis per omnia. Ieiunia, vigilias, & abstinentias, similiter orationem pro horis quotidianis, pro benedictione mensæ, & gratiarum actione, singuli Priores, in singulis Conuentibus, ea moderentur & determinent, habito respectu ad labores eorum quotidianos. Si verò presbyteri fuerint, in Missis, horis canonicis, aliisque Diuinis officijs dicendis, se Fratribus presbyteris conforment: Et per hoc satisfaciant priuilegijs Ordinis, libertate Ecclesiastica, orationibus & suffragijs tam viuorum quàm defunctorum gaudeant, vt Conuersi. In omnibus verò alijs, discretioni sui Prioris, & ordinationi Capituli generalis, & Visitatorum Ordinis studeant obedire. Quod si inobedientes, rebelles, & profugi, aut etiam incontinentes, vel propria furtiuè habere reperti fuerint, iuxta exigentiam culpæ, condignæ pœnæ subiaceant, mitiori tamen Conuersis. Si verò culpa exegerit, à Priore suo capi, ligari, incar-*

cerari, & in carcere detineri poterunt, iuxta tenorem Statutorum Ordinis nostri: Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis &c. Quinetiam *Parlamentari* Curia vetus solenni iudicio addixit Cœnobiarchæ B. Cornelij, apud Carlopolim, censoriam CONVERSORVM sexus vtriúsque coërctionem & castigationem, ministrantium Hospitali diuersorio S. Nicolai: nequicquam obnitente Syluanectensi Prætore, qui eius Xenodochij Administrorum institutionem, & animaduersionem in CONVERSOS sibi arrogabat. S. Consulto An. 1295. postridie Dominicæ diei, qua, *Lætare Hierusalem*, canebatur. Cui affinis est Synodica Viennæ Allobrogum Lex paulò posterior, de sacris Hospitijs, quæ Religiosorum hominum dispensatione regi consueuerint. Clem. quia contingit. §. penul. De relig. domib. Postmodum autem simile controuersum negotium definijt Senatus. 7. Kal. Maias An. 1355. Ita, vt Augustiniani Fratres, ex prisco Ritu, Nosocomij ministerio adhiberentur, suffragio arbitrióque Corneliani *Abbæ*: sed profanarum rerum Valetudinarij ipsius Curatio superior Præfecturáque ad regium Eleemonem pertineret.

Abbas de S. Corneille, de Compiegne.

Parlamenti Arestum An. 1295.

Viennense Concilium.

Decretum Curiæ die 25. April. 1355. pro magno Eleemosynario Franciæ, super directione temporalium Prioratus vel Hospitalis S. Nicolai de Compiegne.

In 6. Parte Constitutionum Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini. Cap. 9. De pœna proprietarij, *ya cesse exceptim.* Pia tamen & laudabilis discretio ita à Superioribus obseruetur, vt ipsorum fratrum, quorum causâ huiusmodi bona ad Monasterium venerint, quoad eorum necessitates pro loco & tempore huiusmodi bonis eis donatis vel relictis, ab eis vtcumque acquisitis, dispensandis spiritualem habeant rationem &c. Præcipimus autem in virtute S. Spiritus, ac salutaris Obedientiæ, vt si pecuniæ alicui fratri intuitu personæ ab aliquo donatæ fuerint, Superiori exhibeantur inf. 24. horarum spatium à receptione earum, vel à reuersione fratris in Conuentum Prior verò illas in deposito pro communi vtilitate reponat. Prior etiam pecunias sibi in eleemosynam datas intuitu suæ personæ, in deposito pro Communitate, vt sup. habere omnimodo teneatur.

23 ME PORRO non fugit, cucullatis Clericis aliquando reseruari, incunda Monastica religione, suarum partem fortunarum: haud Pacto quidem votiuæ Professioni condicto, sed ab mera Cœnobiarchæ gratia & indulgentia. Quale recepticium ius probant Legum Scholiastæ, quos ciet Boërius, in Burdigalen. Decis. 20. & Nos perspicuè, Lib. 2. Ecclesiast. Polit. forens. At honestiori More comparatum reor, vt Cœnobiorum alumni, sacris Muneribus ac Sacerdotijs ornentur, queîs necessaria vsui priuatim quæritent, quàm profanarum rerum suarum reseruatione pio Voto incongrua, & indecora. Nam Ecclesiastica singula Collegij beneficia, collegæ cuique addicta sunt, potiùs quàm extraneo. Vtputà in Antoniano Ordine monastico, Xystus. 4. P. sanxit, *Regularia* ipsius Sacerdotia, solis tribui Antonianæ Familię Cœnobitis. Apostolica Charta postridie Idus Ianuar. An. 1477. Quæ in maioribus Ordinis Comitijs promulgata est pridie Nonas Maias An. 1478. in hanc formulam. *Beneficia Religionis, quibus imminet cura animarum, non conferantur, nisi expressè professis, & constitutis in legitima ætate, quò possint intra annum promoueri: Alia verò beneficia minora, nisi expressè professis non dentur: Et quòd nullus plura obtinere possit in Religione, sine dispensatione.* Vsqueadeo autem Antoniana Sacerdotia Religiosis ipsis destinantur peculiari eius lege Sodalitij, vt omnes de ijs controuersiæ, domestico Iudicio, seu veriùs Arbitrio Magistri Cœnobij relinquantur. Pontificijs tabulis Martini. 5. kalendis Nouemb. An. 1426. & sexto Calend. Apriles. 1427. Antonianæ enim Sectæ Munerum, quæ *Præceptoriæ* vocantur, genus est quadruplex. Nonnullæ sunt primo loco, superioris tituli *Præceptoriæ*, vtpote Præceptor Ranuersi Flandriæ, Parisiensis, Rostorf Tusciæ, Chamberiaci Hispaniç, Castroxeris Angliæ, Prior vrbis Pontismoutionis, Leodiensis nuncupatę Nauarræ &c. Secunda seriè existunt maioribus subditæ *Præceptoriæ*. Taurinensi nempè Præceptori subest Pręceptor de Buzella, de Fossano Mediolanen. Tertio gradu veniunt *Præceptoriæ*, alijs non generalibus obnoxię: in quibus hi pariter illos Pręceptores instituunt. Postremo loco intelliguntur *Præceptoriæ*, quæ *Abbatialis* Mensæ vulgò dicuntur, ipsi nimirum coadunatæ. Quam in classem rediguntur *Præceptoriæ*, Mompessu-

Sacræ Polit. Lib. 2. Tit. 8. Art. 14.

Statuta sacræ Reformationes Religionis B. Antonij Viennensis, facta secundùm Apostolicas literas Syxti. 4. die. 14 Januar. An. 1477. lectas & publicatas in Capitulo generali, die. 6. Maii 1478.

Romanæ Bullæ, die. 1. Nouem. An. 10. Pontificat. Et die 27 Mart. An. xi. Pontific. Quòd omnes lites, inter Præceptores, Canonicos, & personas Monasterii S. Antonii Viennen super Præceptoriis, & beneficiis ab eo dependentibus, & iuribus eorum decidantur per Abbatem & Diffinitores generalium Capitulorum.

Generales Præceptoriæ, a Monasterio S. Antonii Viennen. pendentes, habent suas Balliuias per se distinctas, & subiectas sub se Præceptorias, in quibus, vacationis tempore alios debent

lana, & Capdole, Biterrensis, Narbonensis, Albiensis, Amilliani, Nemausi, Pontis de rato, de Caturco &c. Vacantis autem Præsule Cœnobij summi Antistes sublegi alius nequit, quàm Monastica in toga eum Ordinem professus expressim, deque communi suffragantis Conuentus sententia. Quo in Congressu publico, præsentes seu qui maturè eò accesserint, ius habent liberi suffragij. Vt gratiosis Antonianæ Familiæ Codicillis Bonifacij. 8. est comprehensum. Haud pauca alia Sectæ huic priuilegia irrogauit Clemens. 6. P. apud Auenionem. 4. Kalend. Septemb. An. 1345. in hæc verba. *Abbati & Conuentui Monasterij S. Antonij, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, & vniuersis Præceptoribus, ac Fratribus Domorum seu Hospitalium eidem Monasterio subiectorum &c. Personas vestras, & loca, in quibus Diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ habetis, & in posterum habebitis, instar Innocentij & Alexandri prædecessorum nostrorum, quamuis in eorum scribatur literis, Magistro & Fratribus Hospitalis S. Antonij, Viennen. diœcesis, cùm nondùm Prioratus, qui tunc erat S. Antonij, d. diœcesis, in Abbatiam erectus, & d. Hospitale, d. Abbatiæ subditum ac vnitum fuisset &c. in nostra & S. Petri protectione suscipimus. Specialiter autem domos, terras, vineas, & alia bona vestra, Apostolica auctoritate confirmamus. Inhibentes, ne quis de hortis, virgultis, seu de vestrorum animalium nutrimentis, ac de Noualibus, quæ proprijs manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat &c.*

instituere sibi subditos. Et ita generales, dicuntur Dignitates, & instar aliarum Dignitatum, maiores sunt post Pontificales.

Clementina Bulla, die. 29 Augusti, An. 4. Pontificat.

24 IVXTA hæc, aliáque variorum Ordinum Sacerdotia Monastica, quæ Religiosis sacro Iure debentur, isti quidem, Scholasticis gradibus prædititi, Academia nominante, nanciscuntur beneficia Ecclesiæ *Regularia*, suóque Instituto accommodata. §. volumus In ver. religiosus De collation. In Concord. Quod ampliùs est, Cœnobita stirpe generosus, Academica nominatione consequitur Sacerdotia, iure stemmatum, natalitiíque splendoris. Vt à Rota Romana decisum prodit Ludou. Pontanus, Singul. 37. Rebuffus in Tract. Nominat. Quæst. 12. Sed idem vnus duo *Regularia* adipisci nequit Munera Ecclesiæ, nec, cum altero, annuam etiam æris pensitationem. Cap. cùm singula De præben. In 6. Quia intolerabile foret, Monachum, ceu seruum, duobus subesse dominis, ac Cœnobiorum Magistris. Cap. 1. Ne sed. vacan. Can. 1. Caus. 21. Quæst. 1. Excepto, si vtrumque sacerdotium ab eodem penderet Monasterio, vel nexum inuicem copulatúmque esset. Tum enim ambo simul assequi ille non prohibetur. Ex glossemate, cita. Cap. cùm singula. Parœciacæ verò animarum curationi minùs licitè præficitur cœnobita: nisi aut veniali Sanctæ Sedis diplomate, aut si prædicatorium Diuini verbi munus dignè gerat Canonicus *Regularis*. Cap. Monachi Cap. quod DEI timorem. De stat. Monach. Deficientibus tamen seculi Clericis, subsidio vocatur cucullatus sacerdos ad Parœciaca munia obeunda. Innocentij. 3. Epistola Decretali, Inter quatuor De relig. domib. Panormit. ad Cap. 1. De capell. Monach. Parœcorum autem partes sunt, curioni isti domum, quam incolat, suppeditare, familiari vtensilium Instrumento munitam. Cui enim temporarium victum, spiritalis pabuli vice, rependi oportet, parocho eidem debetur Habitatio, quæ alimentorum quoque nomine continetur. Leg. 6. & l. vlt. ff. De aliment. legat. l. verbo victus Et leg. seq. ff. De verb. signif. Quod interpretationi quidem subseruit Paulinæ sententiæ (Corinth. 9.) quam Innocentius. 3. P. refricat. Cap. cùm secundùm Apostolum De præben. Atque ita de Sacer-

Nominationes Vniuersitatum.

Monachus, tanquam nobilis, Nominationes impetrat. Ludou. Romanus. Quæst. 12 Num. 31.

Et si monacho Parochialem Ecclesiam habere non liceat sine dispensatione, quùm plangentis, non docentis habeat officiū. Can. alia Can. monachus Can. peruenit. 16. Quæst. 1 Beneficium tamen curatum sui Ordinis. & per fundationem ei additum potest habere ad præsentationem Abbatis sine dispensatione. Clem. vt professores De Regular. Can. doctos Ead. Quæst. illa.

Par Arrest de la Cour du 27. d'Octobre 1586. les manans & habitans du faulbourg S. Iacques & de nostre Dame des Champs, à Paris, sont condamnez loger au plus pres de leur Chappelle succursale de S. Iacques du Haultpas, le Prestre Chappellain qui leur est baillé par les Curez de leurs Eglises parrochiales matrices, de maison manable garnie de meubles; & à icelle entretenir en bonne & suffisante reparation. Et à bailler & payer audict Chappellain par chacun an la somme de 60. liures tournois, ensemble à fournir à ladicte Chappelle succursale d'ornemens Ecclesiastiques, liures & luminaire, tant pour le seruice diuin, que pour porter & administrer les saincts Sacremens à ceux dudict faulbourg, & le tout tenir en bon & suffisant estat.

Quid, non de Presbyterali domo, sed de Ecclesia parrochiali ruinosa, An curatus, & alij Decimatores Ecclesiastici in ea parrochia tenebuntur reficere Templū illud ruinosum? *On dict qu'ils en sont tenuz au pro rata*

desdicts dismes & reuenuz qu'ils prennent en ladicte parroisse. Il y en a procez au Parlement; par appel du Lieutenant de Bar le Duc, qui a condamné lesdicts decimateurs vers les parroissiens demandeurs. Le Procureur Gorillon des appellans, qui sont les Religieux de S. Leon de Toul decimateurs en partie de ladicte parroisse de Trounille, en Barrois. En Aoust l'an 1601.

Arestum, *de Lonimeau* vulgariter dictum, die. 30. Iunii An. 1567.

Libri. 3. Tit. 3. Art. 15.

Placitum Curiæ, parœcianos, Presbyteralis domus reparationibus obligari, præterquam minutis ac leuioribus, quæ possessori ferendæ sunt. Ex l. hactenus §. Cassius ff. De vsufr.

Tridentinum Concilium, Sessione. 21. Cap. 7. & Sessione. 24. Cap. 13. De reformat.

Edictum die. 21. Iunii. 1577. Verifficatū in Parlamento die. vlt. Iunii seq.

dotalium ædium structura pronuntiarunt CONSCRIPTI CVRIÆ, pro Claud. Versorio Longiumelli Vici Curione, aduersùm Vicanos ipsos. Decreto pridie Kalend. Quintiles An. 1567. Qua de re Nos pleniùs, Lib. 3. Ecclesiast. Polit. foren. Ecquid autem de Curialis ædificij fultura refectionéque necessaria? Puto hercle, parœcos fartam tectam peræquè tueri domum, ac ædificare, cogi: sepositis tantùm isthinc modicis impendijs, quæ vel colonus ipse, ac inquilinus, nedum fructuarius Curio, præstare teneretur. Vti Senatorio iudicio definitum est pro Zacharia Periero, Curialis Phani Rectore *d'Estouy*, contra huius Pagi Habitatores, An. 1579. Hoc tamen ita accipiendum, nisi ex annuis Templi prouentibus, qui, omni subducto onere, Pastori supersint, refici ipsius Ædes commodè valeant. Ex Moguntino Concilio, in Cap. 1. Cap. de his. De Eccles. ædific. Cap. si Episcopus De offic. ordin. In. 6. Et Capel. Tholos. Decisione penult. Quam in partem demùm inclinat Tridentina Christianorum Præsulum sanctio, vt excussis priùs Curialis Fani reditibus superuacuis, parœci collapsum Sacerdotis ædificium restaurare teneantur. Regia insuper Edicta parochis gratificantur, conductionis prærogatiua sacrarum Decumarum, quas alicui locatum voluerint Episcopi, Præfectiuè Cœnobijs parœciacæ basilicæ Rectores primarij, seu qui alij Decumano iure præditi sint intra fines parœciaci Vici. Constitutione Francica. 12. Kal. Quintiles, An. 1577. quæ in Senatu Parisiensi lecta recitatáque fuit pridie Cal. Iulias Eod. Mens. & An. Cui consequenter, PATRES C. litem procurioni adiudicarunt, in curionem, Rhemorum Archiepiscopum, locatorem decimarum Parœciæ suæ: Ita, vt his conductione fruendis, ille alteri cuiuis pari conditione anteferretur. S. Consulto pridie Idus Februar. An. 1598. quùm Durandus, Petri Dauidis, Vicarij perpetui causam egisset: Monstrolius, ediuersò, Philippi Becci, Rhemensis Antistitis, qui maior simul parœciaci cuiusdam Templi Sacerdos erat.

Iudicatum Curiæ die. 12 Februar. 159. pro Vicario perpetuo, contra Curatum primitiuum, in locatione decimarum. *De la Cure de Lumel* etiam *apres & pendant le bail à ferme faict desdict dismes par le decimateur Ecclesiastic.*

Vacante Abbatiali sede, succedit Conuentus, excepta bonorum alienatione, & collatione beneficiorum: quæ tamen collatio, ab ea suspenso Abbate, ad Priorem claustralem, cum cōsilio & assensu Conuentus, deuoluitur. hoc §. Abbate Clem. Ne in agro.

Custodes alienorum Beneficiorum regularium.

Symoniam, malorum nostrorū Leruam detestamur.

Concilii verbis, Cathedrales Ecclesiæ, quarum reditus mille ducatos, & Parochiales, quæ ducatos centum annuo valore non excedunt, nullis pensionibus aut reseruationibus fructuum grauari debent.

25 NIHILÒ firmius Cœnobitæ ius est, alterius Cœnobij, quàm seculi purè, Sacerdotia inire: ni Canonibus solutus sit à Pontif. summo, legitimè ve ad aliud translatus Monasterium, in quo seueriorem Regulam amplectatur. Cap. Monachi De stat. Monach. Cap. officij De elect. Cap. licet De regular. Can. statuimus Caus. 19. Quæst. 3. Fatis etiam rapto Cœnobiarcha, Episcopus translatitium ius istud potestatémque faciet Religioso viro, qui priùs eo nomine Conuentum exorarit. Lapus, Allegat. 62. & Rebuff. in Praxi benefic. Tit. De translat. Monach. In Conuentum nempe, vacua orbáque Monasterij Præfectura, deriuatur cura administratióque rerum, paucis speciatim demptis. Cap. cum dilectus De consuet. Cap. 2. De restit. in integ. Cap. vn. De regular. In. 6. Clem. Ne in agro. §. Abbate De stat. Monach. Hanc quoque in sententiam voluenda Decisio Gratianopolit. 1235. Francisci Marci Delphinatium Senatoris, Part. 1. In beneficiario autem Ecclesiæ iure, cauendum imprimis cucullato sacerdoti, ne fidem suam accommodet incapaci profanóque Dynastæ. Quidam enim hodie pseudomonachi *Regularia* suorum Templorum Munera, profani ordinis viris improbato more custodiunt, tacito fideicommisso. Cuiusmodi Symonum labes perinde Canonibus damnata est, ac pecuniaria quæuis sacri Beneficij negotiatio, seu nundinatio quæstuaria. Haud illicitè tamen Sacerdotij controuersia transigitur, nummario in litis sumptus pretiolo, citra fraudem adhibito. Collectan. ad cap. Forus. De verb. signif. Siue etiam æris pensio quædam, à cedente iuri suo, priuatim, recipiatur: modò Sacerdotij prouentus annui æstimationem excedant, intra quam Tridentina Synodus pensiones imponi vetuit Ecclesiasticis beneficijs. Sessione. 24. Cap. 13. De reformat. Rursùm si iustus Monastici Primatus possessor,

grandi pacto ære, negotium dirimat cum iniusto violentóque illius raptore Toparcha, vt ab isto Monachi fideicommissario pacem redimat: Neutiquam tùm ille reus agi poterit Symonicæ notæ. Vt secundùm Thomam Aquinatem disserit Antoninus, Summæ Parte. 2. Tit. 1. De Symonia. §. 13. Ex dictatis Can. quæsitum Caus. 1. Quæst. 3. & Cap. nemo De Symon. Cum Hug. & Hostiensi, ad Can. nullus Caus. 1. Quæst. 1. Quapropter Senatus de eo cognoscens; noxa fraudéque liberum ac solutum censuit Alexandrum Rupefocaldum, ex syngrapha promissæ ab eo Magnati pecuniæ, quò potentioris molestia aduersarij se eximeret, ac *Regularem* D. Portiani, Aruerniæ, Primatum, quem ille, contracta laruati Custodis fiducia, inuaserat, quietè pacatèque retineret. Hunc proinde chirographi sui nummariæque in illum Obligationis nexu liberarunt æquissimi PATRES. Decreto memorabili. 6. Kalend. Septemb. An. 1598. post forensem Roberti orationem pro Rupefocaldo: & Dureti, pro Belino Lupo, Rupisbrunæ domino.

Prioratum hunc *de S. Pourſain*, Karol. Caluus Imper. dedit Geiloni Abbæ Trenorchiensi. Vt ait Petr. San Iulianus, Lib. Antiquitatum Trenorchii Castri & Monasterii, *de Tournux.*

Curiæ Arestum die. 27. August. 1598. hostijs clausis in magna Camera, rescissorium priuatæ promissionis nummorum pro cessione iuris beneficiarij, quos nummos Curia pauperibus adiudicauit, *sans que le Religieux competiteur du Prioré, ny autre deuolutaire suscité, se puissent ayder de la nullité de ladicte promesse.*

D. Anselmus Monachos, vt ne minima quidem sui Ordinis contemnerent, admonet, contestans, per contemptum minimorum ruituros eos in destructionem & despectum omnium bonorum.

Quando quis vult redimere vexationem litis de sacerdotio motæ, habet bonum ius & certum, Tunc dare potest pecuniam pro eo beneficio pacificè tenendo. Cap. dilectus 1. De Symon. Can. nullus 1. Quæst. 1. Panorm. in Cap. cum pridem. De pact. Item quando is cum quo litigamus, esset persona valde potens, contra quam vix possemus victoriam obtinere. Panorm. & Felyn. in d. Cap. Dilectus. Tunc nobis cedendum est aliquo accepto, & licet vexationem redimere. Rebuffus in Praxi benefic. Tit. de Symonia in resignatione. pag. 497.

26 IAMIAM sacrorum Munerum auidiùs sequaces reuocemus in Claustra Monachos: sua quibus Cella addicta est, pœnitentiæ delictorum agẽdæ Instituto, non, fouendæ pinguiorum Sacerdotiorum ambitionis. Diuus enim Bernardus piè Christianeque agnoscit, sua ipsius, Sodaliúmque peccata, eos omnes in Monasteria coniecisse. Epist. 49. ad Honorium. 2. Pontif. Max. Prisci vtique Regionum Principes ac summates viri, Cœnobijs abusi sunt identidem ad animosum supplicij genus in æmulos Principatus sui, tanquam ad ergastula, perpetuáque eorum Vincula, quos infenso odio prosequerentur. Varijs passim apud Aymoinum exemplis, Rerum Francicarum Lib. 1. Cap. 23. Lib. 2. Cap. 12. Lib. 3. Cap. 15. Lib. 4. Cap. 44. 61. 88. 106. & Appendicis Cap. 12. Sic Albertus Kranzius, secundùm vetustiores Auctores, pœnalem memorat detonsionem detrusionémque in Monasterium; Gotthis vsitatam, & Francis, imitatione Græcorum. Suetiæ Lib. 4. Cap. 36. 37. Romanus enim Lecapenus, à Stephano filio, quî cum imperarat. 23. annis in Græcia, coactus est, Imperio se abdicare, & in Cœnobium Insulæ Protes relegatur. Ita Theodosius. 3. à Leone Conone, Orientalium copiarium Duce, exuitur Augustalium fascium Insignibus, & data fide, quòd Monasticam vitam complexurus esset, incolumis dimittitur. Cuspiniano scriptore. Ad hæc, Michaël. 7. Ducas, Imperij. An. 6. propellitur à Nicephoro Botoniate in Cœnobium Studij, nec multò pòst, Metropolites Ephesi lectus, obijt in monasterio Manuëlis. Auctore Zonara. Vice etiam versa, Botoniates, exacto Michaële. 7. Cæsareis titulis emicuit triennio: sed in Cœnobium Periblepti extrusus est ab Alexio Comneno, Isaaci filio, quem * Megadomesticum creauerat. Præterea Fl. Leontius Imp. cùm Græciæ iura dedisset tribus iam annis, Tiberij Apsimari iussu, Dalmatij Cœnobio includitur. Anastasius item Arthemius Imperio exturbatur à Theodosio Quæstore publico, & in ordinem redactus, presbyter ordinatur: ne de Cæsareis insulis postmodùm cogitaret. Eòque minùs nouum videri debet, Græco Cæsare, Leone, Gregorij P. capiti insidiante,

Libror. Aymoini Appendix.

Theodorico Franciæ rege, Vulfoaldus, qui Hilderico, contra Austurasiæ regi adhærebat, cœpit Ebroinum, Theodorici patruum sectatorem, & detrusit in Lexouiense monasterium. Regem verò Theodoricum pari sorte cõclusit in Cœnobio S. Dionysii.

An 1121. Gregorius quidam pseudopontifex Romanus, qui Sutrii se continebat, à Sutrinis deditus Calyxto vero Papæ, Cauẽsi cœnobio includitur, vbi ingloriis mortem oppetiit.

* Maiorem Domus.

Iustæ autem pœnæ titulo, adulteræ coniugi infligitur missio in Monasterium, ceu exilium. Iustin. Nouella. 134. Cap. 10. Vnde supra Authen. Sed hodie C. de adult Et Leonis Imp. Nouel. 32.

Arestum Curiæ die. 12. Iul. 1600. recitatum die. 17. Iul. Hectori Lesneo, appellanti a Iudice criminali Carnutum: qui Mariam Moysiam coniugem, ab eo separatam bonis & habitatione, multis vulneribus affecerat. Dn. *Deslandes* criminoiæ litis relatore.

* monasticum exercitium veræ Philosophiæ.

Lib. 8. Cap. 2.

mulctatos fuisse coniurationis in sacrum caput detectæ reos, Basilium Ducem, Monasticis vinculis & Claustris: Iohannem Chartularium: Iohan. subdiaconum, vltimo supplicio. Quinetiam Curia Parisiensis nudiustertius, reum pœnæ causâ damnauit perenni mansione in Victoriano Cœnobio Lutetiæ suburbano: quòd ille vxorem crebrò fœdè vulnerasset. Decreto. 4. Idus Quintiles An. 1600. ad prouocationem ex Carnutensi Prætura. Verùm enimuerò qui Monasticis sacris initiantur ex Christiano Ritu, spontaneo se Voto obstringunt, non aliena vi suscepto: & hoc * ἀσκητήριον subeunt placando immortali Deo, non autem mortalibus, quos minimè tum, aut leuiusculè offenderint. Monasticam sanè exercitationem probauit Isidorus *Abba* (Tripart. Hist. Lib. 8.) quùm vndique Cœnobium muniens curaret, ne vllus inde egrederetur, sed queîs opus erat, omnia sibi intus suppeterent. Serapion, ad hæc, decem circiter millium Cœnobitarum Pater, cunctos sic educabat, vt ex proprio sudore compararent sibi necessaria, aliísque Indiæ Gentibus ministrarent. Piamonem quoque presbyterum ferunt, cùm sacrificaret aliquando, vidisse S. Angelum ad Aras stantem, præsentes Monachos descri-

Apud Egnhartum in vita Caroli Magni, An. 818. Imperator coniuratos in eum Episcopos, cum Bernharto Rege Synodali decreto depositos iussit Monasterijs mancipari. Bernhartum verò, iudicio Francorum capitali sententia condemnatum, luminibus tantùm orbari.

Tassilo Baioariorum Dux, crimine læsæ Majestatis conuictus, vna cum filio in Monasterium truditur.

D. Hieronymus, vitæ B. Malchi monachi scriptor.

Placitum Curiæ die. 23. Decemb. 1530. de Visitatione & Reformatione Religiosorum Ordinis S. Crucis: Vbi etiam agitur de prouocatione ex abusu facta à Vicariatu dato à Generali, cuidam Bertino *Coppin*, religioso Prioratus *du Verger*, in Andibus, eiusd. Ordinis S. Crucis.

bentem in codice, & delentem absentes. Exin B. Hieronymus in Malcho monacho, Ouis, ait, quæ exit Ouili, statim Lupi morsibus patet. Vt autem Monastici officij partes resecarentur ad viuum, instituta fuit sensim Cœnobiorum lustratio emendatióque censoria, antiquæ Disciplinæ instauratrix: Qualem & Regius Parisiorum Senatus promouit actutùm, obseruaríque præcepit *Regulari* Cruciferorum Familiæ. S. Consulto. 10. Kalend. Ianuar. An. 1530. cuius præcipuæ hæ sunt clausulæ. *Regulæ & Statutis conueniens visum fuit, Generalem Ordinis, qui pro tempore fuerit, vocatis secum Vicario Abbatiæ S. Germani de Pratis, prope Parisius, Priore S. Saluatoris, Melduncnsis, Ordinis S. Augustini, & Priore Conuentus Fratrum Prædicatorum Parisius, aut duobus ex illis, quotannis secundùm solitum morem d. Ordinis, præd. Monasterium S. Crucis Parisien. visitare, ac de sibi assistentium consilio & assensu, correctione & reformatione digna quæ videbuntur, corrigere & reformare posse, præstito per illum iuramento, in ingressu præd. Domus, quòd nihil attentabit contra Reformationem vel Statuta illius &c. Vbi verò d. Generalis personaliter d. Monasterium visitare noluerit, aut non potuerit, dabit ex nunc Vicariatum irreuocabilem proprio Religioso sui Ordinis, qui vocatis secum dd. Vicario & Prioribus, aut duobus ex illis, d. Conuentum personaliter visitabit &c. Et in negligentiam ipsorum, visitabunt d. Vicarius. S. Germani, & Priores prædicti; aut duo ex illis, d. Conuentum &c. Prior & Conuentus Monasterij, ex Fratribus eiusdem quatuor eligant, quos, pro more reformatorum Monasteriorum, Discretos vocabunt: quorum consilio & consensu, Prior d. Monasterij omnia illius negotia peragat, in locationibus terrarum ad Conuentum pertinentium, & in quibuscunque earum solitis alienationibus, in processionibus introducendis, & introductis transactione finiendis, in pœnis grauioribus delinquentibus imponendis, & id genus cæteris. In alienationibus verò rerum d. Monasterij non solitis, quas necessitas vel vtilitas fieri exposceret, Prior, præd. 4. Discretos, & alios quatuor ex senioribus d. Domus euocabit, quorum consilio & consensu alienandi modum & causas tractabit & concludet &c. Visum est etiam, d. Vicarium triennalem esse debere, quem nihilominùs pro hac vice Generalis constituet, & triennio finito, per Priores Conuentuum in hoc Regno existentium, vnus de Conuentu reformato d. Ordinis eligetur: & electione Generali præsentata, tenebitur Generalis eidem electo committere vices suas, iurabítque d. Generalis, à d. Vicario potestatem minimè reuocaturum se, nisi propter d. Vicarij corruptos mores, & quòd à reformatione apostataret &c.*

27 QVVM verò antiquitùs è principe Cruciferorum Æde, Leodiensi,

peteretur externus Francicorum Cœnobiorum Viſitator ac Cenſor, cautum eſt illo S. Conſulto, indigenæ poſteà mandandam hanc Cœnobitæ prouinciam. Haud ſecùs ac Cæleſtinorum in Ordine, quos è media Italia in Gallias euocauit Philippus. 4. Francorum Rex, his præpoſiti ſunt, quos *Prouinciales* dicimus, ab Anteſignano Cæleſtinæ Sectæ Italorum, cœnobiarcha Spiritus Almi, Sulmonenſis, in ſacra Valuenſi diœceſi: Donec ex Clementino Reſcripto. 8. Kal. Februar. An. 1343. lectus fuit primùm ſuffragijs, Gallicæ Prouinciæ Præfectus, Francigena, apud Lutetiam, in Conuentu Cæleſtinorum An. 1380. Vt autographo Codice Cœnobij huius lectitatur. Tranſalpina autem eius Familiæ Templa, quæ Pontificijs tabulis Benedicti. xj. ſigillatim referuntur ex Pridiano die Iduum Martiar. An. 1304. ſunt iſthæc, Monaſterium B. Iohannis in Plano, Lucerinæ diœceſeos, Phanum D. Bartholomei de ciuitate B. Mariæ, S. Spiritus de Magella, B. Georgij de Rochamonice, B. Petri Valliſbonæ, D. Petri de Monte plano, Almi Spiritus & Hoſpitalis cum Eccleſia S. Andrææ de Bucelano, D. Mariæ de Ciuitellis, in ciuitate Theatina: S. Spiritus de Ortona, S. Spiritus de Lauzano: B. Mariæ inter montes, Theatinæ diœceſ.: D. Euſebij de Vrbe, S. Mariæ in Piezan. Pennenſis diœceſis: S. Saluatoris, de ciuitate Pennenſi: B. Mariæ de Collemadio: S. Ceſidij de Caporzano: Almi Spiritus de Yſeruia: B. Mariæ de Triuento: D. Mariæ de Anglonenſi, Treuentinen. Diœceſ.: S. Spiritus iuxta Venafrum: S. Spiritus Alifan.: B. Antonij de Campania, Forentinen. diœceſis: *Prioratus* S. Antonij: D. Leonardi prope Sculculam, Agnann. diœceſis: B. Iohannis de Aqua ſancta: D. Marci de Fucis, Marcicen. diœceſ.: S. Nicolai de ciuitate: B. Martini de Boyano: S. Iohannis de Rodio, &c. Minùs autem, Italis, exteriſuè alijs demirandum, noſtrates, patriæ Prouinciæ Cæleſtinorum, Præſides quæri, non extraneos, vt olim: quùm Gallis etiam inter ipſos Lex ſcripta ſit à Franciſco. 1. Rege, Mart. Menſ. An. 1542. vt intra proprios Senatorij cuiuſque Territorij fines, Diœceſanus quilibet pontifex propontificem conſtituat, omnibus ſua in Regione clericis ius dicturum, non in peregrina, & aliena. Cui Principis Edicto cauſam præbuiſſe videtur anterius ſimile S. C. Lutetianum decimo octauo kalend. Ianuar. An. 1524. in Archiepiſcopum Burdigalenſem: Qui vicarium Præſulem, Pictonicis Eccleſijs imponere damnatus eſt, intra metas videlicet Senatoriæ Pariſiorum Prouinciæ. Sicuti ex Rebuffo didicimus, Praxeos benenefic. Tit. Forma Vicariatus, Num. 158. In hoc pariter argumentum nonnulla congeſſimus, Lib. 2. Sacræ Polit. Foren. Eapropter Heduorum Antiſtes, qui in Burgundia ſedet, Vices ſuas gerentem inſtituit apud Boios, & Fanum Petri, intra ſepta nempe Senatorij Lutetiæ imperij. Ediuerſò quoque, Epiſcopus Lingonum, cuius ſacra Ditio porrigitur Senatoriam vſque Burgundionum vrbem, Diuionem, Vicarium huic Iuridicum dedit pridem, Epiſcopalibus munijs perfuncturum. Vnde & *Officialis forancus, & principalis Officialis Epiſcopi*, à Clemente. 5. P. nuncupati: Concilio Viennæ ad Rhodanum celebrato, in Cap. 2. De Reſcript. Poſt Innocentium. 4. in Synodo Lugdunenſi, Cap. 1. De offic. ordin. Et Cap. Romana De appellat. In 6. Eadem vtique, aut potiori forſan ratione, qui delecti erant forenſibus Trecarum Conuentibus Iudices ſummi, decreuêre Octob. Menſ. An. 1535. vicarium Magiſtratum, à Tullenſi Leucorum Antiſtite, in Ducali Ambarrorum Oppido creandum: ne Barrenſes Galli peregrinum ſubire examen Tullenſis fori Epiſcopalis cogerentur. Nùm verò Barrenſes ipſi, ex prouocatione à Tullenſi epiſcopo, ad ire teneantur ſuperiorémque agnoſcere Treuirorum Archipræſulem, Lis pendet iam inde ab An. 1599. in Lutetiana Curia, abuſus nomine prouocata aduerſùm eos, qui à Tullenſi Treuirenſem Germaniæ Antiſtitem appellarant, potiùs quàm Galliæ Senonenſem. Nouiſſimè etiam Patres Parisien. iudicio cenſuerunt, ab Atrebatum pontifice propontificem ſeu Vicarium, Francico in Regno conſtitui debere, qui ex Sacerdotijs Francicis, Atrebaticæ diœceſeos, Epiſcopalia munia obiret: atque interim à vicino Ambianorum Præ-

Prioratus Hoyenſis, *de Huy, au pays du Liege*, caput Ordinis Cruciferorum. Ex quo, Viſitatores aliorum Prioratuum ſumebantur.

Bulla Clementis. 6. P. die. 15. Ianuar. An. 2. Pontific.

Benedicti. xi. Literæ, die. 14. Mart. 1304.

Cæleſtinorum Italiæ Cœnobiorum numerus.

Gallicæ Cæleſtinorum prouinciæ Magiſter prouincialis debet eſſe originarius Galliæ ciuis.

Edictum regium, quod in Henriciano Codice principalium Sanctionum euoluitur.

Areſtum Curiæ die. 15. Decem. 1524

Lib. 2. Tit. 4 Art. 26. Epiſcopus *d'Auſtun*, habet Vicarios à S. *Pierre le Monſtier*, & à *Molins, en Bourbonnois.*

Sed à Curia iudicatum eſt die. 14. Apr. An. 1600. *au Reſſ. de Champagne*, Lingonen. epiſcopi Officialem foraneum in loco *de Muſſy L'Eueſque*, abuſiuè inſtitutum fuiſſe ab eo, intra limites eiuſdem Parlamenti Pariſ. Nauarroio, & Lametho dicentibus.

Magnorum Dierum Trecenſium Areſtū, a Senatoribus cōmiſſis à Principe latum An. 1535.

Galli, extra Regnum litigare non compelluntur, ſiue eccleſiaſtica de re, ſiue profana.

Placitum Curiæ die. 9 Mart. 1600. de prioratu *de Luchen*, *ſit*

prés Doullens, Benedictini Ordinis cuius possessionem adprehendendi ex Rom. Signatura mandatum tenuerat episcopus d'*Arras* nouo Prioratus titulario Gallo, monacho. Dn. *Debere*, relatore.

Apostolicæ literæ die.13 Sept 1.527. Et Regiæ patentes, die. 29. Decem 1530. Publicatæ in Senatu die.20.Apr.1531.

Clerici secularia Officia tenentes, si in his delinquant, possunt à Rege puniri. Benedicti. ad Cap. Raynutius In ver. Et vxorem nomine Adelasiam, Num. 447.

sule, illius vices adimpleri. Decreto. 7. Idus Martias An. 1600. ad libellum supplicem Fr. Nicolai Parui, de monastico Primatu B. Leodegarij *de Lencheu*, (qui Molismensi cœnobio contribuitur) sito intra fines Attrebatici Episcopatus. Vtut sit, nulla est Principis, Dynastæuè profani in sacratos viros animaduersio Iuridica, præterquàm in Clericos coniuges, qui Regijs auspicijs publica Munera gererent. Tales quippe, Clemens. 7. P. Regiæ coërctioni obnoxios, ingenuè professus est. Codicillis An. 1527. Idib. Septemb. Qui, vnà cum Principali diplomate. 4. Kal. Ianuar. An. 1530. regesti sunt in monumenta Curiæ Parisien. duodecimo Kalend. Maias An. 1531, his verbis. *Clemens &c. Tibi Clericos vxoratos, qui aliàs priuilegio clericali gaudere deberent, Officiales tuos, Officia secularia, etiam in Curiis Parlamentorum Regni tui, & aliorum locorum tibi subiectorum, exercentes, delinquentes capi, & examinari, ac iuxta eorum demerita puniri faciendi, dummodo alios Clericos coniugatos priuilegio clericali gaudentes, tuos Officiales non existentes dicto priuilegio clericali gaudere facias, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus, nonobstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis &c.* Cui Rescripto appositè quadrat Decretalis Epistola Honorij. 3. ad Pontificem Ambianorum. Cap. vlt. De vit. & honest. cleric. Post Iustinianeam Nouellam De mandat Princip. §. festinabis.

28 COMMVNES denique monastici Præsulis, & Monachi partes sunt, ab Aula, Principúmque Basilica abstinere: Ne qui suis Ecclesiis assiduo obligantur ministerio, ministri fiant Regiæ, & Aulico in Prætorio moras trahant, obtentu ambitiosi in illo Consiliariorum tituli, vel suarum litium priuatarum. Vt Cabilonensi Galliæ Synodo sanctum fuit, (Art. 15.) Meldensi, cap. 57. ac Viennensi œcumenica, §. quia verò Cap. 1. De stat. monach. In Clement. Hoc itidem nomine, Tridentinum Concilium Episcopos taxat nonnullos immemores officij, qui Aulis Principum virorum inseruiant nec leuiter idcirco dehonestent Pontificalis litui decus. Sessione 25. Cap. 17. Decreti de Reformat. Quin & Antiocheni Conuentus Ecclesiæ Regula. xj. arcentur Episcopi aditu Cæsareæ Aulæ, subiuncto minaci Anathematis simul & Exauctorationis edicto. Quòd si publica necessariáque ratio, vt adiretur, Princeps, exposceret, id confieri oportuit Metropolitæ consilio tractatúque habito, ac reliquorum in Prouincia Antistitum, qui proficiscentem insuper Episcopum commendatitiis Literis prosequerentur. Id quod Aureliensi quoque Synodo. 1. cautum legitur, Cap. 9. Sardicensi necnon Concilio, acerbè perstrinxit Osius Episcopus Antistites sacrorum plerósque, Afros præsertim, qui ad Imperatoria castra accessissent. Can. 7. Pudendum est namque superni Numinis Sacerdotes primarios, in terreni Principis familia comitatúque numerari: Qui eos, ceu Patres ac Pastores, venerari debeat, paternóque honore ac debita ipsis reuerentia colere. Sicuti Gregor. Nazianzenus scripsit Byzantiorum Augustis. Can. suscipitis Distinct. 10. Ea de causa, verè pij Reges prisci non expectarunt sanctorum Patrum, Monachorumque in Regias suas aduentum: sed eorum vel Cellulas petière, vel Precibus in Cœlites, se suáque beneuolis Epistolis commendarunt. Vt illustribus sacræ Vetustatis exemplis ostendimus, Lib. 2. Ecclesiast. Polit. Tit. 8. Art. 30. Extant similiter, Conradi. 3. & Friderici. 1. Imp: Epistolæ nonnullæ ad Hildegardim. monialium Præfectam religiosissimam, quæ vita decessit An. 1180. In nostra itidem Gallia, Augustæ memoriæ Rex Philippus. 2. conuenit paulò post ea tempora Bernardum, Eremitam, qui in nemore Vicenarum degebat: eiúsque suasu, populares suos quosque, Hebræis debito ære liberauit; saluo quincunce in Fiscum inferendo. Quemadmodùm Rigordus tradit, Philippi pædagogus simul & Historiographus. Ita Karolus. 7. Francorum rex, consilio ministerióque vsus est Cælestini cœnobitæ, Iani Bassandi, in publica Regerenda: quùm Basileam Rauracorum eum transmisit ad Amedeum Ducem Allobrogum, vti Romano se Præsulatu abdicaret, qui Basiliensi Synodo fuisset in Schismate designatus Antistes primæ Sedis Christianorum. Vnde Cælestini tandem monitis impulsus, cessit Amedeus

Cabilonense Concilium, tempore Clodouei. 2. regis.

Concilium Antiochenum, Volum. 1. Concil.

Nullus clericorum sine commendatitiis Episcopi sui ad Regem accedat. Sardic. Concil. tempore Iulij. 1. P.

Nazianzen ad Imperatores Constantinopolitanos, Lex, inquit Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis Tribunalibus subdit. Dedit enim & nobis potestatem, dedit & Principatum.

De hac B. Hildegarde Abbatissa & prophetissa, Nos suprà Art. 18 De qua etiam Tritemius Abba.

Hic Bassandus, Superior Cōuentus Cælestinorum Parisien. Dein Ambiano in Conuentu Prior, ob vitæ sanctitatem & doctrinam quinquies electus fuit in Prouincialem Ordinis.

Amedeus Romanæ Eccleſiæ Pontificatu: Quem multi antea Regum Principúmque ſummorum Legati mouere nequiêrant ad tanti Magiſtratus faſces deponendos. Vt manuſcripta Cæleſtinorum Hiſtoria continetur. Porro ſi Principis rogatu, ſacer Præſul immoretur Regiæ aliquantiſper, hic illum liberè debet hortari, vitia incuſare, & acri cenſura in Regios mores, communi ſaluti proſpicere: non autem profani Aulicíque officij titulo, eidem famulari. Nam Gregorius Turonum Archipræſul, ſanctis DEI Sacerdotibus, qui regia Chilperi Franci gratia præualebant, Adhibete, infit, ei conſilium ſanctum, atque ſacerdotale, mementote verbi huius Prophetici, Si viderit ſpeculator iniquitatem hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis. Ergo nolite ſilere, ſed prædicate, & ponite ante oculos Regis peccata eius: ne fortè ipſi aliquid mali contingat, & vos rei ſitis pro anima eiuſdem. Sicuti à Gregorio ipſo memoratur, Francicæ Hiſt. Lib. 5. Cap. 18. Tum Aimoyni Lib. 3. de Geſtis Francor. Cap. 26. Egregiè verò Lupus, apud Ferrariam Senonum *Abba*, commonuit Karolum. 2. Imperat. & Galliæ regem, hoc modo. *Conſilium Domini in æternum manet, acquieſcite conſilio quod per Prophetam ipſe dignatur dare mortalibus: Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet, ac ſperantes in Domino miſericordia circundabit &c. Me autem noueritis, quotieſcunque poſſum, Dei clementiam intentis precibus implorare, vt concedat vobis proſixam ſoſpitatem, incruentam victoriam, perpetuam pacem, vitiorum odium, poſſeſſionem virtutum: ſicque vos faciat regnare in Terris, vt Regnum non amittatis in Cœlis &c.* Lib. Epiſt. 33. & 38. Hæc de noſtris quidem: externa nunc perluſtremus Regna, quæque optimorum Præſulum in ſceleſtos Reges cenſo-

Alia piè monentium Principes exempla ſunt Symoneti Cameruni Heremitæ, Franciſci de Paula Heremitæ, &c. apud Bapt. Fulgoſium, Lib. 2. Tit. De Maieſtate.

Gregor. Turonenſis.

Lupus, Bethlehemitici Cœnobii Abba, in Senonen diœceſi, interfuit Synodo Sueſſionenſi, An 843. imperante Karolo Caluo. Cuius fundationem Monaſterii Ferrarienſis cernere eſt noſtro Lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 4. Art. 12.

In vita S. Mauri Abbatis Fauſto à eius condiſcipulo ſcripta An. 583. quo ille mortuus eſt, Rex Theodoricus, petita ab eo venia. Cœnobium ipſius ingreſſus eſt, & illico ſpreta dignitate Regali, Purpura indutus, omnium fratrum pedibus ſe proſtrauit, & lachrymis totus profuſus, vt ſe ſuumque filium orationum ſuarum omnium participem facere dignarentur, humillimè rogauit. Cumque Maurus è pauimento eum eleuare vellet, benedictionem viri ſancti poſtulauit, qua percepta, lætus Andegauis reuerſus eſt.

ria libertas effulſerit, obiter exploremus. Staniſlaus Cracouiæ, in Sarmatia Epiſcopus quondam, variè commotus fuit in ſæuitiam flagitiáque Boleſlai Principis ſui. Is enim pietate iuxtà, ac genere conſpicuus, prudenter cernebat iniurias & exempla Regiorum facinorum ad multos pertinere: eòque aditum Regem blandè admonet, ſemotis arbitris, orat, obſecrátque, vt moribus iſtis & corruptelis finem ſtatuat: Ne quod graue malum ſibi, ſuiſque, ac Regno accerſat vniuerſo. Peccata per ſe maxima, longè tamen maiora eſſe in Principe, quàm in priuato homine: cùm ea pariter, quæ in aliis leuia exiſtant, grauiſſima in illo, qui cæteris Dignitate præluceat, eſſe videantur. Quandoquidem ipſa mortalium ſeſe oculis vltrò ingerant, plurimóſque ſecum fœdo exemplo in præcipitium trahant. Quò ſublimior Rex ſit ac fortunatior, hoc maiori vitæ puritate ac innocentia eum niti, Superúmque beneficentiam agnoſcere oportere. Niſi faceret iſtud, caueret, ne diuina ipſa Nemeſi, de ſuo gradu in imum deturbaretur, neu denique falſas & momentaneas voluptates diris ſempiterníſque cruciatibus commutaret. Dicta iſthæc, Rex iniquiore animo pati, & ira odioque inflammatus, contumeliis inceſſere pium Antiſtitem, quærere, quo pacto ipſius auctoritatem eleuaret, oríſque libertatem comprimeret. Haud ſegniùs, Staniſlaus, vbi Regem minimè reſipiſcere animaduertit, tetro eum anathemate percellit: vetat Sacra fieri Vrbe tota, vt ille Populi, qui ſacris arcebatur, deteſtatione ac conuitio ad ſaniorem mentem reuocaretur. Sicuti Chromerus narrat, Polonic. Rer. lib. 4. Ab eodem relatum eſt. Sarmatiæ regem Vuladiſlaum immenſis largitionibus Ærarium ſuum exhauſiſſe: quúmque ſuperforent multi, quibus ſubuento opus eſſet, Eccleſiaſtica bona illis dilargiri cœpiſſe: vt media bruma duntaxat eorum vſufructu ſuſtentarentur. Quæ pernicioſi res exempli viſa eſt Proceribus Eccleſiæ. Albertus itaque, Gneſnenſis Archiepiſcopus, & Sbigneus, Cracouienſis Epiſcopus properè excurrerunt ad Regem, ſimul cum primoribus ſuorum Templorum Sacricolis: quò Regias illas donatio-

Staniſlaus cognominato Sciepanoni‑s, Cracouienſis in Polonia epiſcopus.

An. 1256. Henricus Angliæ Rex vocauit fratrem Iohannem de Derlintona Religioſū ad familiare conſilium ſuum, qui de Ordine Prædicatorū exiſtens, literatura pollebat & conſilio, ex Matthæo Paride in Angl. Hiſt.

Ladislaus, ſeu Lancelotus Poloniæ Rex.

nes cohiberent. Prima fronte, Archipræsul submitiùs frustra orabat Principem. Ast Sbigneus, præfracti animi & constantiæ vir, in eum inuectus est asperiùs, profusaque illa alienarum opum munera acerrimè taxauit, ac, ni cœpto absisteret, grauiori se in eum animaduersione vsurum minitatur. Excusanti verò necessitatem Regi, & piam in calamitosos homines commiserationem, adiecit, nihil ea opus misericordia futurum fuisse, nisi ipse tam multis calamitatem illam intulisset. Neque id vllatenus Sbignei animum emollijt, haud suam vnius, sed publicam Sacerdotum causam agentis. Annal. Polonic. Lib. 20. Ex Britannia item Insula ciere possumus illustre argumentum Pontificiæ liberæ in Principem exhortationis. Nam, vt protritum D. Thomæ, Cantuarien. Præsulis exemplum omittam, Heraclius Solymorum Patriarcha, quùm appulisset in Angliam, cœpit Erricum Regem orare, obtestari, vt pro re Christiana tuenda conscriberet exercitum, ac Latinis in Syria laborantibus suppetias ferret: enixè professus, pij laboris mercedem à cœlesti Numine breui post repensum iri, quòd bene acta gestáque æternis præmijs remuneraretur. Ad ea verò respondit Henricus, sacræ expeditioni domesticas seditiones, externáque bella admodùm obstare: sed in militum stipendia pecunias pollicetur. Replicat Patriarcha, rei bellicæ molem istam viris impensiùs egere, quàm nummis, quos abundè multi suppeditabant, proindéque strenuos milites, clarissimúmque Imperatorem postulare: Vt rationibus periclitantis Ecclesiæ Asiaticæ consuleretur. Tùm Erricus, multas causatus occupationes, quo minùs sanctæ Militiæ se accingeret, verborum blanditijs Hierarcham Douerum vsque deduxit, Gallico littori finitimum Oppidum: vbi ingentibus oneratum pollicitationibus hominem dimittere voluit. Sed Antistes, priusquàm digrederetur, Ingratissimus, ait, es Princeps, qui tot acceptis à DEO beneficijs, hanc ipsi neges operam, datísque verbis, illudas abs quo propterea desertum iri te ne dubites. Et quia illibenter audiri à te hæc video (Rex enim subirascebatur) haud ideo conticescam: quùm mea nil intersit, hìccine à Christiano te impio, an in Syria ab infidelibus occidar Sarracenis. Cui Rex illico, Si meis, infit, populis vna omnibus lingua foret duntaxat, talia apud me non auderes effari. Verè istud quidem, subdit Antistes, quòd sis charus nemini: Nemo te perperam admissorum cõmonefacit: quò malè transacta vita, malam quoque mortem obeas. Nec plura fatus, in continentem transmisit Heraclius patriarcha. Scriptore Polydoro, Anglicæ Hist. Lib. 13. Pannoniæ autem Reges prisci, semper comitibus vsi sunt Bellicarum expeditionum Religiosis quibusdam salutiferi VERBI præconibus: ne quid irrito Numine molirentur Principes ipsi, neuè castrensi Militum lasciuia irati Superi, Regiorum armorum conatus pessundarent. Hinc Pannonica Lex vetus sic consignata literis, *Prædicatores duo ex singulis Monasteriis ad castra mittantur.* Quinimò Pannonum Rex Ludouicus, ciuili Monachorum opera ac industria, Fœdus pepigit cum Karolo. 4. Imp. & Cazimiro Sarmatarum Rege An. 1363. Nam inter eos feruente Bello, Vrbanus. 4. P. de pace cum ipsis diligenter egit per Legatum suum Iohannem, Franciscanum sodalem. Qui mira demùm arte prudentiáque, inimicos Principes sic conciliauit inuicem pronuba concordia & affinitate, vt Karolus Cæs. Cazimiri Regis neptem Elizabetham sibi connubio sociarit. Auctore Chromero, Polonic. Rer. Lib. 12.

Anglia.

Hierosolymitanus patriarcha.

Aidanus autem Scotiæ, & Brudeus Pictonum reges, inuicem dimicantes, reprehensi à D. Columba, eius monitis parent. Lib. 4. Leslæi, De Scoto. reb. gest.

Hungaria.

Ex Tripartito Opere Iuris Cõsuetudinarii Hungariæ, quod Vladislaus rex confirmauit An. 1490. collectum antea, & post annorum Centurias aliquot redactum in ordinem à Steph. Vuerbevvczio, & Hieronymo Balbo.

EPILOGVS LIB. I.

Præsules sacri. Principes terreni.

29 HACTENVS de singulis priuatim Cœnobitarum partibus ac functionibus munerum necessariis: Quas exinde mutuò agnosci, rependíque par est grato ac beneuolo in illos Summatum Ecclesiæ Terrenǽque Orbis studio, ac Beneficiis eximiis. Isthæc autem Beneficia, priori Monasticorum officiorum Tractatui subiungenda duxi seorsùm proximo Libro: Vt sigillatim latiore campo discussa, descriptáque adeo, ocyùs vindicarentur ab obliuionis iniuria, naufragiiuè ac direptionis veterum Tabularum: quæ piam in Religiosos viros munificentiam tùm Pontificum, tùm Principum

testantia, in penitiori illorum Cartophylacio reconduntur. Quantum enim intersit publicè, antiqua Monasticorum Priuilegiorum Diplomata, variis Exemplaribus, Memoriæ commendari posteritatis, indicat B. Gregorius R. P. Brunichildi Francorum Augustæ, de Gallicis quibusdam Heduorum Monasteriis, tali sententia. *Nos pro munitione locorum, de quibus Excellentia vestra scripsit, omnia, sicut voluit, sancire studuimus. Sed ne fortasse ab eorum locorum Præpositis eadem Decreta nostra tempore quoque supprimantur, pro eo quòd eis quædam interdicta esse noscuntur, hæc eadem Constitutio Gestis est publicis inserenda quatenus sicut in nostris, ita quoque in Regalibus scriniis teneatur.* Regesti Lib. xj. Cap. 8.

De Ecclesia nempe S. Martini in suburbio Augustodunensi, de Monasterio ancillarum Dei, & Xenodochio in eadem Vrbe.

Explicit Liber primus.



LIBRI. II.

MONASTICARVM RERVM,

Titulo. I. summatim excussa.

1. PRIVILLEGIIS MVLTIS *digna priorum Monachorũ vita & Institutum.*
In primitiua *Christianorum Ecclesia, Monasticæ Casæ passim erectæ.*
Diurnæ, per calculos, Orationes in Deum, ac Preces.

2. *Monastici exercitij vera ac genuina remuneratio in Cœlis.*
Prælaturæ diœcesanæ, *à Monachis repudiatæ nonnullæ, aliæ dimissæ ac depositæ.*

3. *Summi Pontifices quidam, ex Monastico Ordine assumpti.*
Abbates *plurimi, Normanicæ oræ, Anglicæ, Belgicæ, Aquitanicæ, Episcopi facti.*
In Germania pariter, Italia, Hispania, Græcia Monasticus labor, ac virtus Episcopali munere dignitatéque exornata.
Carmelitæ, & Franciscani, *ad Episcopatus euecti.*

4. *Apostolica Cœnobij cuiusque in vniuersos eius Alumnos Priuilegia.*
Arelatensi Monasterio datum à Vigilio P. priuilegium, confirmatur à Gregorio Mag. successore.
Bulla *priuilegiaria, in gratiam* Abbatiæ *S. Medardi, Suessionen.*
Pontificiæ Literæ, exemptionis Fori, aliorúmque priuilegiorum, pro Cœnobio S. Germani de Pratis.
Quatenus Monastica Exemptio, vacatióque Fori ordinarij Ecclesiastici procedat, vel restringatur.

5. *Cluniacensis Ordinis priuilegia Apostolica.*
Abbas *Cluniacensis præest cunctis Conuentibus, Membrísque ab eo dependentibus, tam* mediatis *quàm* immediatis.
Prioratus *Charitatis, insigni dono affectus à Cæsare Constantinopolitano.*
Reformationis Statuta *Religiosorum* S. Martini de campis, *Lutetiæ.*
Decimarum immunitas pro Cluniacensibus, & Cælestinis Monachis.

6. Prioratus *Ordinis Cluniacen. non sunt fundationis Regiæ, Ducum, aut Comitum: eóque* Oblati *à Rege, alimentis minimè obnoxij.*
Secularisatio Abbatiæ, *eam non liberat à iure Regio imponendi Cœnobiis Veterani militis, qui in iisdem alatur.*
Præbenda *vna in* Cathedralibus *&* Collegiatis *quibusdam Ecclesiis, adsignata Cluniacensi Monasterio, S. Vincentii, & S. Mauri* de Fossatis.
Redituum dispensatio Cluniacen. Cœnobii, in vsus pios largissima.
Abbatiarum *numerus, &* Prioratuum *Ordinis Cluniacensis, tam fœmineorum, quàm virilium.*

7. *Cisterciensium Priuilegia Pontificia.*
Abbatum *depositionis canonicæ forma.*
Benedictio, Abbati *quatenus ab Episcopo danda.*

8. *Vacante Episcopatu ordinario, noui* Abbates *benedictionem petant à vicinis Episcopis.*
Ad seculare *Forum, Cistercienses, pro Monasticis etiam latifundiis, ne trahũtor.*
Libera Abbatum *huius Ordinis electio, ex* Romanis Bullis.
Conseruatores priuilegiorum *Apostolicorum, pro variis Ordinibus Monasticis, & Monasteriis.*

9. *Negotiorum Ordinis Cistercien. Procuratores constituendi potestas penes summum* Abbam, *& Quatuor primos.*
Excommunicandi Cistercienses facultas, Ordinarijs Prælatis *locorũ adempta.*
A Mendicantium *Ordine, transire non licet ad Cisterciensem.*
Reuocatio Gratiarum expectatiuarum, Commendarum, Reseruationum, *Vnionum, de beneficijs Cisterciensis Ordinis.*
In Commendatarios *Monasteriorum eiusdem Ordinis.*
10. *Decimarũ exemptio Cisterciensib. indulta, distinctâque varijs Pontif. Rescriptis.*
In spolia *Monachorum eiusmodi decedentium,* Commendatarij Abbates, Prioresuè *an succedant.*
Egregiorum Operum Scriptores Cistercienses.
11. Maius-monasterium, *iuxta Turonensem vrbem, Benedictini Ordinis.*
Eiusdem Priuilegia, à Romana Sede concessa.
Noualium Decimæ illi attributæ, pro portione antiquarum ab eo possessarum in alienis fundis: Vt immunitas decimarum, in proprijs.
Delegatis à Papa *non licet, eius Cœnobij, &* Prioratuum *Monachos excommunicare, vel suspendere.*
Prioratuum *numerus, à* Maiori monasterio *dependentium.*
Cælestinorum Priuilegiaria iura.
Bullæ *Romanæ, & Aresta Parisien. de Cælestinorum exemptione à Decimis.*
Nummariæ decimæ, ex Ecclesiasticis bonis, in Principẽ, quando primitùs impositæ.
A quibus Decimis præstandis, initio, Cistercienses, Carthusiani, & Moniales Fontis-Ebrardi exciperentur, eximerentur.
13. Statuta, *& prærogatiuæ Cælestinorum, ex* Bulla *Cælestini 5. eorum Institutoris.*
Pontificia Ordinis *Cælestinorum adprobatio.*
Transmontanis Cælestinis Conseruatores *priuilegiorum dati.*
Cismontanis irrogata Fiscalium Indictionum omnium Immunitas.
Gregorianum Rescriptum, pro Cælestinis.
14. Charitatiuum subsidiũ *Clero imponere, ius est* Prælatis, *ex probabili causa.*
Diœcesanorum *potestate exempti Monachi, debeant necne Episcopo* charitatiuum subsidium.
Cisterciensium, de eo, Priuilegium exemptionis speciale.
Pro iure Visitationis *&* Procurationis officij, *moderata vel impensâ victus, vel pecuniæ taxatio solùm permissa.*
Beneficiorum vacantium Annatæ.
Annatæ, *& Decimæ, à* Prælatis, *ad tempus Franco Regi indultæ.*
15. *Ius funerandi est* parochiale.
Mortuorum corpora, olim intra Ciuitatem sepeliri prohibita.
Multò minùs in Ecclesijs Vrbanis, & templis humari quondam solita.
Episcopi antiquitùs soli, Reges, aut Sacerdotes primarij, Ecclesijs inhumabantur.
De S. Renato, Andium Præsule, post D. Maurilium, Andegauen. Episcopum.
16 *Bonifacianum, pro Cælestinis, priuilegium.*
Eorundem Statuta. *ordinariam vitæ Monasticæ Normam spectantia.*
Commenda Abbatiæ *S. Germani de Pratis: Cuius tamen, Conuentus vnitus est* Congregationi Casalis-Benedicti.
17 *S. Trinitatis, seu de Redimendis captiuis, Monachorum priuilegium vetus.*
Infeudatæ decimæ, quæ ad suam Ecclesiam quoquomodo redeant, Ecclesiastico iure primæuo censentur.
18. *Vectigalibus publicis immunes sunt Religiosorum res annonariæ.*
Rober. Gaguini vitæ summa, & Monumenta literaria.
19. *Monachi iuuenes, in Academiis, vt sacra doctrina imbuantur, alendi sumptibus Monasterij sui.*
Vallisscholarium *Ordini, in eam studiorum causam, tributa Priuilegia à Summo Pontif.*
Ordo iste à diœcesano *Episcopo, & Ordinariorum potestate liber ac solutus est.*
20. *Episcopaliũ Insignium, vsus* Abbę *permissus, non protẽditur extra suum Monasterium, &* Prioratus *subditos, vel extra Cœnobium similiter exemptum.*

Priuilegium sumendæ per nouum Abbatem *benedictionis à quouis Episcopo.*
S. Ruffi Ordo, sub regula sancti Augustini: cuius Caput Ordinis, est Abbatia, *in Delphinatibus, propè Valentiam.*
21. Cruciferorum *Ordo, aliùs in Francia, alius in Italia.*
S. Crucis Monachorum priuilegia Apostolica.
Prioratuum *huius Ordinis quorumdam enumeratio.*
22. *Præmonstratensis Ordinis origo, & Priuilegia.*
Grandimontani Ordinis institutio.
Eiusdem Statuta *&* Prioratuum *Series ab eo pendentium.*
23. *Monasticus Fratrum* Hospitalariorum *Ordo sancti Antonij Viennens.*
Indulgentiæ, Gratiæque *in hunc Ordinem Pontificiæ.*
Statuta *Monasterij sancti Antonij Viennensis, &* Præceptoriarum *ab eo dependentium, ac subditarum.*
Regiæ literæ confirmationis Priuilegiorum Ordinis sancti Antonij.
24. *S. Iohannis, Hierosolymitani, Militum Ordo religiosus.*
Eximia ipsius Iura ab Pontificio, & Regio Francorum Beneficio.
25. *Militantium Religiosorum Ordo triplex, &* Hospitalariorum *Equitum origo.*
Rhodiæ Insulæ fortuna varia.
Melita Insula, & Melitense Concilium Ecclesiæ.
Templariorum *Ordinis initia, progressus, & euersio.*
Teutonicorum *Militum sacrorum institutio.*
Hispanici Religiosorum Equitum Ordines.
Similes in Portugallia *creati.*
26. Statuta *Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, à Pontificibus Max. comprobata.*
Hospitalarijs *Equitibus nefas est, de bonis quæ acquisierint, testamento etiam ad pias causas disponere.*
27. *Monasticis officijs Hospitalitas coniuncta.*
Ecclesiæ priuilegia, pijs Hospitalibus *communicantur.*
Aresta Francica, Hospitalium *regimen Politicum exactè statuentia.*
28. *Reditum annuum à Meuio debitum,* Hospitali *specialiter legatum,* garentire *non tenetur hæres testatoris.*
Secus de Reditu annuo generaliter aut indefinitè legato.
Senatus, de ijs, Decreta.
Regum, in Hospitalia, *liberalitas, de cibarijs, & alijs.*
Trecentorum Cæcorum, Parisien. Priuilegia Apostolica.
29. Mendicantium *Ordines monasticos* Prælati *Ecclesiarum grauare prohibentur.*
Immobilium bonorum incapaces Monachi eiusmodi, sed quorum venditorum pretia, in necessarios ipsorum vsus impendi possunt.
E Mendicantium *Ordine, ad alium transeuntes, non habebunt* vocem in Capitulo, *nec Administrationes,* Prioratus, *vel Officia.*
Minores. 27. annis, non consequuntur Prælaturas *in certis Ecclesijs.*
30. *Priuilegium* Mendicantium *concionari, confessiones audire, & mortuos in suis Ecclesijs sepelire.*
Fratrum Predicatorum *Constitutiones à* Papa *adprobatæ, plenáque exemptio à potestate Ordinariorum.*
Magistris, & Prioribus *licitum est, Fratres, à quauis excommunicatione, paucis exceptis casibus, absoluere.*
A regularibus *Magistrorum &* Priorum *præceptis appellatio non admittenda.*
31. *Fratres & Sorores* de Pœnitentia B. Dominici.
Statutorum *Prædicatorij Ordinis Articuli multi.*
32. *Eremitarum Augustinensium approbatio Pontificia.*
33. *In hunc Ordinem Apostolica multiplex* Indulgentia.
Mantellati, *& præcincti* Zona Augustinensi, *paribus cum Ordine, vtuntur Priuilegiis.*

Augustinensis Ordinis Statuta, *eorumque Appendices.*

34. *Franciscanorum Ordo, & Regula.*

In Fratres Minores, *Pontificia multiplex gratia.*

35. *B. Claræ Sororibus, Ordinis S. Francisci, concessa à Rom. Præsule, Decimarum exemptio, omniúmque Tributorum.*

Fratres, & Sorores tertij Ordinis sancti Francisci.

Fratres de Familia, *de iisque, cum alijs B. Francisci Ordinibus, pacificè statuta à Pontifice Max.*

36. Cappucenorum *institutio, & priuilegia,*

Hierosolymitana Monasteria Fratrum Minorum.

Andegauorum eiusce Ordinis Conuentuum cathalogus.

37. Minimorum *Ordo, inter* Mendicantes *connumeratur.*

Priuilegia Fratrum Minorum, *& Prædicatorum,* Minimis *communicata.*

Horum exemptio à Decimis, & Oblationibus *soluendis.*

Vectigalium omnium Immunitas regia, ijsdem tributa.

Conuentus etiam Minimorum *quidam, à Gallo Rege fundati.*

Cathalogus Conuentuum, huius Ordinis in Gallia.

38. Carmelitarum *Regula, eique postmodum addita Capita, vel* Statuta *ipsam temperantia.*

Apostolica huius Ordinis Priuilegia.

Prioribus Carmelitanis *licitum, Fratres apostatas & criminosos* incarcerare, *punire.*

39. *Sancti* IVBILÆI *solennitas, ex Carmeliticis* Satutis.

Ordinis Carmelitici Statuta *pleráque.*

Publica Studia Carmelitarum.

De infirmorum Fratrum conscientia, & bonis, sancita ab ijsdem.

Fratres Carmelitæ, annis 40. *minores, de Conuentu in Conuentum quotannis transmutentur, etsi in altero eorum professionem fecerint.*

Sacrorum Operum Scriptores Carmelitani.

40. *Carthusiensis Sectæ commendatio, à seuera Regulæ suæ obseruatione.*

Antiqua Romanæ Sedis in Carthusiam Priuilegia.

Hic Ordo immediatè *subiacet Apostolicæ Sedi, ab Ordinarijs exemptus.*

Annatis *quoque, Decimis, aliisque nummorum collationibus exoneratur.*

41. *Eiusdem potestas absoluendi excommunicatos, qui ipsi Ordini se voueant.*

De iure alienandi bona Carthusianæ Ecclesiæ, ex causa, solennibus adhibitis.


42. Statuta *Carthusien. Ordinis, &* Capituli Generalis *eiusdem Decreta.*

Theologici Interpretes, & Scriptores, è Familia Carthusiensi.

Ecclesiarum Carthusien. in Gallicis prouincijs, Cathalogus.

43. *De alijs Monasticis Ordinibus quinam tractarint Auctores.*

Apostolica Priuilegia, veris Monachis, non autem discolis *&* irregularibus, *scripta ac proposita*



MONASTICΩN, LIBRI II.

TITVLVS I.

DE APOSTOLICIS COENOBITARVM PRIVILEGIIS.



ANCTA, VERE' MONACHI, STVdia & opera prouehi iuuaríque decet Priuilegiariis in in eum Ordinem muneribus, tum Pontificiis, tum Regiis. Nam Politica ista Monasticarum rerum Curatione ac tutela, integer etiam status, neruúsque seruatur Disciplinæ *regularis* ac Cœnobitici vitæ Instituti: Quo non præstantius aliud, futuríque Regni cœlestis speculationi aptius, excogitari potest. Id quod, Gregorius in Maximum, ostendit perspicuè, quum & Heliam Thesbiten oculis subijcit, qui libenter in Carmelo

D. Iohannis.44. Episcopi Hierosolymorum, De institutione primorum monachorum in veteri Lege exortorum, & in noua perseuerantium, Liber, ad Caprasium monachum, Tom. 9. Bibliothec. sacræ.

Vide Hieronym. Platum ex Societate Iesu, Lib. 2. De Bono status religiosi, Cap. 20. Religiosum statum ab ipso Christo institutum fuisse, & in ipsis primum Apostolicis, & Cap 21. Religiosum institutum vt viguerit tempore Apostolorum.

Diuinæ Philosophiæ vacabat: & Iohannem Baptisten, in * Eremo, Dominicum præcursorem: ac IESVM adeò SERVATOREM ipsum, qui vt actiones multitudini hominúmque frequentiæ, ita Preces quieti locísque ab humano commercio semotis ferè tribuebat. Hoc nimirùm exemplo, præscripsit CHRISTVS, ac velut lata Lege promulgauit, nobis quietem pariter interdum amplexandam, mortaliúmque ex cœtu solitudinem ac secessum captandum: vt sine vlla fæce ad DEVM: & à fluxis incertísque rebus ad meditationem æternæ salutis, mentem reuocemus. Exin prima Christianorum ætate, Paulus Telmisius varias Monachorum Cellas excitauit, multósque ad Philosophiam hanc consectandam hortatus, ipse sibi Monasticum domicilium struxit, vbi extrema senecta morte occubuit. Cuiusmodi Monasteria, non Syros tantùm, sed Persas quoque, ac Saracenos plurimos ad Fidem nostram pertraxêre: & Hellenismi cultores, vt hunc Græcæ superstitionis cultum desererent, effecerunt. Inde Monasticam Disciplinam Galatæ, Cappadoces, finitimíque iis populi ad Euxinum pontum Bithyniam, & Hellespontum excoluerunt, feruentissimo Christianæ * Orthodoxiæ complexu. Vt Nicephorianus sacrorum Annalium Codex attestatur, Lib. xj. Cap. 41. Insigne verò illud in Ægyptia Rhinocururæ vrbis Ecclesia fuit, quòd Clerici, domicilium inibi, mensam, Regulam morum, diætam vnam, cunctáque alia inuicem communia habuêre. Eiusd.

* Deserto.

Religiosæ vitæ duplex genus Christus docuit: vnum Anachoreticæ, dum solitarius in deserto orauit, ieiunauit & tentatus est: Alterũ Cœnobiticæ, dùm nec ipse diuitiis seculi abundare voluit, nec Apostolos, nisi qui his renunciarent, admisit, & communi victu cum illis vsus est.

S. P. Cæsarius Arelatensis Episcopus scripsit, de fœlicitate vitæ Monasticæ, ad Monachos Lyrinenses Tom. 2. Bibliot. patrum.

* rectæ veræque Fidei.

Libri. Cap. 38. In Palæstina itidem, eo tempore complures enituerunt Christiani philosophi seu Anachoretæ: Syri necnon monachi ad Nisibin Sigaro in monte, alij in Nitria Sceti: tanto piæ Religionis in Superos æstu, vt Moses Æthiops monachus, diurnarum 50. precationum pensum absolueret. Quo pacto etiam Paulus quingentorum Ascetarum *Abba*, Orationes in Numen fundebat vsquequaque, & eas, velut Tributum quoddam, ad trecentas numero, quotidie DEO offerebat. Ne autem ab eo numero aberraret, totidem lapillos in sinum deponere consueuerat, & ad precationes singulas singulos eijciebat calculos. Quibus ad eum modum consumptis, precationes totidem absolutas esse constabat. Sic in Europa dehinc, orandi per calculos formulam primus docuisse traditur Petrus Eremita, Ambianus, Ann. 1080. Vt Polydorus, secundùm antiquiores, literis prodidit, De rerum Inuentorib. Lib. 5. Cap 9.

In Nitria Sceti fuere Monasteria contigua, haud quinquagenis pauciora. Eorum quædam Monachi communiter quædam seorsùm incolebant. Niceph in d. Cap 38. Lib. 11.

Diurnarum precationum pensum. Patenostres par cum, te d. Lib 11. Cap. 36.

2. PRISCIS certè illis seculis, Monastica exercitia scopum vnum spectabant laborumque fructum, vt Ascetæ duri, spretis Mundi præmiolis, ad beatas Empyræi Regni sedes vocarentur. Quippe Ammonius monachus, quem cœlesti afflatu Clerus Pop. Q. Episcopum legerant, electioni reclamauit: *Præualentibus autem illis, & inuitum trahentibus*, vt cum Pet. Blesensi loquar, *ipse sibi radicitus sinistram aurem secuit, videntibus cunctis, inquiens, Lex diuina nullum, præcisa aure, Episcopari permittit. Cúmque Thimotheus Patriarcha consuleret hunc Episcopatu dignum, etiam si nare & auribus truncatus esset, dummodò scientia & virtutibus præemineret, illis rursùs Ammonium capientibus, nolentemque trahentibus dixit is, linguam meam, propter quam vobis placeo, nisi me citiùs dimittitis, abscindam: Tunc eum dimiserunt* Haud secus, Iohannes presbyter Antiochenus, patrium Episcopatum, quasi onus detrectauit grauissimum. Publia verò eius mater, lege soluta viri, præfuit religiosarum cœtui Virginum, seséque prorsus Numini deuouit, hymnis & canticis assiduè celebrando. Nicephori. Lib. 10. Christianæ Antiquit. Cap. xj. Eodem auctore, Euagrius diœcesanum Pontificatum, sacerdotio se abdicans, reiecit. Cum enim à Theophilo Alexandrino ad sacram eam Præfecturam traheretur, vbi artibus excusationum variis vsus esset, Sacerdotali dignitati nuncium remisit, & profugit. Lib. xj. Cap. 47. Quinimò è Pontificali solio fastigióque multi se in Cellulas demisère Cœnobiticas, vt liberiùs tutiúsque DEO verè * τῳ μεγίστῳ inseruirent. Nam Godevvaldus Traiectensium Præsul, Monasticen amplexus fuit, quindecimo anno Episcopatus. Quantum ex Hadriano Barlando colligimus, in Traiectensium Episcorum Catalogo. Remaclus, ad hæc, Traiectensis Antistes, missa Hierarchia ista, Religiosam sumpsit cucullam, & in Stabulensi Cœnobio conquieuit. Ioh. Tritthemio teste. In Scotia rursùm, B. pater Dysibodius, Episcopali Magistratu abijt. An. 664. & cum plærisque in Euangelij diffundendi societatem accitis, traiecit in Germaniam: Vbi, locatis in Fuldensi monasterio sedibus, Christiani stadij curriculum sanctè peregit. Ex illa quoque piorum hominum feraci Insula Caledonia, D. Gallus Præsulatum renuit sacræ diœceseos, quem Gunzo Princeps Ticoniæ ad Lolmiacum amnem, vbi degebat Gallus, vltrò porrexerat. Ille enim rectam & compendiariam ad DEVM in solitudine esse viam arbitratus, oblato Episcopatu cessit Iohanni, Diacono suo, quem singulari morum integritate præditum cognouerat. Gallus autem ipse, Monasterium apud Heluetios, quod struxerat, piè rexit. Vnde San Galli oppidum in Heluetica regione appellatum. Vt est apud Hectorem Boethium, & Ioh. Leslæum, in Scoticis Annalibus, Lib. 4. Nostratis pariter Yuonis æuo Carnutensis, traditur Hilgotus Suessionum Episcopus, exutis Pontificalibus infulis, Monasticæ vitæ statum arripuisse: vt priuatim Superis quietiùs placidiúsque famularetur. Roganti enim causam, MALO, infit, HVMILI IN LOCO SALVARI, QVAM IN ALTO PERICLITARI. Sicuti de coætaneo suo scripsit ille Carnutum Antistes, Epist. 37. Nec longè aliter, Gnesnensis Sarmatarum Archiepiscopus, Iaroslaus sacra deposuit Insignia, ac in Landense Cœnobium extremo vitæ

Petri Blesensis Epist. 15. exhortatoria electi in Episcopum Carnutensem.

Antiochenus Episcopatus.

* ter Maximo.

Episcopatus de Vtrecht, in finibus Hollandiæ: Quem Vltraiectensem nonnulli vocant.

S. Gallus, Scotus.

S. Gal, en Suisse.

Gnesnæ Archipræsul. Primas Polonicæ Ecclesiæ.

actu secessit. Circa Annum. 1370. Chromeri relatu, De reb. Polonor. Lib. 13. Eadem in Sarmatia Europæa, Vicentius Cracouiæ pontifex abdicauit se Ecclesiastico Magistratu, & in Monastica Andreouiensi Casa postremam vitæ particulam religiosè transegit, velut in tutissimo Innocentiæ portu. Id quod Polonicis Chromeri Annalibus enarratur, Lib. 7. Sed his etiam Præsulibus vetustior Moderanus, Brito, dimisit sacram Rhedonum Præfecturam, & Rhemensi cœnobio D. Remigij se dedit, addixit. Quemadmodùm à Flodoardo memoratur, Rhemensis Ecclesiæ presbytero simul & Historiographo. Lib. 1. Cap. 18. Paribus vestigiis institisse creduntur Hugo, Turonum, & alter Narbonæ, Archipræsules: qui Monasticam demùm Religionis Togam induerunt. Rei fidem adstruente Petro Cluniacensi *Abbate*, illorum æquali. Lib. 5. Epist. 9. ad Innocentium. 2. P. & Epist. 10. ad Narbonensem Archiepiscopum: *qui*, Scriptoris phrasi, *de Marthæ laboribus, in quibus ad senium vsque iam detritus erat, ad Mariæ otium transire desiderabat.* Eius necnon verbis Petri Venerabilis refertur alibi, *solitos Clericos diuersorum Ordinum, Canonicos diuersarum professionum, & ipsa adeo Ecclesiæ cacumina, Episcopos nempe, consueuisse, Episcopalem dignitatem pro abiecta Monachorum vilitate commutare, & de summo Ecclesiasticorum honorum, ad humilem se huiusmodi propositi ordinem inclinare, &c.* Lib. 4. Epist. 11. ad Matthæum Albanensem Episcopum. Haud mirum itaque videtur, quòd Gregor. Nazianzenus antea, vt derelicto Byzantiorum Primatu sacro, priuatus in Eremo DEVM veneraretur tranquilliùs, hac Theodosium Imp. compellarit oratione. Beneficium, quod à te deposco, potentissime Princeps, dare ne graueris. Non pro pecuniis tibi sum supplex, non pretiosa Altarium tegumenta concupisco, non cognatis Dignitates ambio: sed vt laboribus liberer, obsecro. Ex Nazianzeni vita, à Gregorio presbytero græcè conscripta. Quin & Populo ipsi Nazianzenus solitudinis amantissimus, Me, ait, huius vitæ malis offensum, communémque hunc turbinem ac puluerem omni celeritate vitare, salutémque meam in tuto collocare cupientem, nescio quo modo in hoc permolestum insidiosúmque Animarum Forum, specioso Sacerdotij nomine, intulistis. In Orat. De Funere patris. Imo viuus adeo pater filium, quem repugnantem, ægréque cedentem Presbyterum crearat, Præsulem quoque instituere aggressus fuerat: Verum ab Ecclesia proripuit se clanculùm Gregorius, vt curas mentem humi detorquentes ac deprimentes effugeret: atque in Pontum profectus, cum egregio illo Basilio philosophari decreuit. Hi vitæ Monasticæ Leges piis hominibus, & à Mundi societate disiunctis tulêre, Licurgi legibus pacatiores, Solonis grauiores, Minois æquiores.

Episcopatus de Rennes en Bretaigne.

Prælatorum multitudo Gregoriũ, quãuis nolentem, vehementérque recusantem, Archiepiscopali Sedi imposuit.

3. ALIOS porro Cœnobitas, pietatis doctrinæque commendatio, vt subuexit ad Episcopales Cathedras, ita in his vel inuitos vsquequáque continuit, Monastici laboris sui non tam leuandi remunerandíque proposita spe, quàm augendi, vberiore cum fructu, & vtilitate communi. Summi enim Magistratus Ecclesiæ fasces adeptus fuit, ex monachis Syriæ, primus, Dionysius, An. 267. (apud Ysidorum iuniorem) Qui scripta Constitutione iussit, Presbyteris Romæ Fana Cœmeteriáque distribui. Platina teste, in Vitis Pontificum Roman. Abs quo fertur itidem Agatho Siculus, monachus, Apostolico Solio præsedisse, sanctitatis titulo sic celebris, vt quum obuio elephantiaco homini osculum obtulisset, extemplò pristinæ illum sanitati restituerit. An. 680. Sacrorum dehinc Principatum obtinuit Hugolinus, è Cella Camaldulensis Eremi, ac Gregorius. 9. P. est appellatus Decimo tertio kal. Apriles. An. 1227. Ne istuc posteriores abducam S.R.E. Præsules è Cœnobiticis Familiis, Pium. 5. Syxtum. 5. & quos sigillatim protuli, Sacræ Politiæ. Lib. 2. Prouinciales autem Ecclesiæ Præfecturas gessisse traduntur cucullati passim sacerdotes clarissimi, Chronico Sigeberti. Quippe Lanfrancus, post *claustralem* Monasterij Beccensis Neustriæ Primatum, & Cadomensem Cœnobiarchiam, quibus vicissim functus est, adsciscitur ad Cantuariensem, Britanniæ Insulæ, Archiepiscopatum. An. 1051. Milo item

Dionysius 1. P.

Leprosus, osculo Papæ, sanus incolumisque factus.

Camaldulensis monachus, Papa electus Die 10. Mart. 1227.

Lib 2. Tit. 3. Art. 6.

Abbatiæ *du Bec Helloyn, & de Caën*, in Normania.

Monasteriũ Dommartinense, alias *de S. Iosse*, prope Hildinum, in Picardia Cuius Abba. 1. Milo fit Episcopus *de Therouane*.

Cœnobij Magister D. Iudoci ex Sodalitio Præmonstratensi, ordinatur Antistes Morinorum: & Aluisus cœnobiarcha, Atrebatum pontifex salutatur. An. 1130. Vvalterus insuper, *Abba* Templi Martini, legitur Episcopus Lauduni Veromanduorum, An. 1149. Vilhelmus posthæc, *Abbas* Radingis, ad pontificale Sacerdotium promouetur Burdigalæ Aquitanorum. An. 1174. Ruandus similiter, Monasterij Cisterciensis alumnus obiit Episcopalia munia apud Venetos Britanniæ citerioris. An. 1177. Balduino autem, Fordensi *Abba*, ex Cisterciensium Secta, delatus est Vvigorniensis, Angliæ, Præsulatus: Vti monasticæ Ædis Remigij Præfecto, Carnutensis Episcopatus. An. 1181. Cluniaci dein Archimandrita Theobaldus, Hierarchiam iniit Episcopi Cardinalis Hostiensis: & Pontiniacus *Abba*, Præsulis Attrebatici, An. 1182. Multò quoque antea D. Albinus, qui, Monastica veste, præfuerat Cœnobio Tiuilocensi apud Armoricos, gessit pontificale Andium Sacerdotium. Au ctore Petro de Natalib. & Demochare, in Tract. De diuino Missæ Sacrific. Præterea à Tritthemio spectandus exhibetur Gallis hominibus, Aureliæ pontifex Theodulphus, qui Floriacense ad Ligerim Monasticum Collegium priùs sacro imperio administrarat. Nec aliter Freculphus effloruit, Lexouiorum Pastor diœcesanus, ex Benedictino cœnobita. B. Leodegarius, ex Monacho, Episcopus Flauiæ Heduorum Rabanus Maurus, *Abbæ* Fuldensis, postmodùm Archipræsul Moguntinus, ętate Karoli Mag. Ansegisus itidem, coquus, *Abba* Lobiensis, Archiepiscopalem rexit Senonum Ecclesiam. Notgerus Eburonum Antistes, post Monasticam S. Galli Præfecturā. Ratbodus, ex Clerico cucullato, Traiectensis Belgarum Episcopus: tum Ratherius, ex monacho Lobiensi præsul Veronensis. Ne D. Burghardum subticeam, Anglum, sacerdotem *Regularem*, qui primus Herbipolensi Diœcesi prępositurà Bonifacio Moguntię Archiepiscopo, Ann. 748. At B. Kilianus, Scotus, cœnobita, Munere affectus est Herbipolensis Præsulatus à Conone, Pontif. Maximo. Sanctus veroò Pirminius, qui monasterio innutritus fuerat D. Mauri, *Abba*, Meldorum Cathedram pontifex conscendit. Nicerius æquè propemodum, ex Cœnobiarcha Lemouicensi, euasit Archiepiscopus Treuirorum, Clothario rege Gallo. Tum Cæsarius, ex monacho Lyrinēsi, creatur Episcopus Arelatensis. Alphanus rursùm, ex Cassinensi Mandra, vocatur ad Salernitanam Hierarchiam. Pari modo, Guitmundus, qui monasticæ Casæ adscriptus erat S. Leufredi, Antistes fit Auersanus. Petrus Damianus, è cuculla Benedictina, Episcopus Hostiensis, & S. R. E. Senator purpuratus. Leander, Hispalensis pontifex, ex Cœnobitico vitæ Instituto: Quique Moguntini Archiepiscopatus habenas moderatus est, Bonif. 1. Benedictinæ Legi deuinctus fuerat cœnobita. Hildouinus certè, ex *Abba* Lobiensi, Episcopus designatur Laudociensis, inde Veronensis, postremò Mediolani Insubrum Archipræsul. Hirsfeldensis autem Cœnobiarchiæ gradibus, euehitur Haymo ad Episcopale soliúm Halberstatensis Ecclesiæ Saxonicæ. Adelmus, Occidentalium Saxonum Episcopus, ex *Abbate* Maildubensi, in Scotia, Benedictinæ Regulæ. Ne alius Eustathium repetam, Sebastiensis Armeniæ: aut Epiphanium, Salaminiæ Cypri, Ecclesiæ præsules, qui antea Monasticis Legibus obstricti erant. Vt Nicephorus Callistus literis prodidit, sacrorum Annal. Lib. 10. Cap. 16. & Lib. 11. Cap. 39. Porro apud Flodoardum, veteris memoriæ assertorem Francici Cleri, Hincmarus traditur Rhemorum Archiepiscopus, Monasticum sumpsisse habitum in Æde Dionysij Areopagitæ, ad Sequanam Parisiorum. Lib. 3. Rhemensis Histor. Ecclesiast. Cap. 1. Senonum peræque Hierarchiam subiit. Ann. 864. Egil monachus, qui cucullatis Fani Petri Sodalibus, Villam Alsonis, eiúsque appendices benignè erogauit. Si Odoramno monacho fidem habemus, in Chronico manu exarato. Vbi & B. Ebbo celebratur, è Cœnobiarchia D. Petri, Senonen. allectus antea ad Prouinciæ pontificatum An. 705. post auunculi obitum Gerici Archipræsulis. In Bohemia verò, decem continenti serie Antistites, ex Strahouiensi Cœnobio, sederunt in Cathedra Olomucensi. Vt refert Iohan. Dubrauius Olomuzensis Episcopus, Bohemi-

Laon en Vermandois.

Vennes en Bretaigne.

Cluniacensis Abbas.

Cisterciens. Ordinis de Pontigny Abbas, Episcopus d'Arras. Guarinus etiam, Pontiniacen. Abba, fuit Biturigum Archiepiscopus, Ann. 1176. Vt eius decessor Abbas, Archipræsul Lugdunensis. Ex Sigeberto.

S. Albinus, 10. Episcopus Andegauen.

Abbatia de S. Benoist le Fleury, sur Loire, à Leodeboldo Abba, fundata, Ann. 6. regni Clodouei. 2. Apud Tritthemium

Episcop. de Lyzieux

Austun.

Leodiensis Episcop. Notgerus

Vvirtzburgensis episcopatus in Francia Orientali.

Monasterium, de Cruce le S. Leufroy.

Haymonis Alberstatensis Commentarij extant, in Prophetica omnia Scripta, & Apostolica. An. 841.

Epiphanius, Constantiæ Cypri Episcopus.

Hugo Matisconensis, è Cœnobio Pontiniacensi, quod ipse ædificarat, venit ad Episcopatum Antissiodorensis Ecclesiæ Lib. 1. Cap. 4. vitæ D. Bernardi.

S. Petri, Senonensis, Abbatia.

Odramnus monachus S. Petri Viui, lez Sens.

Ludouicus 7. Francor. rex, An. 1145.

Petrus hic Venerabilis memorat, donnum Matthæum, ex Cluniacensi Monasterio, Albanensem episcopum factum. Lib. 3. Epist. 2

S. Hugonis Monachi Carthusiani, dein Lincolnien. episcopi, Acta scripsère Sylueiter, Geraldus, & Adamus Carthusianus.

S. Esme, Chartreux, in pontiniana Ecclesia tumulatus, & canonizatus, an. 1147.

Elefancense Monasterium, ab Hatiolfo quondam Lingonum Episcopo fundatum Vuirtzbourg.

Spirensis, in Germania, Episcopus.

Constantienses, Alemaniæ, Episcopi.

Strasburgensis præsul.

Vvormaciensis Episcopatus.

S. Burcardus, etiam monachus Labacensis cœnobii, fertur Vvormaciensem episcopatum tenuisse Sub annum 1000. In epitome Germanic. episcopat. Bruschii.

Passau in Bauariæ Ducatu.

Arnoldi Vvionis, Belgæ, Duacensis, Monachi S. Benedicti de Mantua, Opus, Religionis Benedictinæ initia describens, ex eáque Viros illustres.

Galterus de Brugis, Ordinis Minorum.

Guillelmus quidam, Minorita.

Petr. Thomas, Carmelita, Sedis Apost. Legatus fuit pro sacra expeditione Petri Hierosolymorum Cyprique regis, in Alexandriam Ægypti vrbem quam cepit.

Benedicti 12 P. Epitaphium. Hic iacet Benedictus, quem Carmelus protulit, Cassinus aluit, Vaticanus coronauit.

cæ Hist. lib. 14. Ac Erricus quidem, Galliæ regis Ludouici Iunioris frater, qui in Votiua Cisterciensium verba iurauerat, acclamatus est Bellouacorum Episcopus: sed hoc, non absque graui ipsius querimonia apud Petrum *Abbatem* Cluniacensem, *super consilio dato, vt cogeretur electioni de se factæ à Clero & populo Beluacen. consentire.* Sicuti eiusdem Petri Venerabilis sententia cõstat, lib. 6. Epist. 3 Atqui rigida & Anachoretica Carthusia in lucem extulit Lincolniensem, Angliæ, Præsulem B. Hugonem, & D. Amedeum, Cantuariensem Antistitem: qui varia operum miracula, propitio Numine ediderunt. Quemadmodum de illo Molanus refert, ex Catalogo Scriptor. Btitannic. Et de isto, Nicol. Ægidius in Frãcicis Annalibus. Cæterum apud Gasparem Bruschium, (De Germanic. Episcopat.) comperitur D. Victerpus, monachus, inde *Abba* Elefancensis, Augustanæ, Germanorum, diœcesi præfuisse. An. 750. Eandem diœcesin sacra Potestate rexit Neodegarius, *Abba* Vitemburrhani, in Sueuis, cœnobij. An. 860. Exin D. Adalberus cœnobita priùs Elfangensis. An. 904. Et Gebbardus, *Abba* Elefancensis, An. 998. Burchardus interea, ex Hirsfeldensi cœnobiarcha, peruenit ad Herbipolensem Episcopatum, An. 941. Ita B. Gothardus, post monasticam Altachensis Noricorum, & Hirsfeldensis, Buchonouiæ, Templorum Præfecturam, sacratur pontifex Hildesheymensis, An. 1024. Vti Einhardus. 2. Lympurgensis Monasterij Pastor, deligitur Augustæ Nemetum Præsul, Anno 1058. Sacram quoque hanc prouinciam sortitus est Arnulphus, Corbejensis Saxonum, dein Laurissensis cœnobij Magister, An. 1123. Nec paucis ordinatim, Monastica in toga, obtigit Episcopalis, Constantiæ Harudum, Dignitas: Vvolfoleoni nempe, An. 820. Notingo, an. 930. San Gallensibus cœnobitis: Lamberto, monacho Petershusano, ann. 1009. Gebhardo. 3. Hirsaugiensis Mandræ clerico cucullato, an. 1082. Vlrico 2. monacho apud D. Blasium in Hercynia: Mangoldo *Abba* Diuitis Augiæ, an. 1384. Huius pariter Cœnobii Dux Otho, cooptatur Antistes Argentinensis. Vangionum similiter Episcopa, Samuëli decreta est, Archimãdritę Laurissensi, an. 838. Ac diu pòst, Adelbero, in Sangallensi monachorum Cella degenti. an. 1065. Philippus autem, Bariensi Cisterciẽsium Casæ Præfectus, designatur pontifex Aystetensis. Friderico dehinc, Cisterciensium Conuentuum Primati, Lankhenheymensis, ac Eboracensis, mandatum est pontificale Sacerdotium Archistadianum, an. 1318. Lambertus item, ex *Abbate* Gengenbacensi, Episcopus instituitur Brixiensis, postmodùm Babembergensis. Henricus necnon Spiegelus, ex *Abba* Corbeiæ Saxonicæ, adscitus fuit ad diœcesanam Padernbornensium Hierarchiam, auspice Innocẽtio. 6. P. an. 1360. Patauiensi veró Bauariæ, Diœcesi præsedit Manegoldus, *Abba* Cremiphanensis: qui vitam, cum morte commutauit. an. 1215. Alios præterea Benedictini Ordinis monachos velut aceruatim coëgit Arnoldus Vvion, Episcopatu dignè perfunctos. Libro neoterico, cui, *Lignum Vitæ.* titulus præfigitur. Atque vt his interim sacros mendicorum Ordines admisceamus, Franciscani Sodales quidã, Episcopales magistratus gessère. Vvalterus enim, Brugensis, suffragatione Cleri assumptus est ad Pictauensem Præsulatum: teste D. Antonino, Chronicõn Parte 2. Vilhelmus, adhæc, Seraphicæ Familiæ sacerdos, fuit Constãtiensis Antistes: cuius, de Fide, errorum Palinodia, quam cecinit, Tomo. 4. intexitur Bibliothecæ Patrum. E Dominicanis porro Fratribus in medium prodit. B. Antoninus, qui Florentinum quidem Pontificatum haud semel renuit: sed quùm nullum elabendi perfugium sibi reliquum cerneret, ad eius Præfecturæ molam, velut ad pistrinum, se trahi passus est. Denique Carmeli montis Eremitas, tum Græcos, tum Latinos, Episcopales litui aliquando decorarunt. In Græcis namque Carmelitarum Sodalitiis, emicuit Petrus Thomas, Pacensis Episcopus, & Constantinopoleos Patriarcha, an. 1344. Sic Latinos inter Carmelitas, Daniel nactus est Verdensem, Germaniæ, Præsulatum. an. 1317. Bruschio auctore, vbi suprà. Imo & Benedictus 12. P. Iohannis 22. sororis filius, ex summo Carmeliticæ Sectæ Theologo, Cisterciensium monachorum *Abba*, thronum conscendit supremæ Apostoli-

cæ

cæ Ecclesiæ, apud Auenionem, Prouinciæ Narbonensis, An. 1335. Vt Carmelitana Bibliotheca testatum est Fr. Petri Lucij, Belgæ, Bruxellensis.

Arelatensis Monasterii priuilegium Apostolicum.

4 SED præter hæc sacrarum Dignitatum fastigia, Monasticæ virtutis meritique symbolum, seu præmium paucorum, tanquam singulorum: Communia iam vniuersis patent Ordinique Monastico Priuilegia ac beneficia, quæ Romani Pontifices sparsim impertière. Nam & Vigilio Arelatensi Præsuli rescripsit Gregorius 1. P. Childebertum galliæ Regem, qui intra mœnia Arelatensis vrbis Cœnobium condiderat, & dotarat, enixis precibus apud Sanctam Sedem contendisse, *vt ei Monasterio tam in dispositione rerum, quàm in ordinatione Abbatis, quædam priuilegia largiretur. Sciebat quippe Rex, eam Apostolicæ Sedi reuerentiam à fidelibus exhiberi, vt quæ eius fuissent decreto disposita, nullius deinceps illicitæ vsurpationis molestia quaterentur. Vnde quia effectum Regia voluntas, & res valde desiderata poscebat, à prædecessore Papa Vigilio ad Aurelium, tunc Arelatensem Episcopum scripta transmissa sunt, vbi omnia, quæ amplectendæ voluntatis studium deposcebat, Apostolicæ auctoritatis libenter annisu firmata sunt &c. Quibus lectione percursis, hortamur te*, ait Gregorius, *vt omnia sacerdotali, sicut decet, studio inuiolata conserues, nihilque illi de indebitis, nihil permittas de illicitis irrogari, nec ea, quadam patiaris vsurpatione conuelli. Nam licet ea, quæ semel Apostol. Sedis auctoritate sancita sunt, nil egeant firmitatis, ex abundantia tamen nostra, cuncta quæ pro huius rei quiete à prædecessore nostro statuta sunt, nostra iterum auctoritate in omnibus roboramus, &c.* Regesti Lib. 7. Cap. 115. Quali ex formula, continuã Pontificiorum Diplomatum seriem perspicere est in omnibus penè Cœnobiis, reseruantium iis vicissim singularia illa Iura, quæ, anteriores Romani Antistites, Monasticæ cuiuis Familiæ erogarint. Speciatim certè ab eodem Gregorio. 1. perscribitur Apostolicum Iohannis 3. priuilegium in Suessionense Monasterium D. Medardi Cuius nonnulla Priuilegij capita, Monasticis aliis Casis posteri vulgò Pontifices tribuerunt. Verba igitur priuilegiarij istius Rescripti antiquioris sunt præcipua isthæc. *Auctoritate diuina vice B. Petri Apostolorum principis, consensu omnium Roman. Pontificum, & voluntate totius Senatus Romani, suadente nobis viro Apostolico Anserico Suessorum vrbis pontifice, & omnium Galliæ Episcoporum fauente iudicio, decernimus, vt nullus Archiepiscoporum vel Archidiaconorum, Fratres præfatæ Basilicæ, de ordinatione sui Abbatis, vel Ecclesiasticorũ graduum assumptione inquietet: sed secundùm prærogatiuam ipsius loci vobis modo recitatã, beati prædecessoris nostri Domini Iohannis Papæ tempore decretam, & Apostolica auctoritate firmatam, ordinationem sui Abbatis ipsi Fratres peragant, & Ecclesiasticorũ graduum dignitatem suscipiant, consecrationes quoque Fontium, & Scrutinij mysteria in ipso Monasterio celebrent: Chrismatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocunque voluerint pontifice, benedictionem expectant: Ne tantus honor à quoquam Rectore, vllius occasionis causa, vel necessitatis, intermittatur, ne vilescat tantæ sublimitatis locus S. Mariæ & B. Petri, necnon & protomartyris, & domini Medardi meritis sacratus, quem, Caput Monasteriorum totius Galliæ constituimus, nulliúsque Ditioni patimur subesse: sed velut hæc Sedes Romana speculationẽ suam toti Orbi indicit, & nouas consuetudines omnibus mittit, & omniũ personarum scrutinio caret, ita præfatus locus, remota omni consuetudine pessima Regum, Antistitum, Iudicum, exemplum diuinæ Religionis & honestatis cæteris exhibeat Monasteriis, & super ea plena gaudeat libertate, Cuius Rectores & filij præsentes & successuri, tantùm sub Regum custodia positi, admonitionẽ S. Petri, & successorũ suorũ, huius S. Rom. Sedis Pontificũ auctoritate proclament, &c.* Ex Gregoria-

Bulle d'Alexandre 4. du 13. d'Aoust l'an 1257. ottroyant plusieurs Priuileges à l'Abbaye nostre Dame d'Euron, au Mayne, Ordre de S. Benoist.

Monasterium seu Abbatia S. Saluatoris Ananiæ, Ordinis S. Benedicti, Mompellulanæ diœceseos.

Apostolicæ Monasticorum Priuilegiorum Confirmationes

S. Medardi Abbatia apud Suessiones Veromanduorum: cuius primariam fundationis Chartam exarauimus Lib. superiore, Tit. 1 Art. 19.

Monastici huius Ordinis Benedictini Archimonasterium est in Monte Cassino Italiæ: Quod nempe Iulius 2. P. Congregationi seu vnioni S. Iustinæ de Padua incorporauit ea lege, vt deinceps Congregatio Cassinensis, quæ antè S. Iustinæ de Padua dicebatur, vocaretur. An. 1504. Ex Ligni vitæ Lib. 5. Arnoldi Vvionis.

Chronici Cassinensi. Lib. 1. Cap. 4. voluitur primum omnium Apostolicæ Sedis in Cassinensem Abbatiam priuilegium, à Zacharia Papa, qui Gregorio 1. P. successerat: Nempe vt hoc Monasterium, cum Cellulis omnibus ad se pertinentibus, vbicumque terrarum constructis; ob honorem ac reuerentiam sanctissimi patris Benedicti, ab omnium Episcoporum ditione sit liberum: ita vt nullius iuri subiaceat, nisi tantùm Romani Pontific. Item in calce eius Chronici Cassin. sunt Priuilegia eius Abbatiæ, tam Apostolica quàm Imperialia: *& entre autres* Diualis sacra Iustin. Imp. De immunitate Cœnobij Cassinensis, *où toutes les terres, villages & possessions de lad. Abbaye sont exprimez.*

Priuilegium S. Gregorij Pont. pro Bonito Abbate Monasterij B. Baptistæ Iohannis siti in Castro Cassini, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Item Priuilegiariæ Bullę Vrbani 2. Pont. Clem. 4. P. & Benedicti 8. P. in Cassinen. Abbatiam. In calice Chronici Cassinensis.

Cassinen. Abbas, Patriarcha est sacræ Religionis, Dux & Princeps omniũ Abbatũ atq; religiosor. Viceccãcellarius sacri Imp. per Italiã, Cãcellarius regnorũ Siciliæ, Hierusalẽ, atq; Pãnoniç, Comes & Rector Cãpaniç

cæ Hist. lib. 14. Ac Erricus quidem, Galliæ regis Ludouici Iunioris frater, qui in Votiua Cisterciensium verba iurauerat, acclamatus est Bellouacorum Episcopus: sed hoc, non absque graui ipsius querimonia apud Petrum *Abbatem* Cluniacensem, *super consilio dato, vt cogeretur electioni de se factæ à Clero & populo Beluacen. consentire.* Sicuti eiusdem Petri Venerabilis sententia cõstat, lib. 6. Epist. 3 Atqui rigida & Anachoretica Carthusia in lucem extulit Lincolniensem, Angliæ, Præsulem B. Hugonem, & D. Amedeum, Cantuariensem Antistitem: qui varia operum miracula, propitio Numine ediderunt. Quemadmodum de illo Molanus refert, ex Catalogo Scriptor. Britannic. Et de isto, Nicol. Ægidius in Fråcicis Annalibus. Cæterum apud Gasparem Bruschium, (De Germanic. Episcopat.) comperitur D. Victerpus, monachus, inde *Abba* Elefancensis, Augustanæ, Germanorum, diœcesi præfuisse. An. 750. Eandem diœcesin sacra Potestate rexit Neodegarius, *Abba* Vitemburrhani, in Sueuis, cœnobij. An. 860. Exin D. Adalberus cœnobita priùs Elfangensis. An. 904. Et Gebbardus, *Abba* Elefancensis, An. 998. Burchardus interea, ex Hirsfeldensi cœnobiarcha, peruenit ad Herbipolensem Episcopatum, An. 941. Ita B, Gothardus, post monasticam Altachensis Noricorum, & Hirsfeldensis, Buchonouiæ, Templorum Præfecturam, sacratur pontifex Hildesheymensis, An. 1024. Vti Einhardus. 2. Lympurgensis Monasterij Pastor, deligitur Augustæ Nemetum Præsul, Anno 1058. Sacram quoque hanc prouinciam sortitus est Arnulphus, Corbejensis Saxonum, dein Laurissensis cœnobij Magister, An. 1123. Nec paucis ordinatim, Monastica in toga, obtigit Episcopalis, Constantiæ Harudum, Dignitas: Vuolfoleoni nempe, An. 820. Notingo, an. 930. San Gallensibus cœnobitis: Lamberto, monacho Petershusano, ann. 1009. Gebhardo. 3. Hirsaugiensis Mandræ clerico cucullato, an. 1082. Vlrico 2. monacho apud D. Blasium in Hercynia: Mangoldo *Abba* Diuitis Augiæ, an. 1384. Huius pariter Cœnobii Dux Otho, cooptatur Antistes Argentinensis. Vangionum similiter Episcopa, Samuëli decreta est, Archimãdritę Laurissensi, an. 838. Ac diu pòst, Adelbero, in Sangallensi monachorum Cella degenti. an. 1065. Philippus autem, Barisiensi Cisterciẽsium Casæ Præfectus, designatur pontifex Aystetensis. Friderico dehinc, Cisterciensium Conuentuum Primati, Lankhenheymensis, ac Eboracensis, mandatum est pontificale Sacerdotium Archistadianum, an. 1328. Lambertus item, ex *Abbate* Gengenbacensi, Episcopus instituitur Brixiensis, postmodum Babembergensis. Henricus necnon Spiegelus, ex *Abba* Corbeiæ Saxonicæ, adscitus fuit ad diœcesanam Paderbornensium Hierarchiam, auspice Innocẽtio. 6. P. an. 1360. Patauiensi verò Bauariæ, Diœcesi præsedit Manegoldus, *Abba* Cremiphanensis: qui vitam, cum morte commutauit. an. 1215. Alios præterea Benedictini Ordinis monachos velut aceruatim coëgit Arnoldus Vvion, Episcopatu dignè perfunctos. Libro neoterico, cui, *Lignum Vitæ*. titulus præfigitur. Atque vt his interim sacros mendicorum Ordines admisceamus, Franciscani Sodales quidã, Episcopales magistratus gessère. Vvalterus enim, Brugensis, suffragatione Cleri assumptus est ad Pictauensem Præsulatum: teste D. Antonino, Chronicõn Parte 2. Vilhelmus, adhæc, Seraphicæ Familiæ sacerdos, fuit Constãtiensis Antistes: cuius, de Fide, errorum Palinodia, quam cecinit, Tomo. 4. intexitur Bibliothecæ Patrum. E Dominicanis porro Fratribus in medium prodit. B. Antoninus, qui Florentinum quidem Pontificatum haud semel renuit: sed quùm nullum elabendi perfugium sibi reliquum cerneret, ad eius Præfecturæ molam, velut ad pistrinum, se trahi passus est. Denique Carmeli montis Eremitas, tum Græcos, tum Latinos, Episcopales litui aliquando decorarunt. In Græcis namque Carmelitarum Sodalitiis, emicuit Petrus Thomas, Pacensis Episcopus, & Constantinopoleos Patriarcha, an. 1344. Sic Latinos inter Carmelitas, Daniel nactus est Verdensem, Germaniæ, Præsulatum. an. 1337. Bruschio auctore, vbi suprà. Imo & Benedictus 12. P. Iohannis 22. sororis filius, ex summo Carmeliticæ Sectæ Theologo, Cisterciensium monachorum *Abba*, thronum conscendit supremæ Apostolicæ

Petrus hic Venerabilis memorat, donnum Matthæum, ex Cluniacensi Monasterio, Albanensem Episcopum factum. Lib. 3. Epist. 2.

S. Hugonis Monachi Carthusiani, dein Lincolnien. Episcopi, Acta scripsère Syluester, Geraldus, & Adamus Carthusianus.

S. *Esme, Chartreux*, in Pontiniana Ecclesia tumulatus, & canonizatus, An. 1147.

Elefancense Monasterium, ab Hariolfo quondam Lingonum Episcopo fundatum

Vvirtzbourg.

Spirensis, in Germania, Episcopus.

Constantienses, Alemaniæ, Episcopi.

Strasburgensis Præsul.

Vvormaciensis Episcopatus.

S. Burcardus, etiam monachus Labacensis cœnobii, fertur Vvormaciensem Episcopatum tenuisse Sub annum 1000. In Epitome Germanic. Episcopat. Bruschii.

Passau in Bauariæ Ducatu.

Arnoldi Vvionis, Belgæ, Duacensis, Monachi S. Benedicti de Mantua, Opus, Religionis Benedictinæ initia describens, ex eáque Viros illustres.

Galterus de Brugis, Ordinis Minorum.

Guillelmus quidam, Minorita.

Petr. Thomas, Carmelita, Sedis Apost. Legatus fuit pro sacra expeditione Petri Hierosolymorum Cyprique regis, in Alexandriam Ægypti vrbem quam cepit.

Benedicti 12 P. Epitaphium. Hic iacet Benedictus, quem Carmelus protulit, Cassinus aluit, Vaticanũs coronauit.

cæ Ecclesiæ, apud Auenionem, Prouinciæ Narbonensis, An. 1335. Vt Carmelitana Bibliotheca testatum est Fr. Petri Lucij, Belgæ, Bruxellensis.

Arelatensis Monasterii priuilegium Apostolicum.

4 SED præter hæc sacrarum Dignitatum fastigia, Monasticæ virtutis meritique symbolum, seu præmium paucorum, tanquam singulorum: Communia iam vniuersis patent Ordinique Monastico Priuilegia ac beneficia, quæ Romani Pontifices sparsim impertiêre. Nam & Vigilio Arelatensi Præsuli rescripsit Gregorius 1. P. Childebertum Galliæ Regem, qui intra mœnia Arelatensis vrbis Cœnobium condiderat, & dotarat, enixis precibus apud Sanctam Sedem contendisse, *vt ei Monasterio tam in dispositione rerum, quàm in ordinatione Abbatis, quædam priuilegia largiretur. Sciebat quippe Rex, eam Apostolicæ Sedi reuerentiam à fidelibus exhiberi, vt quæ eius fuissent decreto disposita, nullius deinceps illicitæ vsurpationis molestia quaterentur. Vnde quia effectum Regia voluntas, & res valde desiderata poscebat, à prædecessore Papa Vigilio ad Aurelium, tunc Arelatensem Episcopum scripta transmissa sunt, vbi omnia, quæ amplectendæ voluntatis studium deposcebat, Apostolicæ auctoritatis libenter annisu firmata sunt &c. Quibus lectione percursis, hortamur te*, ait Gregorius, *vt omnia sacerdotali, sicut decet, studio inuiolata conserues, nihilque illi de indebitis, nihil permittas de illicitis irrogari, nec ea, quadam patiaris vsurpatione conuelli. Nam licet ea, quæ semel Apostol. Sedis auctoritate sancita sunt, nil egeant firmitatis, ex abundantia tamen nostra, cuncta quæ pro huius rei quiete à prædecessore nostro statuta sunt, nostra iterum auctoritate in omnibus roboramus, &c.* Regesti Lib. 7. Cap. 115. Quali ex formula, continuã Pontificiorum Diplomatum seriem perspicere est in omnibus penè Cœnobiis, reseruantium iis vicissim singularia illa Iura, quæ, anteriores Romani Antistites, Monasticæ cuiuis Familiæ erogarint. Speciatim certè ab eodem Gregorio. 1. perscribitur Apostolicum Iohannis 3. priuilegium in Suessionense Monasterium D. Medardi Cuius nonnulla Priuilegij capita, Monasticis aliis Casis posteri vulgò Pontifices tribuerunt. Verba igitur priuilegiarij istius Rescripti antiquioris sunt præcipua isthæc. *Auctoritate diuina vice B. Petri Apostolorum principis, consensu omnium Roman. Pontificum, & voluntate totius Senatus Romani, suadente nobis viro Apostolico Anserico Suessorum vrbis pontifice, & omnium Galliæ Episcoporum fauente iudicio, decernimus, vt nullus Archiepiscoporum vel Archidiaconorum, Fratres præfatæ Basilicæ, de ordinatione sui Abbatis, vel Ecclesiasticorũ graduum assumptione inquietet: sed secundùm prærogatiuam ipsius loci vobis modò recitatã, beati prædecessoris nostri Domini Iohannis Papæ tempore decretam, & Apostolica auctoritate firmatam, ordinationem sui Abbatis ipsi Fratres peragant, & Ecclesiasticorũ graduum dignitatem suscipiant, consecrationes quoque Fontium, & Scrutinij mysteria in ipso Monasterio celebrent: Chrismatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, à quocunque voluerint pontifice, benedictionem expetant: Ne tantus honor à quoquam Rectore, vllius occasionis causa, vel necessitatis, intermittatur, ne vilescat tantæ sublimitatis locus S. Mariæ & B. Petri, necnon & protomartyris, & domini Medardi meritis sacratus, quem, Caput Monasteriorum totius Galliæ constituimus, nullíusque Ditioni patimur subesse: sed velut hæc Sedes Romana speculationẽ suam toti Orbi indicit, & nouas consuetudines omnibus mittit, & omniũ personarum seruitio caret, ita præfatus locus, remota omni consuetudine pessima Regum, Antistitum, Iudicum, exemplum diuinæ Religionis & honestatis cæteris exhibeat Monasteriis, & super ea plena gaudeat libertate, Cuius Rectores & filij præsentes & successuri, tantùm sub Regum custodia positi, admonitionẽ S. Petri, & successorũ suorũ, huius S. Rom. Sedis Pontificũ auctoritate proclament, &c.* Ex Gregoria-

Bulle d'Alexandre 4. du 13. d'Aoust l'an 1257. octroyant plusieurs Priuileges à l'Abbaye nostre Dame d'Euron, au Mayne; Ordre de S. Benoist.

Monasterium seu Abbatia S. Saluatoris Anianiæ, Ordinis S. Benedicti, Mompelulanæ diœceseos.

Apostolicæ Monasticorum Priuilegiorum Confirmationes

S. Medardi Abbatia apud Suessiones Veromanduorum: cuius primariam fundationis Chartam exarauimus Lib. superiore, Tit. 2. Art. 19.

Monastici huius Ordinis Benedictini archimonasterium est in Monte Cassino Italiæ: Quod nempe Iulius 2. P. Congregationi seu vnioni S. Iustinæ de Padua incorporauit ea lege, vt deinceps Congregatio Cassinensis, quæ antè S. Iustinæ de Padua dicebatur, vocaretur. An. 1504. Ex Ligni vitæ Lib. 5. Arnoldi Vvionis.

Chronici Cassinensi. Lib. 1. Cap. 4. voluitur primum omnium Apostolicæ Sedis in Cassinensem Abbatiam priuilegium, à Zacharia Papa, qui Gregorio 1. P. successerat: Nempe vt hoc Monasterium, cum Cellulis omnibus ad se pertinentibus, vbicumque terrarum constructis; ob honorem ac reuerentiam sanctissimi patris Benedicti, ab omnium Episcoporum ditione sit liberum: ita vt nullius iuri subiaceat, nisi tantùm Romani Pontific. Item in calce eius Chronici Cassin. sunt Priuilegia eius Abbatiæ, tam Apostolica quàm Imperialia: *& entre autres* Diualis sacra Iustin. Imp. De immunitate Cœnobij Cassinensis, *où toutes les terres, villages & possessions de lad. Abbaye sont exprimez.*

Priuilegium S. Gregorij Pont. pro Bonito Abbate Monasterij B. Baptistæ Iohannis siti in Castro Cassini, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Item Priuilegiariæ Bullę Vrbani 2. Pont. Clem. 4. P. & Benedicti 8. P. in Cassinen. Abbatiam. In calice Chronici Cassinensis.

Cassinen. Abbas, Patriarcha est sacræ Religionis, Dux & Princeps omniũ Abbatũ atq; religiosor. Viceca͂cellarius sacri Imp. per Italiã, Ca͂cellarius regnorũ Siciliæ, Hierusalẽ, atq; Pa͂nonię, Comes & Rector Ca͂panię

Abbatiæ S. Germani de pratis priuilegiaria bulla An 1107. Cuius copiam mihi fecit doctus simul, & pius F. Iacob. Dubellius, cœnobita S. Germani. Alia eiusdem Abbatiæ priuilegia adnotauimus Lib. 2. Sac. polit. Tit. 7. Art. 14 Et Tit. 8. art 24. 27.

no Regesto, Libri 12. Cap. 32. Sublimili hercle Paschalis 2. P. beneficio adaucta est D. Germani Basilica cœnobitarum, eiusdem Ordinis Benedictini, in suburbiis Lutetiæ. Præclaris hisce Codicillis Ann. 1107. ad Cœnobiarcham & Conuentum B. Germani. *Paschalis, &c. Tibi, tuisque successoribus in perpetuum confirmamus, vt quæcunque libertas, quæcunque dignitas, priuilegio B. Germani, scriptis Childeberti, Clotharij, atque aliorum Regum Francorum vestro Monasterio collata est, quæcunque possessiones concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione Fidelium ad idem Cœnobium pertinere noscuntur: quæcunque etiam in futurum iustè & canonicè poterint acquiri, vel adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant, &c. Omnis verò Abbas post te, qui à congregatione eiusdem Cœnobij, secundùm regulam B. Benedicti electus fuerit à Rom. Pontifice, vel à quo maluerit, Catholico Episcopo consecretur. Præcipimus quoque auctoritate Apostolica, ne quis Episcoporum oleum, chrisma, benedictiones, consecrationes, ordines, vel quæque ex Pontificali ministerio sunt necessaria, eis vel successoribus eorum deneget. Missas itaque, ordinationes, stationes ab omni Episcopo, vel Clero Parisien. Ecclesiæ, in eodem Monasterio præter voluntatem Abbæ, vel Congregationis fieri prohibemus: nec habeant ibi aliquam potestatem imperandi. Sed nec ipsis interdicere, nec excommunicare, nec ad Synodum vocare Abbatem, aut Monachos, Presbyteros, aut Clericos Ecclesiarum ipsius loci facultatem damus, &c.* Hinc est, quòd licet Innocentius 4. P. Lugduni sanxerit in Concilio Cleri, cœnobitas, Episcopali foro vacuos, ei subijci nonnunquam in Criminum quæstione, Pactorum, aut Rei quæ controuertatur: Ab regula tamen excepti videantur cucullati sacerdotes Templi Germani Pontificiis tabulis Alexandri 4. Ann. 1259. Verùm ita Fori immunitatem hanc ciuili modo intellige, siquidem Monachus in libero immunique loco deliquerit, pactusuè sit, aut litigiosa res ibidem situm habeat. Alioqui enim sua relinquitur Diœcesano Antistiti iurisdictio in Cœnobitas. Cap. Auctoritate De priuileg. Apud Bonif. 8.

Chrisma à propriis tantùm Episcopis presbyteri petere debent, idque ante solẽnitatem Paschæ. Can. presbyteri Distinct. 95. ex Concilio Carthaginen. 4 Item Can Omni tempore Can. presbyteri Can. in sabbatho De consecrat. Distinct 4. Debet autem renouari chrisma quotannis profesto Paschæ. Ex Concil. Lugdunensi, Can. si quis de alio chrismate De consec. Distinct. 4.

Innocentij Cap. 1. De Priuil In 6. aduersus exemptos Monachos, qui in loco non exempto deliquerint, contraxerint ue, &c.

5 Benedictinæ id genus Sectæ Monachos tractanti occurrunt Cluniacenses, multis olim priuilegiis ornati ab Sede Romana. Quæ Nos quidem eximia Iura in publicum exeruimus sparsim, Ecclesiast. Polit. Lib. 2. & 3. Eiusmodi beneficia piè officioséque agnouit Petrus Venerabilis, Epistolari hoc sermone ad Eugenium 3. P. *Sicut inter vniuersos filios, olim Iacob patriarcha, Ioseph præcipuo ac velut vnico amore dilexit, coluit, fouit: sic fælicis memoriæ Beati prædecessores vestri, nostram Cluniacen. Ecclesiam, præ cunctis penè sibi subditis, ac commissis Ecclesiis, affectiosiùs dilexerunt, familiariùs coluerunt, teneriùs confouerunt, Quibus quoniam omnipotentis Dei dispositione, in Sedem Apostolicam successistis, oramus, & licet absentes, ipso quoque corpore supplicamus, vt quibus successistis officio, succedatis, si placet, amore, succedatis & beneficio.* Lib. 5. Epist. 27.

Cluny, Qui Ordo cœpit Anno 913. Teste Vincentio Beluacen. Lib. 25. Speculi Histor.

Lib. . Tit 1. art. 8. Tit. 4 art. 28 2. . Et Lib. 3. Tit 2. art. 13. Tit. 4. Art. 6.

Quemadmodùm autem Ordinis sui princeps habetur Cluniacensis Archimandrita, qui purè, medioue interposito, subditis præest sacra visitatione ac Iurisdictione, Oldradi I. C. Respon. 204. Ita iam olim celebris enituit Monasticus inferior Charitatis oppidi Cœnobiiq; Primatus: cui haud paucas etiam, obnoxias esse Monachorum Cellas, ostendit Cæsarea Alexij Græcorum Augusti in ipsum munificentia, Cluniacensis *Abbæ*, elogio commendata, illis omnibus superioris. Huius quippe, ad Ianum, Thracium Cæsarem literis adscripta inuenimus isthæc, *Cluniaco monasterio, omnibus Latinis Regibus & Gentibus notissimo, eique subdito magno & religioso loco, qui Charitas dicitur, Monasterium iuxta ipsam regiam Ciuitatem, quod Ciuitot vocatur, dedit, in perpetuum*

Oldradi sententia, Abbas Cluniacensis, est vnum Caput tantùm in Ordine, & competit ei visitare subditos mediatos & immediatos.

Prioratus *de la Charité*, Ordinis Cluniacen.

La fondatiõ de l'Ordre & Abbaye de Cluny, est de l'an 910. dont la Chartre originale est au Prioré de S. Martin Des-chãps.
Berno Cluniaci Abba constituxit Balinense seu Belnense cœnobium in superiore Burgundia. Ex Glabri Rodulphi Lib. 3. Cap. 5. Qui multa de suæ Cluniacen. Abbatiæ Cœnobiarchis refert, Qui Glaber fuit primum S. Germani Cœnobij Antissiodorens. postea Cluniacen. monachus, ad Odonem Abbatem Cluniacen. scripsit Historiarum Lib. 4 ab An. 1000. qui fuit Roberti Regis 13. ad annum 1045.

Abbatis Cluniacensis, & Prioris de Charitate obedientiæ subiecit. Quod nostris aut mortuis, aut recedentibus, aut expulsis, alieni Monachi inuaserunt, &c. Lib. 4. Epist. 4. Ad Monasticũ quoque Charitatis Antistitẽ Theotardũ missa legitur Petri

Petrus Cluniacensis Abbas rogat Constantinopolitanum Imperat. Hac Epistola, vt reddendum sibi curet Mona-

Venerabilis * parænetica Epistola 7. Lib. eiusd. Primarius item accensetur eius Ordinis Conuentuum Fanis Martinianum, Parisiense: quod Henrici 1. Regis, conditoris filius, successorque Philippus mirè locupletauit, perpetuóque submissum voluit Hugoni, ac posteris Cluniaci Æteriarchis. Luculento diplomate, apud Benedictinum Floriacense Cœnobium exarato, An. 1079. Quod Martiniano Chartario adseruatur. Monastico huic Conuentui dictas Leges censorias attigimus obiter, in Sacra Politeîa. Quas quidem Leges probare non dubitarunt Leo 10. P. decimo sexto Kalendas Octobres an. 15:6. Lutetianus Senatus, decreto postridie Nonas Apriles subseq. Ac Franciscus demùm Rex, Epistola aperta, Mart. Mens. An 15:0 De Præfectura hac Martiniani Conuentus, visuntur Petri Cluniacensis Literæ familiares, *ad Odonem Priorem, & Fratres S. Martini de Campis*. Lib. 5. Epist. 38. Eundem ipsemet *Prioratum* laudibus vexit, Miraculor. Lib. 2. Cap. 7 in hæc verba. *Est S. Martini Monasterium, summo Cluniacensi Monasterio, in Ordinis, religionis, ac feruoris proposito, pro modo suo sic consimile, & in tantùm conforme, vt velut simulachrum ceræ impressum, multis alijs ad Cluniacum pertinentibus Monasteriis, originalis sigilli imaginem familiariùs repræsentet.* Martiniani eiusce Conuentus Præfectum Theobaldum commemorat Yuo Carnutum Præsul, in Epist. 206. Cæterum Innocentius 4. P. Lugdunensi in Concilio ita sanxit antiquiora Celsissimæ Sedis in hunc Ordinem Priuilegia, vt quæ interim sacri Diœcesum Præsides aduersus ea moliri essent ausi, omnia in irritum deduxerit. Rescripto 10. Kalend. Iunias Ann. 1244 Multò quoque antea Innocentium 2. P. commouit Petrus Venerabilis, decumani Priuilegij, quod vetustiores Pontifices Ordini irrogarant: *Vt Fratres Cluniacenses non solùm omnium Parochiarum suarum decimas susciperent, sed etiam quas propriis excolebant sumptibus, retinerent.* Lib. 3 Epist. 33. Ac illud idem Cluniacensium in percipiendis decumis ius eximium adstruit Oldradus. I. C. Bullato Nicolai 3. Diplomate. In Respon. 109. Decumani verò muneris vacatio exemptióque monasticis quibusdam Sectis aliis communicatur ab Apostolica Sede. Religiosæ enim Cælestinorum Familiæ compar tributa est Decumarum immunitas à Gregorio 10. P. apud Lugdunum Galliarum, Vndecimo Calend. Apriles An. 1274. ac paulò pòst, à Cælestino 5. Apostolici Solij Antistite, Quinto Kalend. Octobres An. 1294. Vnde Francisco Parisiorum Senatui placuit, sacras decimas ex Prædiariis fructibus annuis nullas deberi à Cælestinis Lutetianis: hi tametsi, vltronea aliquot annorum pensitatione Decumana, viderentur Priuilegiario iuri suo renunciasse. Iudicato 12. Kalend. Martias, An. 1600. in Cœnobiarcham D. Martini, Pontisaræ Syluanectensium oppidi, & Vilhelmum *Dompoint*, inferioris Ædis Præfecti monasticæ Primatem: quià Sententia Prætoris Parisiensis supremam Curiam appellarant. Sed ne à suscepto Cluniacen. Priuilegiorum argumento secedam longiùs, Cœnobitis hisce, à prisco iam æuo, copia facta est potestásque sacrorum ordinum pro arbitrio sumendorum abs quouis Diœcesano Antistite. Libertatem hanc fulciente Petro Venerabili munificis Rom. Præsulum Codicillis. Lib. 4. Epist. 33. ad Attonem Trecensem Episcopum, qui apud Charitatis oppidi Conuentum monasticum, Ecclesiasticos ordines in quosdam contulerat. Quod si vos Pontificiæ in hoc

La fondation Royale & donation premiere au Prioré de S. Martin Des-champs, à Paris, est du Roy Henry I. de l'an 1060. La confirmation du Roy Philippes I. fils dud. Henry, est de l'an 1067. Et entre autres choses y donna l'Abbaye de S. Symphorian, & S. Sanson d'Orleans. Et par autre Chartre de l'an 1065. il confirme le don paternel des Eglises de Iainuille & de Neufuille en Beausse audit S. Martin Des-champs. La quatriesme est de l'an 1076: don faict dudict S. Martin à l'Abbaye de Cluny.

Arrest de la Cour du 6 d'Auril 1516. Touchant l'Office titulaire Hospitalariatus *audict Prioré sainct Martin, dont fut pourueu frere Guillaume Stine Religieux de l'Ordre sainct Augustin, fut iugé qu'il ne pourroit tenir ledict tiltre s'il ne vouloit obeir aux Statuts Benedictins de S. Martin, & que le viure est commun auec les Religieux de S. Martin* sine proprio.

rium quod ab eius patre datum, alii occuparant.

* admonitoria.

Prioratus S. Martini de campis, apud Lutetiam, a Francis Regibus fundatus. De quo, supra Lib. 1. Tit. 3. art. 6.

S. Benoist le Fleury sur Loire.

Lib. 2. Tit. vlt. art. 16.

Bulla, die 16 Septēb. 15:6. Cum Placito Curiæ die 6. Apr. Vbi inter alia Reformationis Capita Religiosorum S. Martini, cautū ne monachi aliò trāsferri ab Abbate possint, nouíque subrogari ab Abba Cluniacen. vel alio, sine cōsensu Prioris & Conuentus S Martini. Cui etiam Priori licet nouitiorum professiones recipere, & Eccl. ornamentis benedictionem imponere. Tamen hoc postea Transactione inter eos compositum est, omologata in Casteleto Paris. die 3. Aug. 1524.

Apostolica Bulla die 23. Maii, An. 2. Pontificat.

Bulla Nicolai 3. P. pro Cluniacensibus, quòd possint percipere decimas nouałium, sicut antiquas, habebant.

Gregorianæ Literæ die 22. Mart. 12-4 Et Cælestini 5. P. die 7. Septemb. An. 1 Pontifi. at.

Cælestinus hic, Mutrhonensis eremita, seu professione Anachoreta, Patria Herniensis, secundo à Sulmone, in Hernicis, milliario Ccenobium incoluerat, ante Roman. Pontificatum.

Arestum Curiæ, die 19. Febr. 1600. confirmans Sententiam Præpositi Lutetiani, latam die 15. Octobr. An 1589. pro immunitate decimarum ex fundis, quos Cælestini suis manibus aut sumptibus colebant. Victo Priore de S. Prix, eique iuncto Abba S. Martini, à quo Prioratus pendebat. Dn. Gilloto, litis relatore in Magna Camera.

Petri Cluniacen. Abbæ Epist. 17. Lib. 6. ad Priores vel Suppriores locorum Cluniacensium.

De S. Odone, Cluniacen. Ordinis propagatore.

Parte 2. Tit. 15. Cap. 16.

Sodalitium propensionis, benignitatísque capiat admiratio, expeditè rogo, quàm piis ipsum primordiis, ceu auspiciis cælestibus, Mundo se exeruerit. *Veniat*, antiqui Scriptoris elogio, *Veniat post Magnum Benedictum, & eius discipulum Maurum, summus Ordinis Monastici in Gallus reparator, præcipuus Regulæ reformator Odo, Odo, inquam, primus Cluniacensis Ordinis pater, qui emortuum iam, & penè vbique sepultum Monastici propositi feruorem resuscitare suo conamine aggressus est. Defecerat suo tempore Sanctus: diminutæ erant veritates à Filiis hominum. In cunctis penè Europæ nostræ finibus, de Monacho, præter tonsuram, & habitum, nihil. Instituit ille Diuino operi, ferè tunc solus, & Cluniaci prima iaciens fundamenta, post, huc illúcque Religionis semina, quandiu aduixit, serere non cessauit.* Huius adeo, inclyti Odonis laudes decantarunt Sigebertus in Chronico, Vincentius, Historici Speculi Libr. 24. Capit. 55. Et B. Antoninus, Summar. Parte. 2.

Le Prioré de Bellenoue, au bas Poictou, dependant de l'Abbaye de S. Michel en Rey, en l'Isle de Re.

Le Prioré de S. Pasuin, lez Mans, membre dependant de l'Abbaye de nostre Dame d'Euron.

Le Prioré de Moutillers au bourg, au Bourg dud. Montillers, vers Saumur en Anjou, led. Prioré conuentuel membre dependant de l'Abbaye de S. Florent lez Saumur.

Le Prioré de S. Sauueur, prés Bray, membre dependant de l'Abbaye de Bonneual, au pais Chartrain.

Tritthem in Chronico Monasterii Hirsaugiensis.

Patentes Literæ Galli regis Ludouici 6.

Paris. Curiæ Arestum die 26 Febr. an. 1599. pro Dn. *de Birague, Prieur de Souuigny en Bourbonnois, dependant de Cluny, qu'il n'est tenu à la reception ne pension d'vn Oblat audict Prioré.* Iuxta anterius Sen. Cons. pro Priore S. Lupi de Asserento, *pre Lezarche*, in Diœcesi Paris. Cuius meminimus Lib. 3 Sacræ Polit. Tit. 2. Art. 13.

Ludou. *le Gros*, Galliæ rex.

Lib. 2 De domanio Franciæ, Tit 20. art. 1. & 2.

Placitum Curiæ, die 22. Ianuar. An 1600. confirmans iudicium Seneschalis *du haut pays d'Auuergne*, à quo prouocarant Canonici Ecclesiæ collegiatæ, *de S. Gerauld d'Orillac*: cuius Ecclesiæ olim Regularis Secularizationem recensuimus Lib. 1. Sac. Polit. Tit. 3. art. 8. Monasticæ verò ipsius fundationem primæuam ab S. Giraldo deducit Fragmentum Histor. Francor. sumptum ex antiqua Mēbrana Floriacen. Cœnobij.

6 EXIN, Tritthemij *Abbæ* testimonio, Cluniacense cœnobium, nominis celebritate reliquis antecelluit, & ab eo cætera Monasticæ normæ disciplinæque typum mutuantur. Idipsum proinde non tam eximia Principum liberalitate auctum deprehendimus, quàm effusa vndique ac proiecta opum collatione Populari. Quod & Ludouicus Crassus Rex haud obscurè professus fuit, apud Aureliam exaratis Tabulis Ann. 1119. quùm ait, *Cluniacensis Monasterij Prioratus singulos per Abbates Cluniacenses acquisitos, vel eis datos à priuatis: Et à fundatione ipsius Monasterij Cluniacen. obseruatum, quòd eosdem Abbas committit regendos & custodiendos, sicut rem propriam, cuicunque voluerit de suis Monachis, &c.* Qua lecta in Auditorio Senatus cautione chartáque Regia, immunis pronunciatur vulgari onere educandi Oblati à Principe Magister Conuentus Saluiniaci Boiorum, qui Cluniacensi Cœnobio superiori respondet. Decreto Senatorio in pomeridianis causarum Actionibus, 4. Kalend. Mart. An. sesquimillesi. 99. secundum N. Biragum, monastici Primatus Saluiniaci Præfectum, qui à Molinensi Boiorum Iuridico summam Curiam prouocarat: contra Anton. Bailliuum, è diuersò, altercantem. Du Marcheo, prouocantis: Vilerio, aduersarij: & Mario, Fisci, patronis. Ætiologia est, quòd *Regularium* huiusmodi sacerdotiorum fundatio nulli accepto feratur Regi Duci, aut Comiti: Qualem Principes etiam nostri agnouerunt, eóque Sacerdotia isthæc, ab vno Cluniaci Antistite suis libere conferenda. Regiis Crassi diplomatis An. 1119. Philippi Valesij, An. 1329. Iani 2. An. 1360. Mens. Ianu. Tum Karoli 6. An. 1397. Cœnobiis autem, quæ Regia fundatio adstringat Oblato à Principe, excipiendo & alendo, nulla præstatur eius oneris vacatio, hoc nomine, quòd illa ipsa, è *Regulari*, in *secularem* dehinc habitum statúmque conuersa sint, assentiente Rege. Talis enim status mutatio translatióque, intelligitur fieri cum sua causa, onere, & conditione. Papiniani leg. Legatum sub conditione. ff. De adimen. & transfer. legat. Nec, priuatorum actibus purè adiecto Principis assensu, creditur is augusta Regaliorum iura à se abdicasse. Ex sententia Leg. Obligatione generali. ff. De pignor. Eorumque argumento, quæ toties inculcauimus Libris REI DOMINICÆ Francici Sceptri. Quocirca Senatus, iudicio decreuit, Regiam veterē prærogatiuam offerendi cœnobio Orilliacēsi, Aruerniæ, Veterani militis enutriendi, haud ideo conuulsam esse ac sublatā, quòd Cœnobiū interim, annuente Principe, versum sit in seculi Collegiū Ecclesiast. Aresto Paris. 11. Kal. Febr. An. 1600. pro Claudio Verogneto, aduersus Sacros Sodales Phani Giraldi apud Orilliacū Aruerniæ oppidū, qui appellantiū partibus fungebantur. Dn. Barillone, Conscripto curiæ, litem exponente in Senatoria prima Inquisitionum Decuria. SINGVLARI rursus in Cluniacensem Familiam beneficio, addictum ipsi legimus olim

Præbendum Templi maioris Diœceſum plurimarum. In Trecenſi putà Ædeſacratiſſima, in Carnutenſi, Aurelianenſi, Pontiuenſi Ambianorum. Vt poſteris teſtatum reliquit Petrus Venerabilis, Lib. 3. Epiſt. 2. Et Lib. 5. Epiſt. 7. Vincentiano itidem Cenomanorũ Monaſterio erogauit Geruaſius 30. Epiſcopus Præbendum ſuæ Cathedralis Baſilicæ. *Ita, vt tantumdem*

Priorez dependans de l'Abbaye de S. Vincent lez le Mans, Noyan ſur Sarthe, Pillemin, S. Martial, Souday, S. Kales de Guereteau, Treßon Conuerray, Sarte, Meſieres, Maruille, Auenes, la Lande, Patry en Normandie

Monachi recipiant, quantum quilibet ex ipſius Eccleſiæ aſſiduis Canonicis: pro eo quòd in cœnobio S. Vincentij, Epiſcopalis, & Canonialis habeatur Sepultura. Ex Codice idiographo fundationum Ædis Vincentianæ. Pari modo, Foſſatenſes D. Mauri cœnobitæ frui debent Præbendo ſanctioris Delubri Pariſiorum, ab inſigni Æneæ Epiſcopi in eos liberalitate, his conſignata literis. *Ego Æneas, &c. Notum facio &c. quòd An. 868. iuſſu ſereniſſimi Karoli regis, ad Foſſatenſem (ob recipiendum corpus B. Leuitæ Mauri) accedens Abbatiam, dum à proprijs ſacram præfati Sancti depoſui humeris ſuper B. B. Apoſtolorum altare glebam, Conceßi eidem Eccleſiæ annuentibus cunctis Archidiaconis & Clericis noſtris, qui vnà mecum illic aderant, in Sede noſtri Epiſcopatus, in Eccleſia videlicet B. Dei genitricis Mariæ perpetuò Præbendam integram: Ita, vt ab hora, vſque in nouißimam huius ſeculi horam, omnes Abbates eam liberè, & ſine inquietudine, aut aliquo ſeruitio habeant, & securè poſſideant, &c.* Lutetiano inſuper Fani Victoris Cœnobio dedit Stephanus Epiſcopus Præbendum in pontificali Diuæ Mariæ templo. Cuius idcirco ſacris Templi vacare oportet Cœnobiarchæ Vicarium ſacerdotem, vt diurnas Præbendi ſportulas percipiat, maiores autem eiuſce reditus, Magiſter Cœnobij. Quod ita definitum ab Epiſcopali Collegio canonicorum, liquet vetuſto Eccleſiæ Inſtrumento An. 1145. Illi præterea Monaſterio Cæleſtinus 3. P. adſignauit Præbendi fructum annalem Canonicorum B. Mariæ, vita decedentium. Bullatis codicillis 13. Kalend. Iunias An. 1191. iuxta anteriores, Clementis 3. nomine expeditos. Verùm, vt Cluniacenſes repetam, peculiari æquitatis ratione, opus fuit quondam Cluniacenſi Mandræ monaſticæ temporarijs Eccleſiarum prouentibus eiuſmodi, quùm Petri Venerabilis dicto, *Famoſum hoc Monaſterium à primo fundationis ſuæ lapide, ab omnibus ſoleret colligere, quod poſſet vniuerſis effundere. Factum eſt enim à ſui principio non ſolum externorum Hoſpitium, non tantùm confugientium Aſylum, ſed vt ſic loquar, publicum Reipubl. Chriſtianæ Ærarium. Ea de cauſa, nec ſua ei, ne aliena ſufficiunt: quia longè maior eſt quantitas rogatorum, quàm liberalitas largitorum.. &c.*

Præbendæ in Eccleſiis Cathedralibus, & in Pontiuenſi, pro Cluniacen. monachis.

Abbatiæ S. Vincentij data præbenda à Cenomano præſule in Eccleſia S. Iuliani. Ex Lib. 1. Fundationum B. Vincentij, Charta 5 4. fol. 31.

S. Maur des Foſſez. quem Maurum Aimoinus refert in vita Childeberti filij Clodouei 1. regis, è Caſſino monte in Gallias miſſum a D. Benedictino, veniſſe ad preces Cenomani pop. vt pijs Regulis à Benedicto traditis informaretur Hiſt. Lib. 2. cap. 12.

Quænã Cœnobia præbẽdas obtineãt in Eccleſiis Canonicorum ſeculariũ Vide Lib. 1. Sacræ Polit. Tit 8. art. 5. Et L. 2. Tit. 3 art 17.

Cõcluſio Capitularis. Bulla, die 20. Maij. An. 1191 explicata per Tranſactionẽ Capituli B Mariæ cum Abba S. Victoris die 3. Dec. an 1501. *quoted. Abbé aura le gros du dernier Chanoine decedé & nõ celuy de ſon ſucceſſeur.*

Quod à Capitulo adprobatum eſt denuo, die 3. Febr. An. 1596.

Fondation du Prioré de Duyzy (de Oyſiaco) *dioceſe de Meaux près la Ferté au col, fondé* à Simone de Oyſiaco, & Ada vxore, *l'an* 1170. Quem locum ſine cellam monaſticam ſuis expenſis conſtructam donarunt Monaſterio Redolienſi. i. *au Prioré de Rueil, membre dependant de Cluny. Ledit Prioré de Duyzy dedié à noſtre Dame, S. Pierre, & S. Paul.*

Lib. 5. Epiſt. 34. ad Rogerium Siciliæ regem. Nec deſunt tamen Cluniacenſi inferiores Cœnobiarchiæ, ſeu *Abbatiarum* tituli, nedum *Prioratuum*: vt à multis temerè creditum eſt. Nam, præter ſupremum Cluniaci Archimandritam, numerantur in Catalogo Ordinis, *Abbates* quatuordecim Moyſiacenſis, & Thierni, apud Aruernos: Figiacenſis, Lozacenſis, Balmenſis, Belliloci in Argonia: de Paſleto, in Anglia: de Coſraquuell. in Scotia: Paterniaci, Amillani, Campirotundi, Monaſterij noui, Varinenſis, in Germania: & D. Benedicti, ad Eridanum Italiæ amnem. In hoc quoque Ordine habitus eſt olim Vizeliacenſis *Abba*, *ſeculari* poſtmodùm Toga inſignitus à Sede Romana: vt ſuperiùs à Nobis adnotatum eſt. CVIVS GARDAM ABBATIS ET CONVENTVS DE VIZELIACO, CONTRA COMITEM NIVERNENSEM, iudicio conſtabiliit Regia Franciæ Curia PARLAMENTARIS, Anno 1307. Hos verò maiorum nominum ac tituli Æreriarchas Cluniacenſes, ſequuntur Præfecti Monaſticorum quinque Conuentuum celebriorum: in quibus, ſecundum, à Primate Charitatis oppidi Cœnobiique, locum obtinuit Sacerdos Fani Pancratij in Britannia Inſula, vel innuente quidem Gregorio.

Manuſcripto Libro Dn. pr. de Riuo, continetur Series iſta Abbatum, priorum, Officiariorum, Religioſorũ Cluniacenſiũ &c.

Abbatia *de Vezelay, en l'Auxerrois*, nunc ſeculariſata.

Parlamenti Areſtum vetus an. 1107 de gardia regia Abbatiæ.

Priores 5. maiores vt putà Prior de Charitate Prior S. Pancratii in Anglia. pr. S Martini de campis, Prior *de Souuigny*, & Prior *de Souxilange.*

9. P. in Cap. 51. De elect. Tertius deinde occurrit, Martiniani Conuentus Primas, Lutetiæ: tum Antistes Saluiniaci templi, apud Borbonios: & Præfectus Selceniarum, in Aruernia. Inde gradatim prodeunt *Triplices Conuentuales*, quos vocant. *Prior* nempe Marcigniaci, Pr. de Gigniano, Pr. de Cariloco, Pr. S. Saturnini de portu, Pr. B. Mariæ de Nazareto, in Hispaniis, Pr. D. Petri, Abbatisuillæ: Pr. S. Lupi de Afferento, Pr. B. Arnulphi de Crispeio, Pr. Valenc. vnitus: Pr. de Volta, Pr. Romani monasterij, Pr. S. Orientij, Pr. B. Mariæ de aurata, Decanus de Guya, Pr. de Longoponte, Pr. de Vallibus supra Poligniacum, Pr. de Riuis, Pr. S. Iacobi de Pontida, in Italia: Pr. de Lathona, in Anglia: Pr. Montisacuti, in eadem Insula: Pr. de Longauilla, Pr. de Rodolio, Pr. de Gornayo: Et posteriores hist. 4. in Anglicis oris, Pr. S. Milburgis, Pr. de Arantona, Pr. de Montefracte, Pr. de Catelerco. His sensim accedunt *Duplices Conuentuales*, Pr. Nantuaci, Pr. S. Marcelli, Cabilonen. Pr. de Coinciaco, Pr. de Barbisilio, Pr. S. Albani Basiliensis, Pr. de Alezaco: Decanus de Paredo, Mensæ Cluniacensis *Abbæ* connexus: Decanus de Vergeyo, Decanus de Lehuno in sanguine terso, Decanus de Carnaco. In medium dehinc promuntur Conuentuum Magistri, qui ex duodenis cœnobitis conflantur. Hanc classem occupant *Prior* de Amberto, Pr. de Nogento rotrodi, Pr. S. Margaretæ de Helyncuria, Pr. S. Stephani, Niuernen. Pr. S. Riueriani, Pr. de Prato, Pr. de Nantholio Banduini, Pr. Montis Desiderij, Pr. Aræ grandis, Pr. de Rampone, Pr. S. Marcelli Diensis, Pr. Ganagobiæ, Pr. Iallifoco, Auenionen. Collegio adunatus: Pr. de Tornaco, Pr. de Contamina, Pr. de Domena, Pr. S. Eutropij, Xantonensis: Pr. Insulæ Aquensis. Octonis autem Religiosis modò constant singuli isti Conuentus, cum monastico suo Primate, de Medicino, S. Margaretæ, in Campania: B. Marcelli de Sanzeto, de Sezana, D. Mariæ Senonen. sub Charitate: B. Nicolai, Syluanecten. de Campis, de Ancra, sub B. Martino de Luperciaco Burgo, apud Niucodunum ad Ligerim: & Decanatus de Roncenaco. Istorum autem quilibet Conuentuum, supremo obnoxius fertur, annua nummorum pensitatione. Ex insigni Decreto prætoriani Consilij postridie Idus Decemb. An. 1598. secundùm Fatr. Claudium Guisium, Cluniaci Archimandritam: aduersus Francisc. Arnulphum *de la Borie*, *Priorem* Luperciaci Burgi. FOEMINEA porro eiusce Ordinis Collegia sunt perpauca, quorum præfectæ singulorum, nudam administrationem subibant antiquitùs, præfecturæ verò titulos gerebant Religiosi, quidam viri, Cluniacensis ipsius Sectæ. Ast Iacob. Ambosius, Cluniaci cœnobiarcha, Lege sanxit, in maioribus Comitiis suis 17. Kalend. Iunias. an. 1501. muliebrium Cœnobiorum Antistitas, vt re, sic nomine, *Priores* extituras, splendidóque eas *Priorum* vocabulo honestari decreuit. Quam Alexander. 6. P. Constitutionem probauit Sexto Idus Augusti seq. Eadem cautum erat, Moniales tres à Virgineo quoque Conuentu Magistra destituto nuncupandas Ordinis principi *Abbæ*: quarum vnam is præfectam seligeret, cooptaret. Haud secus ac, fœminei Ordinis Fontis-Ebrardi, Conuentus 52. inferiores, exhibere solent tres suffragiis lectas superiori Antistitæ: quarum hæc vnam, vacuo Sodalitij sui Magisterio, condecoret. Iuxta ea, quæ de sacrarum electionum formulis accuratè seruandis pręscripsit Innocẽtius 3. P. Laterana in Synodo, Cap. Quia propter Vers. Nisi autem, de elect. Verumtamen prætorianus Senatus, abhinc sexennium, muliebrem Primatum monasticæ Ædis Sepulchri *d'Auoynes* addixit sanctimoniali Ianæ *de Vichy*, à Sororibus delectæ soli oblatęque Claudio Guisio Cluniaci Archimandritę: Victa Iana *Damanzay*, quam Guisius *Abba*, Virginei sui Conuentus Magistram designarat. Iudicato postridie Nonas Septembres, an. 1594. quod litigatoribus propalam recitatum fuit duodecimo Kalend. Sextiles, an. 1595. Tales vtique *Prioratus* fœminei, Cluniacensis Familiæ, nominantur isti, Marcigniacus, Matisconis: Victorianus, Eburonum: Sallesius, Lugdunensium: Croperius, & S. Sepulchri, Aruernorum. De primo autem illo Marciniaco, Petrus Venerabilis expressim, lib. 3. Epist. 17.

Ex secundi illius Prioris mortui peculio 40. milium Angelatorum struxit Abbas Cluniacensis Ambosius *l'Hostel de Cluny à Paris* Circa Annum. 1490.

Triplices, & Duplices Conuentuales Priores: post quos, veniunt 4. Socii in ordine, & Subcamerarius, postea veniunt priores conuentuales 12. vel 8. Religiosorum. Veniunt deinde obedientiarii Monasterii Cluniacen.

Priores conuentuales simplices 12. Religiosorum.

S. Dionysii de Nogento rotrodi prioratus (de quo, Pet. Venerabil. in Epist. 40. lib. 5.) à Gaufrido Vicecomite Castrodunensi fundatus est. an. 1. Regni Henrici 1. bonis auctus à Rorroco, nepote, Pertici Comite, an 1190., & Bullatis Alexandri 3. priuilegiis 15. Cal. Ianuar. an. 1560. Tũ Aginaldi Carnuten. Episcopi, an. 1180. & 1193. die 24. Iulii.

Prioratus singuli cõuentuales, octo Monachorum.

Lucy le bourg, en Niuernois.

Placitum Magni Cõsilii Regis, die 14. Decemb an. 1598. de annua pensione 40. librarum Turonen à Priore debita suo Abbati.

Statutum Ordinis Cluniacen. in Capitulo generali, die 16. Maii an. 507. omologatum à Sede Apostolica, die 8. Augusti eod. an.

Religiosę *Frontenauit*: De quibus honorifica fit commemoratio, Petri Venerabilis Epist. 17. lib. 3.

Arestum Magni Cõsilil regii die 6. Sept. 1564. litigãtibus prolatũ die 21. Jul. 15 5.

Prioratibus Monacharum *de Marcigny les Nonnains, en Masconnois: S. Victor, en Liege: Salles, en Lyonnois Croupieres, & S. Sepulchre d'Auoynes en Auuergne.*

7 EIVSDEM, cum Cluniacensi, Regulæ Benedictinæ, Ordinem subnecto Cisterciensem: cuius summo Ordinis Præsuli submissè parendum: notat perspicuè D. Bernardus, Epist. 6. in Arnoldum, *Abbam* Morimundensem. Ac Monastica quidem hæc Secta, multorum præconiis celebrata est, ideóque priuilegiariis muneribus Apostolici Solij vberrimè cumulata. Nam præter ea, quæ huius honori Familiæ tribuit Petrus Blesensis, Epist. 4. ad quendam Cisterciensis Conuentus Præfectum, Cluniacenses etiam, sacra largitate, Cistercij initia progressúsque illustres adiuuerunt. DEDI, infit Petrus Cluniacensis, *Cisterciensibus Fratribus, quibusdam in locis Decimas. Sed tanta iam est per Dei gratiam ipsorum, & aliorum Religiosorum vbique Terrarum in circuitu nostro numerositas, vt si omnibus Decimas indulserimus, iam Decimam fere numeri nostri partem perdamus*, &c. Lib. 3. Epist. 33. ad Innocentium 2. Christianæ Ecclesiæ Antesignanum. Vnde & Cisterciensis Pietatis merito dicatum est iam olim Metricum elogium istud.

Cisteaux, cuius Ordinis priuilegia multa volue Lib. 1. Sac. polit Tit. 9 art. 5 6. Tit. 5. art. 4. Tit 7 art. 14. Lib. 3 Tit 2 art. 8.

Feminin Prioré de Salles, en Beaujolois Ordre de Cluny.

Le Prioré de Grand-Châp. Ordre de Cluny, diocese de Meaux.

Le Prioré de S. Martin de Chastenay, mēbre dependant du Prioré de Souuigny, en Bourbonnois.

Le Prioré de la Cochere, membre dependant du Prioré de S. Barbe en Auge, en Normandie.

Vt Sydus nitidum, vester præfulgidus Ordo
Iam penitus toto clarus in Orbe micat.
Sanctus, & exemptus, primáque ab origine liber.
Nullus in hunc quicquam iuris habere solet.

Nouum enim Cisterciense Sodalitiū amplexatus fuit vltrò Paschalis 2. Pōtifex 14. Kal. Maias An. 1100. hac Codicillari clausula. *Paschalis, &c. Venerabili filio Alberico noui Monasterij Abbati, quod in Cabilonensi parochia situm est, eiusque successoribus, &c. Quòd locus Cistercij ab omni mortalium molestia tutus & liber maneat, & controuersiæ pacificatio inter Cistercięses, & Molismenses.* Interiectis deinde aliquot annis, Calyxtus. 2. P. sanxit primæuas Cistercięsis *Abbæ*, Cœtusq; sui monastici Constitutiones, vulgò tùm dictā *Chartā Charitatis, Consuetudines, & Statuta Ordinis* Bullato diplomate 10. Ianuar. An. 1119. Postmodùm Eugenius. 3 P. qui Cisterciensi Familiæ adscriptus fuerat, cuncta eius Instituta Legesque monasticas comprobauit. Kalendis Sextilibus, An. 1152. Queîs, Anastasius 4. successor, velut cumulo, adiecit 5. Idus Decemb. An. 1153. *Vt propter communia Interdicta terrarum, nulla Ecclesiarum Cisterciensium à Diuinis compellatur obsequiis abstinere. Interdicimus item, ne aliqua omnino persona Fratres Ordinis vestri audeat ad secularia iudicia prouocare, sed sub Ecclesiastici Iudicis examine experiundi habeat facultatem.* Secundùm quæ, Alexander. 3. P. collato symbolo, addidit hoc Cisterciensium priuilegiis. *Electus, ne vlli Archiepiscoporū, vel Episcoporū, emancipatus, vel quasi absolutus, tradatur: sed nec post factam Archiepiscopo, vel Episcopo suo professionem, occasione eius Ordinis sui Constitutiones transgrediatur. Item quòd quilibet Abbas Ordinis, potest absoluere Fratres sui Monasterij, & eos, qui ad Ordinem accedunt, à vinculo excommunicationis per appositionem ignis, pro violenta manuum iniectione in Clericum, vel aliam Religiosam personam, & pro communicatione cum excommunicatis, mediante pœnitentia salutari.* Rursùs, vt peculiare Cistercij ius aliud calleamus, præmittendum, nemini fas esse, monasticam Præfecturam, *Abbati*, indicta caussa, abrogare, vel auctore quidem superiori Antistite. Quemadmodùm in Corbienses Ambianorum monachos decretum fuit, Rhemensi in Synodo peracta An. 892. Quam refert Flodoardus in sacra Rhemorum Historia, lib. 4. Cap. 7. Vice etiam versa, maioribus Diœcesum Præfectis interdictum est monasticos Præsules, inconsulto eorum Conuentu, sacro munere abdicare: Nisi & aliis simul in consilium adhibitis, Episcopalis territorij, Cœnobiarchis. Vt Turonica 2. Synodo definitum voluitur, ac denuò statutum ab Alexandro 3. P. in Lateranensi Ecclesiæ Consilio, parte vlt. ad Patriarcham Hierosolymorum. Idem certè Alexander Cisterciensi Sodalitio hanc addidit prærogatiuam, *Quod Abbatibus deponendis, si commoniti, suæ Prælationi sponte cedere noluerint, non liceat ad Sedem Apostolicam appellare, aut reatum defendere.* Solenni Instrumento 4. Nonas Quintiles An. 1169. Quo pariter Instrumento, *Licet Abbatibus, nouitios suos benedicere, & alia quæ ad illud officium pertinent, exercere: etiam si ab Episcopis benedictione petita, & negata benedicti non sint. Quod si Episcopi aliquid ab Abbatibus contra priuilegia Ordinis petierint, licet eis auctoritate Apostólica denegare.*

De Cisterciensi Ordine, Petrarcha, ad Sagramorum Equitem & monachum scripta Epistola, ait. O Cistercium, sacra Domus! &c.

Romana Bulla die 18 April. An. 1100.

Antiquiora Cisterciensium Instituta.

Liter. Pontificiæ, die 23. Decēb An. 1119.

Eugenij 3. Bulla Die 1. August an 8. Pontificat Et Anastasii. 4. P. die 9. Decemb. An. 1. Pontific

Innocentii 8 P Bulla die 10. Aug. 1487. Quòd omnes lites pēdentes tam in Rom. Curia, quam coram aliis Iudicibus, etiā per appellationem, inter personas Ordinis Cistercien euocantur inde, & remittūtur ad Abbam Cisterciensē, & ad Patres Abbates vel ad generale Capitulum, vt summarim iudicentur omni appellatione postposita, præterquàm in casu denegatæ Iustitiæ, vel illati grauaminis contra statuta Ordinis.

Abbatia de Corbie Ambianæ Diœceseos, Benedictini Ordinis.

Turonicum 2. Concilium, circa tempora Pelagii 1. P. Ex Tom. 2. Consil.

Lateranen. Synodus, Vol. 3. Concil.

Pontificia Bulla, die 4. Iul. an. 10 Pontif.

De benedictione nouo Abbati ab Episcopo danda.

Yuonis Epist. 37. Vers. benedictionis, abstinentia non impedit Abbam electum ad procuranda bona spiritualia vel temporalia.

Oldradi sententia Abbatis beneficia vacare post adeptam possessionem, ante benedictionem.

Abbatia de S. Euroul, diocese de Lyzieux.

Post hanc consecrationem Abbatis Vticensis seu S. Ebrulfi, Ecclesia Vticen dedicata est subinde à 5. Episcopis, d. Anno 1099.

* manuscripto.

Lucij 3. Rescriptum die 21. Nouemb. An. 1183.

Nil planè diuersum, de sacra ipsius benedictione *Abbatis*, sanxit Alexander ille, Decretali epistola ad Cistercienses, Cap. 1. De supplen. neglig. Prælat. Cap. Meminimus De accusat. Talem *Abbatum* benedictionem pontificalem excutit copiosè Glossematarius ad Clement. Attendentes de stat. regular. Hostiensis, Iohan. Andræas, & alij, ad Cap. tuam De ætat. & qualit. Eandem verò illam, minus Cœnobiarchæ necessariam putat Yuo Carnutensis, Epist. 37. & 57. ad Bernardum Maiorismonasterij *Abbam*. Vers. *Promotionem Abbatis non facit Episcopalis benedictio, sed Fratrum communis electio.* Neque ab iis longè recedit Oldradi. I. C. Responsum 14. Ecquid iam, si benedictionis repulsam ab Episcopo tulerit nouus *Abba*, quòd chirographum suum canonicæ professionis illi non exhiberet? Consimili enim specie facti, Gislebertus Lexouiorum Neustriæ Antistes negasse legitur benedictionis munus Serloni Vticensis cœnobij Magistro, quia insolitam huic D. Ebrulfi Monasterio professionem subire recusasset, Ann. 199. Verùm coæui Scriptoris stylo, Regalis potestas ea de re à Monachis requisita, iure præualuit, & pertinaci Episcopo imperauit, vt mores, quos antecessores eius in Normania sub patre suo tenuerant, obseruaret, & Abbatem sine alicuius nouitatis exactione consecraret. Iussio Regis ab inuito Præsule concessa est, & pristinus mos cœnobio confirmatus. Hæc vtique, Frat. Ordericus Vitalis, Anglus, Ebrulfiani illius Templi sacerdos, in Historico suorum temporum lib. 9. * idiographo, qui annum vsque 1141. producitur. Pari argumento, Lucius 3. summus Christianorum Præsul, Cisterciensibus indulsit 11. Kalend. Decembres An. 1183. *Quòd Episcopi in benedictionibus Abbatum sint contenti professione, quæ noscitur instituta ab initio Ordinis: scilicet quòd Abbates tunc debent dicere (saluo Ordine suo & priuilegiis Ordinis) nec compellantur aliam tunc facere professionem contra Ordinis Instituta.* Ast cœnobitæ Ædis

L'Abbaye de la Grace Dieu, Ordre de Cisteaux, en Xaintonge.

L'Abbaye de la Bussiere, Ordre de Cisteaux, diocese d'Austun.

L'Abbaye de Fleurigny, ou Fontenay, en Bourgongne, Ordre de Cisteaux.

L'Abbaye de nostre Dame de Rigny, Ordre de Cisteaux, diocese d'Auxerre.

L'Abbaye de Beaupré, Ordre de Cisteaux, diocese de Beauuois.

L'Abbaye, & Conuent de nostre Dame de la Trappe, Ordre de Cisteaux, diocese de Sens. Ausquels Charles de Valois, frere du Roy, Comte de Valois, d'Alençon & du Perche donna ses Lettres d'Admortissement l'an 1328. Extraict de l'Inuentaire des Tiltres de la maison d'Alençon.

L'Abbaye de Vaucler, seu Vallisclaræ, *Ordre de Cisteaux, diocese de Laon, fondée anciennement par les Comtes de Roucy.*

Par Bulle d'Innocent 8. Cistercienses habent priuilegium speciale pro Abba capite Ordinis, vt possit nouis Abbatibus & Abbatissis sui Ordinis sacræ Benedictionis munus impendere, citra Episcopi auctoritatem Bulla 5. Idus Apriles. An. 1487. *Par laquelle aussi ledit Abbé seul peut conferer aux Religieux de son Ordre, les Ordres de Diacre & Soubzdiacre. Depuis par Bulle de Clement 8. du 24. de Iuillet 1599. il est permis à l'Abbé Chef d'Ordre de Cisteaux, d'establir & deleguer Vicaires par les Prouinces pour donner la benediction aux nouueaux Abbez & Abbesses.*

L'Abbaye de nostre Dame de Lioncel, Ordre de Cisteaux, diocese de Valence, en Daulphiné.

Abbatia Grandissyluæ, in partibus Tholosanis, Ecclesiæ Claræuallensi specialiter associata Quam D. Bernardus suo Ordini traditam ab Abbate Grandissyluæ, ait in Epistola 241. ad Tholosanos.

Germani Pratensis, qui Diœcesana Parisiorum potestate soluti erant, domo sedéque extruserunt idcirco cœnobij sui Magistrum, Vilhelmum, quod ab Episcopo ipso, edita solenni professione, Benedictionem sumpsisset. Vt Aimoyni Appendice perhibetur. Cap. 50. Lib. 5. Rer. Francic.

Vrbani 3. Mediolanensis Literarum clausula prima, Si Episcopi munus benedictionis, & alia quæ ad Episcopale officiũ pertinent, Abbatibus Ordinis exhibere renuerint, liceat eis, si sacerdotes fuerint proprios Nouitios benedicere, & ab alio Episcopo ea recipere, quæ à suo denegata sint.

8 PONTIFICIAS sanè illas Lucij 3. in Cistercienses, Literas non modò stabiliit eius successor in Cathedram Apostolicam Vrbanus 3. Insubriæ ciuis, sed infrascriptis simul adauxit An. 1186. *Quod, Sede Episcopali, vacante omnia illa Cistercienses à vicinis Episcopis suscipere possint. Item ab Episcopis transeuntibus per Monasteria, Monachorum ordinationes, vasorum & vestium benedictionem recipere valeant. Quod nulli liceat, personas Ordinis, etiam pro Monasteriorum possessionibus, ad iudicia secularia trahere, nec ad Concilia, Synodos, seu ad loca Ordinis, causa ordines celebrandi, chrisma faciendi, causas tractandi, vel Congregationem conuocandi, accedere. Quod nullus, infra milliare ab Abbatiis vel grangiis Ordinis ædificia noua faciat. Quod in causis Cisterciensium, siue ciuilibus, siue criminalibus, liceat eis. Fra-*

trum minorum testimoniis vti, &c. Inde sensim Gregorius. 9. P. statuit, Cistercienses, Romano ex Diplomate in ius minimè vocari, nisi illo ipso nominatim, Ordinis eiusce commemoratio facta ostenderetur. Authenticis tabulis 3. Idus Ianuar. Ann. 1227. mirè consentaneis Alexandri 3. Epistolæ Decretali, Cum ordinem Cisterciensem De rescript. Gregoriana rursus Charta alia sancitum fuit, Monasticorum suffragiorum libertatem in cooptando aliquo eius Sectæ cœnobiarcha, minimè præpediri à diœcesano Antistite, vel alio quoquam. Vti de hac sanctione expressim à Nobis est actum Libro superiori. Prædictis autem Roman. Pontificum beneficiis subiecit hoc Vrbanus 4. P. Ne delegati à Sancta Sede, Internuncij, Mandatiuè Apostolici executores, valeant Anathematis spiculum distringere in Cistercienses, aut exquisito Procurationis titulo ab iis pecunias exigere. Codicillis pridie Nonas Majas An. 1260. Is quoque Pontifex Cisterciensibus fœminis, virorum priuilegia communicauit æquata omnium sorte, Idibus Maijs eod. An. Quibus Cistercij Priuilegiis Iudices dati sunt peculiares, cœnobiarcha B. Stephani Diuionensis, aliique Ecclesiarum Præfecti nonnulli, à Bonifacio 8. Antistite Max. Ita vt cœnobitarum eiusmodi sacris litibus, posthabita quauis prouocatione, iudicium interponerent Bullatis Literis sexto Idus Ianuar. An. 1382. Sic Carthusiensium Ordini Iohannes 22. P. addixit suorum Priuilegiorum Seruatores, Ebredunensem Archipræsulem, Gratianopolis Episcopum, & Decanum Viennensem. Rescripto quarto Nonas Quintiles An. 1308. quod Martinus 5. P. confirmauit pridie Kalend. Septembr. An. 1417. Ast Iohannes idem, Franciscanæ Sectæ *Conseruatores* extra Gallias designauit Bracharensem Archiepiscopum, Mindionensem, ac Legionensem Episcopos. Solenni Charta apud Auenionem 6. kalend. Majas An. 1319. Latius tamen Seruatorium Munus istud Xystus 4. P. Ecclesiarum Præsuli cuique, Fratrum minorum gratia, demandauit. Pridie Kalend. Septembres Ann. 1474. Tum Iulius 2. in rem Fratrum ac Sororum Ordinis 2. & 3. Seraphici. Diplomate 12. Kalend. Martias An. 1507. Nec Minimorum pariter Familiæ sui desunt Tutelares priuilegiorum Vindices assertorésque à Iulio 2. P. instituti, Luce 29. Mart. eod. Ann. 1507. Cælestinis porro Cisalpinis decreti sunt causarum suarum Disceptatores singulares, Archiepiscopus Viennensis Delphinatium, & Decani templorum Lutetiani, ac Villanouani ad Auenionem, Pontificiam vrbem, Apostolicis Benedicti 12. codicillis, Idibus Maijs Ann. 1343. Cruciferis itidem Cœnobitis Paulus 2. P. selectos Iudices tribuit seu Recuperatores, *Abbam* D. Victoris, Parisien. & sacrorum Collegiorum Decanos, Leodiensis putà, titulo B. Pauli, & Agrippinensis, titulo SS. Apostolorum. Diplomate 16. Kalend. Octobres An. 1464. iuxta concinnas Pij 2. Tabulas, Quinto Kalend. Martias anteriores. Peræque Religiosus almæ Trinitatis Ordo Recuperatores sortitus est, insigniúmque Iurium suorum protectores, Æteriarchas B. Genouefes, apud Lutetiam, D. Vedasti in Atrebatibus, & S. *Saluatoris*, Rothonensis, in Venetica, Britanniæ Celticæ, diœcesi, Sacro Pij 2. Rescripto postridie Idus Decemb. An. 1458. Illi necnon Genouefes Cœnobio, sui constant Apostolicarum prærogatiuarum custodes magistratus, Monastici nempe Antistites Ædis Germani, Parisiorum: & D. Petri, in Valle, Carnutum. Vt Iohan. Lomedeus, Proconseruator S. Genouefæ tradidit nuncupatim, Libello exemptionum Ecclesiast. publicato, An. 1588. Similiter D. Germani Monasterio ipsi, cui à Pratis cognomen inditum, selegit Innocentius 3. P. Seruatorem priuilegiorum, Rhemensem Archipræsulem: Exscripta ad hunc Epistola, Quinto Idus Maias An. 1198. quæ Tom. 2. Operum Innocentij attexitur, typis excussorum Agrippinæ Coloniæ An. 1575. Tutelares vtique alios Monasticorum templorum Magistratus recitauimus Lib. 2. Ecclesiast. Polit. Tit. 5. Quum enim sæpiusculè infesti sint Cœnobitis Clerici, ritè prospectum fuit antiquitus illorum sanctæ quieti & tranquillitati, mandata idcirco propitiis æquisque Iudicibus suarum controuersiarum notione ac definitione. Si-

Gregoriana Bulla die 11. ianu. an 1. Pontificat.

Tit 1. Art. 23.

Literæ Vrbani 4. P die 6. & 15 Maii Ann. 1. Pontif.

Conseruatores priuilegiorum Apostolicorum pro Cisterciensibus, ex Bulla die 8. Ianu. An 8 Pontificat Bonif. Similem ex Clemente 5. comperies Lib. 1. Sac. polit. Tit 5. Art. 13.

Iohannis 22. Bullæ, die 4 Iul. An. 1. Pontif. Et die 26. April. An. 3. Item Martini 5. die vlt. August. An 1 Pōtif Tum Syxti 4. die vlt Augusti An. 1474.

An 131 . die 26 Apr.

Iuliana Bulla, die 18. Febr. An. 5 Pontif.

Bulla Clementis 7 die 19. Mart. An. 1524. Cōseruatores Ordinis Minimorū fratribus deputat illorumque officium & potestatem tribuit.

Benedictina Charta, die 15. Maii An 9. Pontif.

Bullæ Conseruatoriales, pro Cruciferorum Ordine, die 16. Sept. 1464.

Die 26. Februar. An. 6. Pontificat. Pii 2.

Apostolicæ Literæ de Conseruatoribus Ordinis Mathurinorum, die 14 Decēb. 1458.

I Lomede, Vicesgerēs Conseruatoris S. Genouefæ.

Innocentiana Bulla, die 11. Maii An. 1198. pro Ecclesia S. Germani de Pratis, quam ibi P. P. appellat Ro. sedis Filiam deuotā & specialem.

Vallisscholarium Cœnobiis Conseruatores Iudicésque datos recensuimus Lib. 2 Sac. Polit. Tit. 8. Art. 10.

cuti apertè præmonuit Gregorius Magn. Regesti Lib. 4. Epistol. 43. ad Castorium, Arminensem Episcopum: ex qua sacer. Can. luminoso. Caus. 18. Quæst. 2.

Bulle de Gregoire 10. *(pour l'Abbaye & Conuent de Bonne-Fontaine, Ordre de Cisteaux, diocese de Rheims)* 6. Idus Octobres An. 1. Pontif. Dilectis filiis Abbati & conuentui Monasterij Bonifontis, Cistercien. Ordinis &c. Omnes libertates & immunitates a Rom. Pontif prædecessoribus nostris vobis & monasterio vestro concessas, necnon libertates & exemptiones secularium exactionum, à Regibus & Principibus, aliisque monasterio prædicto indultas, sicut eas quietè ac pacificè obtinetis, vobis auctoritate Apostolica confirmamus.

Autre Bulle de Clement 7. Datum Auenione 6. Cal. Iulij, Pontif. An. 7. *Confirmatiue d'autre Bulle d'Innocent* 4. Datum Lateranen. 4. Idus Mart. Pontif. An. 1. *(pour ladicte Abbaye de Bonne Fontaine)* Vestris iustis precibus inclinati, auctoritate vobis præsentium indulgemus vt in parochiis illis, in quibus vobis veteres decimæ sunt concessæ, noualium quoque, de quibus aliquis hactenus non percepit, pro portione qua veteres vos contingunt, percipere valeatis, &c.

Nicolai 4. Rescriptũ, die 1 Mart. An 1287.

Die 24. Nou. An. 2. Pontif. Ioh 22 sancitum, promotos in Abbates per Sedẽ Apostolicam, non posse ab Abbatis Cisterciẽ. & Capituli generalis obedientia se substrahere.

Die 4 Iulij An. 1. Pontific. Benedicti 12.

Confirmatio & innouatio Pontificia, die 5. Oct An 1454. Decreti & Constitutionis Iohan. 23. P. die 26. Ianuar. Ann. 1414.

9 Redeo Cistercium, cuius gratia, Nicolaus 4. P. decreuit liberum fore principi *Abbæ*, & Quatuor primis arbitrium potestatémque in res ac negotia inferiorum Primatuum monasticorum, ac singulis adeo, in eorum gestionem negotiorum, procuratores statuendi. Codicillis, Kalend. Mart. An. 1289. Insuper Clemens. 5. priuilegium Lucij 3. P. comprobauit, ne quisquam, Cistercien. Sodalitij Magistros, Fratres, Domosue sacro Anathemate, vel interdicto ferire auderet. Vetuit dehinc Iohannes 22. P. Rescripto 8. Kalend Decemb. Ann. 1318. huiusmodi Cœnobiis Præfectos à Rom. Pontif. obsequium detrectare Cistercien. *Abbæ* & œcumenici Conuentus Ordinis. Quibus consequenter, Benedictus 12. successor edixit, è sacra Mendicantium Secta transitum non patere ad Cisterciensem Familiam, absque venia & indulgentia Celsissimæ Sedis, quæ huic Constitutioni speciatim derogaret. Literis solennibus 4. Nonas Quintiles Ann. 1335. Nec longa post temporum serie, Nicolaus 5. P. renouauit Iohannis 23. P. decretum, apud Harudum Constantiam, 7. Kalend. Februar. Ann. 1414. ita Cisterciensibus fauorabile. *Quòd nullus, qui de d. Ordine non existat, cuiuscunque alterius Religionis, aut præeminentiæ, etiam Cardinalatus, Apostolica, vel alia auctoritate possit habere, nec impetrare quamcumque Præsidentiam, gubernationem, administrationem, aut præeminentiam per se vel alios in Ordine Cisterciensi, aut membris eius.* Tertio Nonas Octobres An. 1454. Sensim inde Pius 2. P. sanxit, Cistercij Archimandritæ, & Quatuor gradu proximis ius esse, inferiores Cœnobiorum Præsules & Officiales ad publica Ordinis Comitia accire, singulósque ad debiti æris annui collationem, ac iuuenum Monachorum in Academias missionem vrgere, compellere. Tabulis insignibus 7. Iduum Sextilium An. 1459. Queis præterea, reuocato in vsum Calyxti 3. priuilegio, irrita pronuntiantur Pontificia cuncta Beneficiariæ Expectationis munera, Commendationis, Reseruationis, aut Nominationis cuiuslibet ad Sacerdotia Cisterciensium, Vnionis, &c *etiam si per resignationem, & iuris cessionem, aut aliis, etiam Cardinalibus, seu Officialibus Curiæ concessa sint.* Iuxta hæc, Syxtus 4. P. qui *secularibus* talium Cœnobiorum Fiduciis minimè fauebat, binam Legem promulgauit *Regularis* disciplinæ Ordinis tutricem ac patronam. Quarto Idus Martias An. 1475 *Quòd Monasteria commendata, & commendanda, post mortem Commendatariorum, plenè, liberè, & integraliter redeant ad omnimodam Ordinis dispositionem & prouisionem: & quòd nulli præficiantur in Abbates, nisi per patres Abbates, seu per commissarios & conuentus, iuxta antiquum Ordinis modum: & quòd promoti, sint de Ordine. Item pensiones extinguantur per mortem eorum, qui eas leuarint, nec in alios transferantur. Commendatarij nullam habeant Iurisdictionem seu executionem in dictis Monasteriis, quæ tota ad patrem Abbatem reducatur. Ita quòd Commendatariis nec Monachorum numeri taxatio competat, nec Nouitiorum receptio, nec benedictio in Monasteriis: sed eius rei cura penes Abbates aliósque Ordinis Superiores remaneat. Cessentur insuper Gratiæ expectatiuæ, reseruationes, mandata, commendæ, nominationes, collationes, vniones, &c.*

Pii 2. Bulla, die 7. Augusti 1459. quòd Abbas Cistercij & 4 primi possint cogere omnes Abbates, Abbatissas, & Officiarios, ad visitandum quolibet anno Capitulum generale, ad soluendum contributiones & subsidia Monasteriis suis imposita, & ad mittendum studentes in Vniuersitates.

De his bulla alia 7. Cal. Aug. An. 1459.

Rescriptum Xysti 4. P. die 31. Mart. 1475. in Commendatarios Abbates & Priores Innocentii 8 P. bulla 4. Idus August An. 1487.

Iuxta aliam Xysti 4. Cisterciensibus mandatur, pro facultatum diminutione conuentuum eius Ordinis, quoniam moderari contributionum, quibus singula Monasteria taxata fuerant à Benedicto 12. P. pro sumptibus generalis Capituli celebrandi.

Bullatæ literæ, die 26 Nou An 9. Pontific. De exemptione

10 Hvcvsqve de sacra Cisterciensium Politia: Ciuilis autem & profana Monasticæ rei prædiariæ curatio, æquè fautores nacta est, adiutorés-

queApoſtolicos Præſules. Decumarum maximè immunitatē Honorius 3. P. irrogauit Ciſtercienſi Familiæ, ex prædijs ante Concilium Lateranenſe partis, quæ illa ſuo impendio manuuè inararet. Præclaro Reſcripto 6. Kalend. Decemb. An. 1224. Deinceps Innocentius 4. eidem indulſit, vt noualia in fundis, pro qua portione veteres decimas, perciperent: Lugdunenſi in Congreſſu Eccleſiæ vniuerſæ. 3. Nonas Maias An. 1248. Porro Vrbanus 4. P. omnium omnino decimarum præſtatione liberos vacuóſque iuſſit eſſe Ciſtercienſes. Quinto Idus Maias An. 1260. Poſthæc, Gregorius 10. P. extraordinarijs & indictiuis decumis illos exemit, nummariáque alia quauis exactione. In Lugdunenſi Conuentu Chriſtiani Clerici, Nonis Aprilib. An. 1275. Ac ſigillatim vtique, Eugenius 3. P. Monaſticas ſtabilijt B. Mariæ *de Perſenia* poſſeſſiones, An. 1150. ſubiecta hac Literis clauſula, *Sanè laborum veſtrorum, quos proprijs manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere præſumat.* Generatim verò Decumani muneris vacationem, quæ Ordini data ſit antiquitùs, produxere Martinus 5. & Xyſtus 4. viciſſim ad latifundia, etiam poſt Lateranam Synodum comparata. Bullato illius Reſcripto 9. Kalend. Octobr. An. 1423. Huius autem 6. Kalend. Octobr. An. 1482. Denique poſtremi Romanæ Sedis Antiſtites nouò Diplomate fulcierunt antiqua illa Maiorum ſuorum in Ciſtercienſes beneficia: Gregorius 13. pridie Idus Iunias An. 1574. ac Xyſtus 5. decimo ſexto Kalend. Iunij, & ſeptimo Iduum Iuniarum Anno 1585. Inter quos, Gregorius quoque, ſecundùm Pij 4. & 5. Codicillos, ſic interdixit: *commendatarys, eorúmque miniſtris, cæteriſque perſonis ſecularibus, quouis titulo ipſius Ordinis Monaſteriorum fructus prouentúſque percipientibus, ne Templa & alia loca regularia, & ad Monachorum vſum deſtinata Abbatiarum huiuſmodi & Monaſteriorum quomodòlibet occuparent, aut profanarent, neuè in illis mulieres cuiuſcunque conditionis introducerent, nec ſeſe in bonis per Monachos pro tempore decedentes relictis, illorumuè ſpolijs quomodòlibet intromitterent, aut bona ipſa ſibi appropriarent.* Ecquis verò non applaudat Pontificiæ Ciſtercienſium rerum iuriúmque tutelæ, quùm ex hoc Ordine clariſſima Theologiæ lumina prodierint, Chriſtianóque Orbi ſalutaria in omne æuum Monumenta? Lectitantur enim vulgò D. Bernardi Claræuallenſis Opera, cœleſtis doctrinæ refertiſſima. Vilhelmi item cœnobitæ Claræuallis, ſub Bernardo ipſo, Speculum Fidei, De contemplando Deo Meditationes pro Nouitijs, contra Petr. Abailardum, & Commentaria in Paulinam ad Romanos Epiſtolam, edita An. 1140. Teruntur quoque multorum manibus ſacræ Conciones Thomæ apud Ciſtercium monachi, in Cantica canticorum. Scripſit & Cæſarius, Germanus, in Euangelia de Sanctis, in Euangelia *Dominicalia*, Sermones ad Nouitios, *De Miraculis & Viſionibus diuerſis ſuo tempore factis in Germania*: Arnulphus item, *Abba* Bonæuallis, Pictonum, D. Bernardi familiaris, Res à viris illuſtribus geſtas, An 1163. Helinandus, ad hæc, Frigidi Montis ſacerdos cucullatus, De reparatione lapſi, Sermones Euangelicos, & vniuerſam Mundi ad ſua vſque tempora concinnauit Hiſtoriã. Guerricus rursùm, Igniacenſis *Abba*, contexuit publicas de Diuis conciones, & de Feſtis: Adilredus, *Abba*, Speculum charitatis, in Lucam. Sub annum 1200. Gottofredus porro Antiſſiodorẽſis, Petri Abailardi auditor ac diſcipulus, in eundem, diſtrinxit ſtilum, & Diui Ioannis Apocalypſim Scholijs explanauit. An. 1160. Nicolaus pariter Cœnobij alumnus S Crucis, in Auſtria, calamo pinxit Imaginem ſeu laudes B. Mariæ, & Prædicatorias diuini verbi ad Populum conciones. Vtì ſingulorũ nomina Auctorum, Scriptáque, à I. Trittemio recitantur: quaſi ſatæ ab illis Arbores, quæ alteri ſeculo proſint. Sanctiſſima denique Ciſtercienſis Sodalitij Inſtituta literis prodidit Vincentius Beluacen. Hiſtorici Speculi li. 27. Sigebertus in Chronico An. 1098. & D. Antoninus, Summar. Parte 2.

11. SECVNDVM has, Benedictinæ normæ, Cellas monaſticas, occurrit Maiuſmonaſterium, in Turonibus, D. Martini cœnobium: quod non modò vetuſtate originis, ſed amplitudine etiam Ditionum per Gallias

decimarum proteriis ante generale Concil. An 1175. acquiſitis. Die 5 Maii An. 1. Pótificatus Innocentii 4. & die 11 Maii An. 1. Pontific. Vrbani.

Gregoriana Bulla, die 5. April An. 4. Pontific.

Abbatia *de Perſegne*, alias de Perſenia (Ordinis Ciſterciẽ) apud Cenomanos Quæ olim fundata & dotata fuit ab Alençoniis Comitibus, Baronibus de Sonnoi in Cœnomanis, vbi illa ſita eſt, Vilhelmo nempe, Ioanne & Roberto viciſſim

Pontificiæ Bullæ, die 23 Sept. An. 7. Pont. Et die 26. Sept. 1482.

Priuilegiorũ Ciſtercienſ. Confirmationes Apoſtolicę die 12. Iunii 1574. Die 17. Maii, & . Iun. 1586. *Par Arreſt du grand Cõſeil en Octob. 1583. approbatif des Statuts de la cõgregation* Benedictinorum exemptorum Franciç, inter alia Statutum approbatum eſt, quo ſpolia monachorum decedentium referuntur Conuentibus, non autem Abbatibus Commendatariis. Hodie tamen in peculio Monachi commendatarius Abba ſuccedit.

Librorum Auctores Ciſtercienſes.

De Petro Abailardo, qui, erroribus ſuis excuſſis, in pacem redierat cũ B Bernardo & Cluniaci pœnitentiam agebat, Extat Pet Venerabilis Epi. 3. ad Innocentium 2. P Et Epiſtol 201 ad Eloyſam Abbatiſſam, quæ Abailardi vxor fuerat. Lib. 5. Epiſt. In eum Abailardum, vide D Bernardi Epiſtolam 187.

Igniacenſi Abbæ Humberto, qui Abbatiam dereliquerat, miſit D. Bernardus Epiſt 141. & 192.

Parte 2 Tit 5. Cap. 15. 18

De Maiori-monaſterio Turonenſi. *Marmonſtier*, Franciscorum à B. Martino auctore antiquiſſimo,

Nos quoque, Lib. 1. Ecclesiast. Polit. Tit. 5. Artic. 18. Et Lib. 2. Tit. 8. Art. 11.

Yuo quoque hic, ad Vilhelmum Maiorismonasterij Abbã scripsit, Epist. 236.

Honorij 3. Bulla, die 14. Maij An. 4. Pont.

celebre, prædicari solet. Nam vltra ea, quæ de ipso summatim, Gregorius Turonensis Libro inculcauit, De gloria Confessorum, Art. 8. Glaber Rodulphus ait, Cœnobium istud præ cæteris explenduisse in Gallia, An. 1003. Et ab Henrico eius loci Archiclauo euersum, mirabili rursus opere viuo coexædificatum. Hist. Libr. 3. c. 4. Bernardo dehinc Maioris Monasterij *Abbæ* rescripsit Yuo Carnutum Antistes, de Cœnobitica disciplina. In Epistol. 4. 57. & 80. Hanc planè in Casam Monasticam Honorius 3. P. contulit singulare istud beneficium, *vt Monachi, noualium decimas in Ecclesiarum Parochiis, quæ ipsos patronatus iure contingerent, in quibus veteres decimæ ad eos dignoscerentur pertinere, tam in capite quam in membris, liberè percipere valerent.*

Abbas S. Michaëlis in periculo maris, *a plusieurs presentations des Cures en Bretagne, au Maine, Touraine, Normandie, Angleterre, par le don de Marius Euesque de Rennes, de l'an 1050 & de Stephanus aussi Euesque de Rennes, de l'an 1164. lesquels droicts de presentations & autres priuileges & possession sont specifiez & confirmez, pour lesdits Abbez de S. Michel, par Bulles du Pape Eugene 3. de l'an 1150. & du Pape Adrian* Id b. Februarij, *l'an 1155.*

L'Abbaye de S. Sauueur d'Aignagne, Ordre de S. Benoist, diocese de Maguelonne, à present Montpeslier.

Abbatia montis S. Martini, *vers le Cambresis, est mentionnée & celebrée par Froissart, Lib. 1. Cap. 40. disant, que le Roy Edouart d'Angleterre, leuant son siege deuant la ville de Cambray, se logea en ladicte Abbaye du Mont sainct Martin, & S. Bernard,* in Epist. 214. ad Innocentium 2. Pont. *il luy recommanda* virum religiosum & sanctum Godescalcum Abbatem montis Sancti Martini.

Bulla Alexandri P. Anno 4. Pontificatus 2. Idus Nouembr. *Par laquelle il a accordé à l'Abbé, Religieux, & Conuent S. Eugendi, qui est S. Claude en la Franchecomté,* vt ibi antiquas decimas percipere soliti sunt, ibidem noualia percipiant.

Le Prioré de Marly le bourg, diocese de Paris, membre dependant de l'Abbaye de Coulons, Ordre de S. Benoist.

De Maiori-monasterio, *comme tenant grand lieu,* in Hierarchia regulari, loquitur D. Bernardus in Epist. 126. ad Episcopos Aquitaniæ.

Le Prioré de Sacé vers le mont S. Michel, membre dependant de l'Abbaye de Marmonstier.

Le Prioré simple Dinfindicq, dependant de l'Abbaye de Marmonstier, assis au diocese de S. Malo, en Bretagne.

Par Bulles & Indults des Papes Clement 6. Nicolas 5. Vrbain 3. Innocent 3. Gregoire 9. Innocent 4. Vrbain 4. Gregoire 10. Boniface 8. Martin 5. Honoré 3. & autres consecutiuement, a esté attribuée l'entiere & pleine disposition & collation en tout temps aux Abbez de Marmonstier, & Prieurs qui dependent des benefices estans en leur collation ou presentation, sans que les Papes y puissent pouruoir, ne prendre cognoissance de tels benefices.

Prior & Monachi de Basseuilla, *Prioré & membre dependant* à Maiori-monasterio Turonensi. Apud Innocentium 3. P. in Cap. Dilectus Vt lite pendente.

De Abbatia S. Bertini in Atrebatica Belgarum diœcesi, B. Bernardus in Epist. 325. ad Aluisum Atrebatensem Episcopum. Et in Epist. 342. & 343 ad Leonium Abbatem S. Bertini.

Le Prioré de Villiers Charlemagne, annexé à l'Office claustral de Secretain en l'Abbaye de Marmonstier, ledit Prioré, au diocese du Mans.

Le Prioré de S. Martin du vieil Belesme, dependant de Marmonstier.

Le Prioré de Beuré, au diœcese de Rennes, membre dependant de l'Abbaye de Marmonstier. Item, le Prioré d'Anuers le Hamon, au Maine.

Le Prioré de S. Martin, en la ville de Chartres, dependant de l'Abbaye de Marmonstier.

Priuilegium decimarum noualium limitatum ad mensuram antiquarum, non potest vltra dimidiam includere.

Alexandri 3. P. Rescriptũ, die 28 Octob. An. 3. Pontificat. pro Abbatia de *Marmonstier lez Tours.*

Clementis 6. tabulæ, die 11. Septem. An. 1. Pontific. Et Nicolai 5. Die 9. Maii An. 4. Pontif.

Codicillis pridie Idus Maias. An. 1219. Ac postmodum vtique Alexander 4. perpetuo velut Edicto in omnes id genus priuilegiarios, coarctauit Decumanam Noualium perceptionem dimidia eorum portione: saluo tantùm & incolumi relicto Cistercienſium iure, ac Carthusiensium. Cap. 2 § statuimus De decimis Lib 6. Decretalium Epistol. At ipsemet Pontifex Maiori Turonum Monasterio proprias quasque comprobauit possessiones, decimas, profaniuè iuris bona alia: Quibus antea bonis, Cœnobitæ, quadrageno, & ampliùs, spatio frui cœpissent, tùm in Cœnobio illo, tùm in Monasticis Conuentibus, qui à superiore eo propenderent. Diplomate 5. Kalendas Nouembres An. 1161. Deinceps cuncta itidem Romanæ Sedis in Monasterium ipsum collata Munera sanxêre Clemens Sextus Pontif. tertio Iduum Septembr. An. 1342. & Nicolaus 5. septimo Idus Maias An. 1450. Cum honorifica anteriorum mentione Pontificum, Lucij 3. Vrbani 3. Innocentij 3. Gregorij 9. Innocentij 4. Vrbani 4. Gregorij 10. Bonifacij 8. & Martini 5. Qui Cœnobiticum istud Templum splendidis immunitatum beneficiisque aliis præmunierant. Queîs subtexuit Nicolaus ille Rescripto suo infra relato. *Et nihilominus potiori pro cautela Abbati & Conuentui prædictis, & Prioribus ac Fratribus Prioratuum, Membrorum, & locorum à d. Monasterio dependentium, vel ad illud spectantium, vt de possessionibus,*

terr-

terris, & agris suis, quos manibus proprijs siue sumptibus excoluerint, siue excoli fecerint, decimas etiam nouales soluere non teneantur, ac decimas in Parochijs Ecclesiarum, ad Monasterium, Prioratus Membra, & loca præd. spectantium, quæ laïci dimittere, resignare, vel donare voluerint, recipere possint, Diœcesani loci consensu super hoc minimè requisito. Quódque familiares & seruitores Monasterij, Prioratuum, Membrorum, & locorum præd. in singulis etiam forum conscientiæ concernentibus, Abbati, Prioribus, seu Administratoribus locorum, in quibus degunt, ac deputatis ab eisdem, tanquam veris eorum Ordinarijs subesse, & ab eis Eucharistiam, ac alia sacramenta, & sacramentalia recipere teneantur, eadem auctoritate concedimus: Districtiùs inhibentes, ne quis infra limites Parochiarum, in quibus Abbas, Conuentus, vel Priores, aut Suppriores prædicti ius Prioratus habent, absque expresso eorum consensu, de nouo Capellas construere seu Altaria, vel alia beneficia Ecclesiastica erigere præsumat. Et si in contrarium Capellas, Altaria, vel beneficia erigant, illorum, & illarum ius patronatus ac præsentandi personas idoneas, quoties vacarint, Abbati & Conuentui, ac Prioribus & Supprioribus præd. prout ipsos continget, perpetuis futuris temporibus reseruamus &c. Insuper, ne quis laicus à Monasterio, Prioratibus, Membris, locis præd. decimas exigat, & ne Abbas & Conuentus, Priores, & Suppriores præd. obedientias Monasterij, Prioratuum, & locorum præd. quæ in vniuersis Regionibus obtinent, personis secularibus adsignent, eadem auctoritate prohibemus: Sed illas eiusdem Ordinis Monachis duntaxat committant, vel in titulum conferant, ac prouideatur de eisdem: Decernentes, Commendas de illis, quibusuis secularibus, vel alterius Ordinis, seu conditionis personis factas, vel sub quibusuis formis verborum in futurum faciendas seu concedendas, nullius existere roboris ac momenti. Præterea Abbati & Conuentui

A solutione Decimarum exemptio.

Le Prioré de Lourns dependant de l'Abbaye de Cormery en Touraine.

Parochiale ius seu Curiale Abbatis, & Priorum, in familiares Domuum suarum Regularium.

Ne struantur Ædes sacræ intra parochiā in qua sit Maius-monasteriū Turonense, & prioratus ei subiecti.

In Commendas Beneficiorum regularium.

Le Prioré seculier de S. Martin de Peyre, au ressort de S. Iean d'Angely, diocese de Xainctes, est dependant de l'ancienne Eglise collegiale de S. Giles en la ville de Surgeres, pays d'Aulnys, vers la Rochelle. Laquelle Eglise collegiale & Aumosnerie a esté donnée par les Seigneurs de Surgeres aux Religieux Minimes qui y sont à present demeurans, & en iouissent, & à cause de ce pretendent tous les fruicts & reuenus dudit Prioré.

præd. vt Prioratibus, ac locis & membris præd. ac alijs quibuscunque, etiam si ex quauis causa sub ipsius Abbatis obedientia non fuerint, vel alterius Ordinis seu conditionis personis collata, quauis auctoritate extiterint, postquam per cessum vel decessum vacarint, Abbas d. Monasterij pro tempore existens, de eisdem liberè disponere possit, ac si per Religiosos eiusdem Monasterij tempore eius vacationis regerentur & gubernarentur, concedimus & ordinamus. *Quodque nullus Delegatus, vel Subdelegatus, executor vel conseruator Apostolicæ Sedis, vel Legatorum eius auctoritate deputatus, in ipsos Abbatem, Monachos, Priores, Suppriores, ac personas Monasterij, & Prioratuum, excommunicationis, suspensionis, interdicti, vel alias Ecclesiasticas censuras & pœnas, absque speciali d. Sedis mandato, facientis plenam & specialem de præsentibus mentionem, proferre audeat. Abbas quoque, Conuentus, Priores & Suppriores præd. decimas noualium, in Ecclesiarum parochiis, quæ ipsos iure patronatus contingunt, in quibus ad eos veteres decimæ pertinent, tam in capite quam in membris, & vbi integras veteres decimas percipere non consueuerunt, sed aliquam ex illis portionem similem, etiam nihilominus de Noualibus percipere possint, Constitutione quæ ad mediam partem noualium percipiendam, vbi integræ veteres percipiuntur, restringit, non obstante &c.* Quanti autem sint Pontificia isthæc in Maius-monasterium Priuilegia, coarguit numerosa Cellarum inferiorum series, seu monasticorum Primatuum, qui illi Cœnobio contribuuntur. Horum enim magistri, per singulas ferè Galliarum Diœceses regionatim effusi, accersiuntur de more ad publicos Monasterij Congressus, Mensæque principis Casæ Annuum æs quoddam appendunt. Nimirum patrio meo Andium Territorio pontificali insunt minores hæ monasticorum Conuentuum Præfecturæ. Chemillea, B. Eligij à Virgulto, Rilleya, Daumerea, Monte-Iana, D. Quintini in Maugijs, Prouenceya, Carbeya. Apud Cenomanos item, Andibus meis finitimos, existunt *Regulares* Primatus, Castrilidi, Fontisgehardi, Viuoniæ, B. Martini à Lauardino, B. Mariæ de Troo, D. Celerini, S. Mariæ à Torceyo, Sabolij, Boëriæ, Sancti Lupi, Balleyæ, Loungneyus & Mouligneyus coadunati, Origneyus & Arquenayus: simul nexi,

Exemptio à Delegatorum Apostolicor. potestate excommunicandi &c.

Decimæ Noualium.

Ita Honorius 13. P. An 12 2. die 20. Iul. & Vrbanus 4 P. An. 1161. dederunt Abbatiæ S. Vincentii Laudunensi Noualia in locis, quib. antiquas decimas percipere solita erat.

Priores, & Suppriores Prioratuum a Maiori-monasterio dependentium tenentur comparere annuatim in Capitulo generali d. Monasterii, ac pensiones annuas Mensæ Abbatiali, cęterisque Officiariis d. Monasterii debitas, ante discessum ipsorum à d. Monasterio, persoluere.

Prior conuentualis de *Chemille*, de Verno vnitus prioratui S. Eligii de Virgulto, prior de Rilleyo, prior de Daumerayo, prior de Monte Ioannis, prior S. Quin-

tini *aux Manges*, & S. Vincentii de Calonna vnitus, Prior de Prouenceyo, Prior de Carbeya.

B. Martini apud Lauallum oppidum, Montileyus. In Parisiensi autem Diœcesi, quam, fixis Lutetiæ sedibus, incolo, visuntur duo Conuentus Maiori-Monasterio obnoxij, Diuæ Mariæ à Campis, tùm B. Nicolai à Villapetrosa. Atque illic interim ex sacra Cenomanorum Historia obseruare est Vilhelmum eorum Præsulem, grandi pecunia, Maioris-Monasterij cœnobitis ædes struxisse amplissimas in Ciuitatis suæ Vico, *Bretonaria*, dicto: Vt quùm in ijs Cenomanos suos Conuentus lustraturi adirent matricem Vrbem, in hac perpetuo Ædium illarum hospitio vterentur iure dominij, ab egregia piáque Episcopi in Monachos largitate. Sicuti Lib. Pontificali Cenoman. manuscripto expressum est. Sed ne reliquos sigillatim percenseam maiori Cœnobio subditos PRIORATVS, quorum Catalogum habeo, hi summatim numerum implent centum, & viginti sex Monasticorum Primatuum: in quibus, Anglici tres, Conuentus, purà Almæ Triadi sacer, Eboracensis diœceseos: Primatus *conuentualis de Libresort* iuxta *Mempori paynel*, in Lincolniensi Episcopatu: In Exoniensi autem, Præfectura *regularis* de Auertono.

Hic Guilelmus, Episcopus, antea maior Archidiaconus Cenomanen. moritur An. 1118.

Gesta episcoporum Cenoman.

Prioratus conuentualis S. Trinitatis, in diœcesi *Dyork*, *en Angleterre*, &c.

12. EX ANTEDICTIS apparet, patrimonialis muneris vacationem sacrarum Decumarum, omnibus penè datam Cœnobijs Benedictinis à Pontif. Max. Nam, vt Benedicti Regulæ deuinctos persequar cœnobitas, liquidò patet, Cælestinos, ab eximio S. R. E. beneficio, liberos immunésque esse Decumana hac pensitatione. Quandoquidem præter Apostolica diplomata, quæ superiùs citaui (Art. 5.) Gregorius 11. apud Auenionem, produxit hoc genus immunitatis ad futuras prædiorum possessiones, quæque in posterum Cælestinis pararentur latifundia, perinde ac si ante Lateranam Synodum illis quæsita essent. Insignibus tabulis 18. Kalend. Febr. An. 1376. Queîs consentaneas priùs ediderat Benedictus 11. & Ioannes 22. P.P. Ac ne contrario vsu antiquatum Priuilegium arbitremur, Paulus 3. P. talem decimarum exemptionem comprobauit Septimo Kalend. Iunias An. 1547. ac deinceps Galliæ Rex Henricus 4. Epistola aperta Septembri Mens. An. 1594. Cui subscripsit Ampliss. Ordo Parisiorum, pridie Nonas Octobres posteriores. Quinetiam multiplici Senatus Decreto, ex priuatis Fori controuersijs pronuntiatum est olim secundùm libertatem immunitatémque Decumani tributi, in gratiam Cælestinæ Familiæ, quæ sua vel manu vel impensa fundos proprios excoleret. Meduntenses enim Cælestini, talis oneris leuamen iudicio euicerunt, in Societatem canonicorum Meduntæ oppidi. Rem definiente Curia summa, 6. Idus Februar. An. 1422. quùm Senatoriæ decuriæ, quæ Palatinis libellis præerat, Sententiam firmaret, dictam postridie Kalend. Maias An. 1420. Neque huic absimile S. C. factum reperitur Octauo Idus Maias An. 1445. pro Cælestinis Fani Petri in Monte Castrorum, ad Carlopolim, Syluanectensis agri oppidum: contra Robertum Souplainuillam, Monastici conuentus Præfectum Nouifontis, & Ianum Guyennotum, Petri-Fontis Oppiduli curionem. Quibus consequens est, quod Lugdunenses Cælestini obtinuêre aduersus Decimarum petitores, cucullatos etiam clericos Athanatensis Cœnobij. Aresto Parisien. 7. Idus Septemb. An 1479. quod Sententiam probauit delectorum Iudicum supplicibus libellis Regiæ forensis Basilicę, prolatam Quarto decimo Kalend. Nouembres An. 1478. In pari demùm iuris quæstione Decumani, dictæ sunt vindiciæ Lutetianis Cælestinis, supremo Iudicio tertiæ Inquisitionum Classis Senatoriæ: in Ianum Tossinum, qui ab illorum Sententia, Delegatorum Palatino foro, Senatum appellarat. Dn. *Lecoigneux*, Conscripto Curiæ Max. collegis suis referente controuersum negotium, postridie Idus Quintiles An. 1583. Ex quibus colligitur interim,

Gregoriana Bulla, die 5 Ianuar. An. 6. Pontific.

Paulinum Rescriptum, priuilegia Cælestinorum confirmans die 26. Maii 1547. & Iulii 3. Literæ similes die 25. Mart. An. 1551.

Patentes Literæ in Curia parisien. verificatæ, die 6. Octob. An 1594.

Cælestini S. Trinitatis *de Mante*.

Aresta Curiæ, die 8. Feb. An. 1422. Die 8. Maii 1445. Die 7. Septemb. 1479. Die 16. Iulii 1583. In confirmandis Sententiis Requestarum palatii. latis, die 2. Maii An. 1420. Die 29. Octob. 1470. Et 15. April. 1582. pro Cælestinorum exemptione à decimis.

Cælestini S. Petri *de Castres, près Compiegne*, contra priorem *de Neuffontaines*, & Curatū *de Pierrefons*.

Abbatia *d'Aisnay, à Lyon*: quam, cum rebus suis, Innocentius 4. P. suæ protectioni reseruauit An. 1250. in Concil. Lugdunensi

[1] Le Prioré de S. Julien en Iarestz, ou en Iaroix, dependant de l'Abbaye d'Aisnay, à Lyon, fut vny l'an 1593. par le Pape au College des Iesuistes de Lyon. Pour le tiltre duquel Prioré, contre eux, il y auoit procés l'an 1604. par appel comme d'abus de ladicte vnion.

ciuiles Principis Magistratus propenso animo studióque ferri, non minùs, quam Ecclesiasticos, in tutelam Pontificiorum priuilegiorum Monastici cuiúsque Sodalitij, Regiæ tamen æris decumę, quæ sanctioris Militiæ ergò primitus indictæ sunt Clero, omnes tenent, peræquè Monachos profanarum opum possessores, ac Clericos seculi, nullũ *Regulare* votum amplexos. Cum enim Syriaca quondam expeditio suscepta esset in CHRISTI hostes, sacra CRVCE sumpta, institui cœgit pecuniariæ Decimæ collatio in Bellicos sumptus. Teste Rigordo, veteris Memoriæ assertore Phil. Augusti regis: quem sua hæc verba sonantem audire par est. *Constitutum est de Decimis, quòd omnes illi, qui Crucem non habent, quicunque sint, decimam ad minus dabunt hoc anno de omnibus mobilibus suis, & de omnibus reditibus: Exceptis illis qui sunt Cistercienfis Ordinis, & Carthusiensis, & Ordinis Fontis. Ebrardi: & exceptis Leprosis, quantùm ad suum pertinet proprium.* Haud falsò tamen auguratus fuit iam tùm Petr. Bles. primam hanc Decumani muneris sacri Indictionẽ, quæ à pio Christianóque auspicatu in vsum exereretur, aliquãdò protractũ iri ad consequentias, & annuæ Tributionis nummorum exemplum. Epist. 20. ita concepta. *Sanè, sicut audiuimus, exijt Edictum à Philippo Rege, vt describeretur Gallicus Orbis, & oneretur Ecclesia decimationibus recidiuis. Sic paulatim transibit decimatio in consuetudinem, & præsumpta semel abusio, ignominiosam Ecclesiæ seruitutem infliget.*

Militares Decimæ summariæ.

La Croisade, in Transmarinam Christianorum expeditionem.

De Fontis-Ebrardi monialib. earúmque Reformatione, Nos Lib. 2. Sac. polit. Tit. 5. & Tit. 8. Art. 26.

Decimes du Clergé.

13. PLVSCVLA Cælestinis iura singularia impertière summi Pontifices, vltra patrimonialis muneris vacationem Decimarum, de quibus suprà. Cuiusmodi Priuilegia expeditiùs noris ab Archetypo ipso Literarum Apostolicæ Sedis, earúmque puro contextu. Ne inhæreas diutiùs, scriptis raptim de hoc Ordine à B. Antonino, Volaterrano, Chasseneo. Atque, vt initium ducamus à primicerio Ordinis Cælestino 5. P. Codicillare eius beneficium in suos Cœnobitas sic habeto. *Cælestinus &c. Dilectis filijs Onufrio patri Abbati Monasterij sancti Spiritus de Sulmona, Valuensis diœcesis, eiusdem coabbatibus, & Prioribus, & Prælatis Monasteriorum, Prioratuum, Ecclesiarum, membrorum, & colonum, d. Monasterio sancti Spiritus subiectorum, eorúmque Conuentibus, Collegijs, & Fratribus Ordinis sancti Benedicti &c. Statuta & Ordinamenta, in eodem Ordine pro salute vestra facta, auctoritate Apostolica confirmamus, ac eundem Ordinem, Monasterium sancti Spiritus de Sulmona, & alia Monasteria, Ecclesias, Prioratus, Membra, & alia loca d. Monasterio sancti Spiritus subiecta, vbicunque consistentia, eidem Ordini incorporata, vel incorporanda, eorúmque personas ab omni Iurisdictione, potestate, & dominio Archiepiscoporũ, Episcoporum, ac Abbatum omnium, in quorum Ciuitatibus ac Prouincijs illa consistant, eximimus & liberamus &c. Sanè de fructibus terrarum vestrarum, ac etiam nouali, quæ proprijs manibus & sumptibus colitis, vel per homines vestros, aut aliàs excoli facietis in proprijs prædijs, aut alienis, siue de hortis, piscationibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigat. De decimis namque, quæ pro subsidio Dominorum temporalium, de mandato Sedis Apostolicæ, ab Ecclesiasticis, in Italiæ partibus pro tempore exiguntur, circa vos & vestra Monasteria & loca sic volumus obseruari, quòd vobis pro singulis vestris Monasterijs, cum grangijs & pertinentijs eorumdem, pro decimis prædictis singulos florenos auri plenè soluentibus, ad solutionem maiorem pro d. decimis faciendam decernimus vos non teneri. Liceat quoque vobis, clericos seculares vel religiosos, cuiusuis Religionis existant, vel laicos quoscunque ad Ordinem vestrum in locis vestris recipere ac retinere. Nonobstantibus quibuscunque priuilegijs Apostolicis super hoc cuicunque Ordini, vel Religioni concessis. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro, vel alijs locis vestris professionem, fas sit, sine Abbatis sui licentia Ordinem vestrum relinquere, & ad aliud Religionis alterius, vel ad alium Ordinem se transferre. Discedentem verò alter nullus, cuiuscunque Religionis vel status existat, audeat retinere &c. Illud quoque districtiùs inhibentes, ne tu fili Pater Abbas, vel aliquis ex Prælatis suis terras suas dare, vendere, aut alienare absque consensu totius Capituli generalis, aut maioris, vel sanioris partis ipsius, & in casibus à Iure permissis, modo quolibet, præsumatis &c. Caterũ ne Monachus, vel conuersus in Monasterijs vel locis vestris professus, absque licentia proprij Abbatis, vel maioris partis Conuentus, pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuam recipiat, quoquo modo districtiùs inhibemus &c.*

Antoninus, Summarum Parte 3. Tit. 16. § 7. Volaterranus Lib. 21 Anthropog. Et Chasseneus, in Catal. glor. Mũdi, Parte 4. Consider. 61.

Cælestini 5. Bulla, die 27. Septembr. An. 1294. Qui antea Petrus, ex Esernia colonia regionis Aprutii, Campaniæ Italicæ ortus est An. 1215. Cœlitum catalogo adscribitur à Clemẽte 5. P. An 1305.

Vitæ B. Cælestini Rationarium, in Cellula penitiori recõditũ illustrauit Petrus Alliacensis Cameracensium Præsul.

Eandem decimarum exemptionem Cælestinis dedit Bonifacius 8. Bulla die 8. Maii An. 1297.

An 1264 Cælestinus impetrauit ab Vrbano 4. P. priuilegiũ de incorporatione Congregationis (quã iam fecerat) Regulæ S. Benedicti Quod priuilegium Gregorius 10. confirmauit in Concilio Lugdunensi, An 1274.

Les Priorez de Pruniers prés d'Angers, & de sainct Iean de Chasteau gontier, dependans de l'Abbaye de sainct Aubin d'Angers.

Inhibemus etiam, ne aliquis Episcopus, vel alia persona, spiritualem vel aliam Iurisdictionem habens, vos ad Synodos & conuentus forenses, nec ad conuocationes suas accedere, vel cum eis intra, vel extra Ciuitates vel terras processionaliter exire, aut suis Constitutionibus subiacere, seu capitula, scrutinia, inquisitiones in locis vestris vel alibi de vobis facere &c. vos compellat &c. Quinto Kalendas Octobres An. 1. Pontificat. De huius verò auctore Diplomatis, Ordinísque sui, Cælestino Francíscus Petrarcha, In supremo, ait, rerum culmine, & intra augustissimum ac *Papalem* thalamum, angustam sibi Eremiticámque cauernulam meditatus, in alto humilis, inter turbas solitarius, inter diuitias pauper vixit. Inde Laziardus, Cælestinus, de eodem, Discant, inquit, Mundi amatores, huius vnius exemplo, subesse potius, quàm præesse, velle: Vt sic DOMINVM sequantur, qui se suis Apostolis tanquam ministrum exhibuit. Ita Cælestini imitator, qui eius Ordinis est, Magistratus honorésque, non secus ac fœtida stercora à se procul repellit. Quamobrem, ad hæc vsque tempora, multis Monachis ab Instituto collabentibus, immobilis firmúsque permanet Ordo Cælestinorum. Hęc, Laziardus: ex quo tritum Epigramma sacrum:

Ioan. Gerso, Theologus, duos fratres Cælestinos habuit. An. 1420.

Laziardus, Cælestinus.

Cælestinus eris, cælestia si mediteris,
Insideántque animo Cælica quæque tuo.

Petr. Castellanus quondam Prouincialis, Ordinis Cælestinorum, doctissima edidit Commentaria in Constitutiones eius Ordinis.

Crespetius etiam nuper Cælestinus scripsit Summam Ecclesiasticæ disciplinæ, *où ils tiennent* ex d. Ordinis Constitutionibus, trimestre iure præfixum ad eligendum nouum Prælatum in Cathedralibus & regularibus Ecclesijs Cap. ne pro defectu. De elect. Can. postquam 50. Distinct. Can. obeuntibus 63. Distinct. breuiari quidem posse ob publicam Ecclesiarum vtilitatem sed prorogari nunquam posse.

Ioannis 22. Bulla, die 2. Iul An. 17. Pontificat. in gratiam Cælestinorum.

Clement. Dudum De Sepult.

Vrbani 5. Literę, die 4. Iulii An. 3. pontif.

Italicis Cælestinis Conseruatores priuilegiorum dati, die 25. Maii An. 6. pontific. Ioan 22. Cismontanorum autē Cęlestin. Conseruatores, vide suprà Artic. 8.

Benedicti 12. priuilegium, die vlt. Sept. 1342. aliúdque, de Altari portatili in vsum Cælestinorum, & Diuina canēdi libertate horis antelucanis, ac locis etiā interdictis.

Bulla Gregorii 10. die 22 Mait. An. 4. pontif Cuius primā periodū legito suprà Lib. 1. Tit 2. Art. 20.

Speciali Charta Gregorii 11 P. die 22. Septemb. An. 1372. donatæ sunt Priori & Conuentui Monasterii de Barretis, .i. Cælestinorum Parisiensium, Oblationes quęcunque fierent in

Ac propterea Ioannes 22. P. Cælestinis gratiam copiámque fecit, Ecclesiasticos ordines, statis Canone temporibus, à quocunque maluerint, Diœcesano Præsule assumendi. Ijs pariter indulsit, vt Eucharisticum sacramentum, aliáque liberè ministrarent Oblatis seu Donatis Ordini, corpore ægris, modò extra Ciuitates & Castra, parochi iure saluo: nequicquam refragante Clementis 5. Sanctione. Prętereà sacras popularium Confessiones audire permisit Monastico isti Sodalitio, illósque eximere noxæ: instar parœciaci Rectoris ipsorum, abs quo priùs veniam petijssent alieni Sacerdotis adeundi. Bullata charta Kal. Quintilib. An. 1333. Cuiusmodi Priuilegium Vrbanus 5. P. renouauit. 4. Nonas Iulias An. 1365. Ne silentio interim premam Seruatores priuilegiorum Transalpinis Cęlestinis datos ab illo Ioanne 22. Yserniensem & Lesinensem Episcopos, vnà cum cœnobiarcha D. Ioannis, Veneti, Theatinæ diœceseos. Tabulis consignatis. 8. Kalend. Iunias An. 1322. Prætereà Benedictus 12. P. Cisalpinos eius Ordinis cœnobitas exonerauit nummarijs Indictionibus quibúsque, tum præsentibus, tum futuris. Rescripto pridie kalend. Octobr. An. 1342. Cunctis autem effusius multò habetur Gregorij 10. in Cælestinos priuilegiarium Diploma. Vndecimo Kalend. Apriles An. 1274 in Synodo Lugdunensi: Cuius Diplomatis conceptio fermè talis est. *Gregorius &c. Imprimis statuimus, vt Ordo Monasticus, qui secumdùm Deum, & B. Benedicti regulam in eodem Monasterio S. Spiritus de Magella institutus dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Prætereà quascúnque possessiones & bona ibidem Monasterium iustè & canonicè possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis permaneant. Sanè noualium vestrorum, quæ proprijs manibus vel sumptibus colitis, de quibus alius hactenus non percepit, siue de ipsorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos, liberos, & absolutos, è seculo fugientes, ad conuersionem recipere, ac nonobstante contradictione eos retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Monasterio vestro professionem, fas sit, sine Prioris sui licentia, nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communi literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis,*

excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce, Diuina officia celebrare: dum modò causam non dederitis Interdicto. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à diœcesano suscipiatis Episcopo. Prohibemus insuper, ne in fines Parochiæ vestræ, si eam habetis, vllus, sine assensu Diœcesani Episcopi & vestro, Capellam seu Oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegijs P. P. Romanorum. Ad hæc, nouas & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque Ecclesiasticis, secularibusuè personis, à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, qui se illîc sepeliri deliberarint, nisi excommunicati vel interdicti sint, aut publicè vsurarij, nullus obsistat: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea, & possessiones, ad ius vestrarum Ecclesiarum spectantes, quæ à laïcis detinentur, ad redimendum, & legitimè libereque de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandum, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris, si ad eos duntaxat Prioris electio spectat, secundùm Clerum & S. Benedicti regulam, prouiderint eligendum.

ipsorũ Ecclesia, non-obstante lite, inter hos & parochum sancti Pauli Lutetiæ, de eo mota, in Romana Curia.

De canonica portione funeralium, & relictorum ecclesiæ, in qua quis sepelitur Parochiali ecclesiæ debita, Leo 3. P. cap. 1. 2. De sepult.

14. Gregoriana autem hæc in Cælestinos gratia & Indulgentia, quę nouas insolitásque nummorum exactiones prohibet, neutiquam abrogat veteres sacri vectigalis Indictiones necessarias, quæ Episcopis, publicam in causam Ecclesię, permittebantur. Quali de Indictione temporaria, Nos Lib. 2. Sacræ Polit. Hildebertus sanè Turonum Pontifex refert, Carnutensem Antistitem, suæ ad Oecumenicam Synodum profectionis viaticum sumpsisse ab Heroina quadam & Comite fœmina: Quam Hildebertus etiam ipse oratum maluit, vt eòdem iturum se pari munusculo prosequeretur, quàm populares suos idcirco graui æris collatione oneratum. Lib. Epistol. 26. qui Bibliothecæ S.S. Patrum interseritur. Cœnobitæ insuper, qui Petri Cathedram purè superiorem colunt, vacui liberíque creduntur nummarijs perinde Episcoporum Indictionibus, ac reliquis sacri eorum Imperij notis. Ex Viennensi Clementis 5. Synodo, in cap. frequens. § in exigendo De excess. Prælat. Ioh. Andr. & Archidiac. ad cap. 1. De præbend. in 6. Cardin. Zabarel. ad cap. cùm Apostolus. §. prohibemus De censib. Diuersa tamen sententia arrisit Innocentio, ad cap. 1. De stat. regular. Et Hostiensi, ad cap. conquerente De offic. ordin. Secus in exemptis Diœcesana potestate ijs, quibus suffragetur continua libertatis possessio, seu peculiare istius priuilegium immunitatis. Tales enim, imposito Ecclesię vectigali non tenentur, quod *Charitatiuum subsidium* vulgò vocant. Panormit. in Iuris Responso 27. Volum. 2. cap. accedentibus De priuileg. cap. cùm instantia vestra De censib. Quam in partem flectitur Burdigalensis Decisio 135. Boërij, Præsidis in Aquitanica Curia summa. Sic Iohannes 22. P. Cistercienses omnium æris collectarum præstatione liberauit, nummariáque Tributione, quam Apostolici dehinc Præsules, eorumuè Legati Clero iniungerent: ni supremi ipsi Pontifices Cisterciensem Familiam nominatim ei pecuniarum collationi obstrinxissent. Bullatis codicillis. Idibus Sextilibus An. 1330. Imo nec, sacrę Visitationis specie, merces ab illis exigi stipendiaria potest, quam vernaculè *Procurationem* appellant, dari solitam lustranti Diœcesin Episcopo, vel Archidiacono Templi Episcopalis. Diplomate Alexandri 3. P. Quindecimo Kalend. Maias An. 1160. ac Honorij 3. Quarto Nonas Decembr. An. 1219. Qui verò Ecclesijs Præfecti, eas sigillatim inuisunt pro officio, vetantur, grandi familiarium comitatu sumptúque ipsas onerare. Pontificio Innocentij 8. Rescripto Nonis Augusti An. 1489. Secundùm egregia Yuonis Carnutensis de eo Dictata, hac Epistolari periodo, *Non pertinet ad Archidiaconum, præter portionem suam, aliquid de redditibus Parochiarum, quas inquirat cum iussione Episcopi, retinere sibi, vel vltra terminos à Patribus positos, aliquid vsurpare.* Omnibus porro Sacerdotijs indiscriminatim, quæ possessorem amisissent,

De Charitatiuo Prælatorum Subsidio in Clerum suum.

Lib 2. Tit. 7. Art. 1. 2. 3. 4.

Monasteria, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentia, eique immediatè subiecta.

Londinensi Angliæ Cócilio sacro habito ab Otthone Legato Pontificio, An. 1257. cautum est interalia, de officio visitationis Archidiaconorum per ecclesias, & de moderatis expẽsis seu solatio ab his parcè, modestéque exigendo pro tali Visitationis munere. Vt scribit Matth. Paris in Anglic. Histor.

Romána Bulla, die 13. Augusti An. 14. pontificat.

Alexandrinę Literæ pro Cisterciensibus, die 17. Apr. An. 1160. et Honorii 3. die 2. Decem. An. 4 Pontif.

Innocẽtiana Bulla, die 5. August 1489. quòd Cistercienses annuatim deputent Visitatores & Reformatores, qui secum non ducãt comitatũ, per quem Ordo in expensis grauetur.

Yuonis epistola 73.

impositum fuit quondam Vectigal annarium, seu caducarij Anni redituum Sacerdotalium : quod in sacram Militiam, aduersus Ethnicos Asiæ & Africæ populos insumeretur. Hostiensis enim Pontificiarum Legum Scholiastes, qui floruit An. 1260. testatur, publicæ huiusmodi Ecclesiasticorum fructuum pensitationi sæpe reclamatum : Et Francisc. Zabarella perhibet, Viennensi in Concilio statutum fuisse, vt sublatis *Annatis*, Vicesima Sacerdotalium prouentuum quotannis Romano Pontif. appenderetur. Vtcunque sit, Bonifacius. 9. P. (ex Ioannis. 22. vestigijs, de quo Platina) indixit quibusque *Annalia* Beneficiis Ecclesiæ, Apostolico Fisco persoluenda : Queîs, seu neruis Belli, Christiana acies, profligato communi Hoste, orthodoxam Fidem toto Oriente propagaret. At Polydorus tradit hoc oneris Sacerdotalis detrectasse Anglos, & in Pontificalibus modò, aliisque maioribus Sacerdotijs admisisse. Lib. 8. De Inuentor. rer. Cap. 2. In Gallia equidem, Benedictus 11. indulsit Philippo 4. Regi, vt sacris Beneficijs, quo anno possessore vacarent, frueretur solido iure. Oldradi I.C. relatu, in Respon. 310. Qui antea pariter Oldradus asseruit (Responso 61.) Francorum Regi concessum à Romana Sede, vti incerta Legata indistinctéque relicta, vsui sanctæ expeditionis Asiaticę impenderet. Sic regio in Tabulario conditas euolui solennes literas Vuilhelmi à S. Pastore, Præfecti monastico Conuentui *de Arnesho*, Cluniacen. Ordinis : Quibus Litteris eidem Principi erogarit quadriennem Sacerdotalium fructuum Decumam, An. 1295. Ibidem quoque visuntur donationis Chartulæ duarum Decimarum, ex annuo Episcopali reditu, in Regem ipsum collatæ à Raymundo Albiæ Cadurcorum Episcopo, An. 1304. His denique cohærent suprascripta Cælestini 5. Diplomate luculento, de collecta Decimarum ex Ecclesiasticis Italiæ beneficijs, in gratiam Equestris militiæ Procerum & magnatum virorum.

> Hostiens. ad Cap Inter cętera De offic. ordin.
>
> De Annatis Beneficialibus, Nos Lib. 1 Ecclesiast. Polit. Tit. vlt Art. 18 19 & Lib. 3. Tit. 3. Art. 4. 5. 6. 7.
>
> Ex Thesauro Chartarum regiarũ, eiúsque authentico Inuentario, facto mandatis Ludouici 11. Regis Luce. 12. Septemb. An. 1482.
>
> Cadurcensis Episcop. supra Artic. 13.

15. GRATIOSA rursùm Cęlestinis, Gregorij 10. P. Constitutio, quæ liberam, in eorum Fanis, sepulturam tribuit Christianorum, duo simul complectitur singularia Iura, tùm quòd funeraria alioquin functio sit Parœciaci iuris, sacrísque Parœciarum Cœmeterijs debeatur : tum quòd medio Templo corpora humari finantur istic, quæ primitùs extra DOMINICÆ septa Basilicæ condebantur. Leg. 2. Cod. De sacros. Eccles. Ac Moguntinæ Synodi Can. nullus mortuus intra Ecclesias sepeliatur, caus. 13. quæst. 2. Quinimò priscis Hebræis mos erat, populísque alijs, cadauera humo contegere extra Vrbium mœnia : Ne habitationi viuorum peculiaria loca, fœtore mortuorum polluerentur. Nam, vel Lucæ Euangeliographi cap. 7. filius viduæ mulieris, extra portas Naim Oppidi, defunctus effertur. Similem Palæstinæ Ritum Athenienses coluère, ex Tabulis 12. Ita Plato, Nomothesiæ suæ Dialogo 12. non solum Ciuitate excludit, verum fœcundo quoque agro, corpora mortuorum, quæ nil scilicet, præter vermes putredinémque, progenerent. Cuiusmodi Leges renouans Hadrianus Cæs. pœnam ijs condixit. 40. aureorum numûm, qui in Vrbe sepulchra extruerent. Leg 3. §. Diuus. ff. De sepulch. viol. Huic pulchrè consonat Imperatoria sanctio 6. eod. Tit. in Cod. Theod. Cum Iulij Pauli sententia, Receptarum Lib. 1. cadauer in Ciuitatem minimè inferendum : ne funestentur Sacra Ciuitatis. Sensim tamen hac se lege soluerunt Romani Augusti, Duces, Vestalésque virgines : quorum reliquiæ ac cineres Vrbem inuehi, condíque in Foro cœpêre. Vt D. Chrysostomi Sermone elicitur,

> Bulla Gregorij 10. anteriùs descripta, Art. 13.
>
> Mortuorum funeratio, est de iure parochiali, deficiente familiari sepulchro Maiorum, vel alterius electione sepulturæ. Cap. ex parte De sepult. Cap. Is qui eod. Tit. In. 6. & caus. 13. quæst. 2.
>
> Hominem in Vrbe ne sepelito, neuè vrito.
>
> Item Diocletiani & Maximiani Lege Mortuorũ reliquias, ne sanctum Municipiorũ ius polluatur, intra Ciuitatem cōdi iampridem vetitum est. Cod. de relig & sumpt fun.
>
> Lib. 1. Tit, vlt. C. TH.

Theodulphi Aurelianen. Episcopi Epistola (inter Hincmari Epistolas) ad fratres & compresbyteros suos Aurelianens. Parochiæ, Artic. 9. Antiquus in his regionibus in Ecclesia sepeliendorum mortuorum vsus fuit, & plærúmque loca diuino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hostias præparata cæmeteria siue polyandria facta sunt. Vnde volumus vt ab hac re deinceps abstineatur, & nemo in Ecclesia sepeliatur. Nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis quæ per vię meritum talem viuendo suo corpori defuncto locum acquisiuit. Corpora vero, quæ antiquitus in Ecclesijs sepulta sunt, nequaquam proijciantur, sed tumuli qui apparent, profundius in terram mittantur, & pauimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, Ecclesiæ reuerentia conseruetur. Vbi verò tanta est multitudo cadauerum, vt hoc

facere difficile sit, locus ille, pro cæmeterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco constructo, vbi religiosè & purè Deo sacrificium offerri valeat.

De Fide & Lege, Tomo 3. Ac Turcomanni etiamdùm Scythæ, nullum intra Vrbes sepulturæ mandant, præter Scythicos Principes è Thracia, suos. Teste Bartholomęo *de Georgieuitz*, Turcicarum rerum scriptore oculato. Tametsi ex anterioribus Byzantiorum Augustis, Leo Philosophus statuerit, cuique tam intra Ciuitates, quàm extra, sepelire defunctos licere. Grçca Nouella 53. In Templis autem humari, primùm fuit vsquequaque interdictum. Cæsarea Gratiani, Valentin. & Theod. Lege Nemo De sacros. Eccles. Mileuitanus pariter Africanæ Ecclesiæ Pontifex negat Optatus, sepulturam IN DOMO DEI esse concessam. Lib. 3. De schismate Donatistarum. Præterea B. Gregorius, Regesti Lib. 1. ita demùm siuit, Ioannem Surrentinum Episcopum sacrare Ecclesiam in Cœnobio protomartyris Stephani, Insulæ Cabis, in qua reponerentur Agathæ martyris reliquiæ, si modò nullum ibidem tumulatum appareret. Secus ergo Ædem sacram humari, tentatum: illúdque initio potētiores, deinde etiam plebeij obtinuère. Sic Constantinus Cęs. in porticu Templi Apostolorum, Constantinopoli, sepultus est: ac Honorius, in porticu Fani Petri, Romę. Quod obiter perstringens Chrysostomus Tomo 4. in Demonstrat. aduersus Gen-

Othomanici Reges.

Hic patria Hungarus, viator per Turcicas regiones, captus a Turcis, & redéptus, Libellum edidit De Moribus Turcarum.

Optatus, Afer.

Gregorii Mag. Epistola 52.

S. Agatha

Turonens. Synodi prouincialis habitæ An. 1583. Tit. de Sepulturis, Laïcis omnibus etiam nobilibus minimè liceat, sepulturas in Ecclesijs, iure proprio sibi vendicare. Neque sepulturam in illis assumere & eligere, iuxta vel prope maius altare aut sacrarium, quacunque prætensa in contrarium consuetudine aut possessione nonobstante. Nisi forte sint Episcopi, aut Ecclesiarum Rectores, earumuè fundatores.

tes, in Constantinopoli, ait, Reges nostri gratiam ingentem putant, non si prope Apostolos, at si vel extra eorum vestibula, corpora sua humo mandentur, fiántque Reges, Ostiarij, & ianitores Piscatorum. E quibus, vnum nominat Constantinum Magn. Homilia 66. ad Populum Antiochenum. Vasensi rursus Concilio vetitum est, pro Maiorum Institutis, mortuos vllos Delubris Diuûm inhumari: sed in atrio, in porticu, aut in exhædris Ecclesiæ, nec in Ecclesia vtique ipsa, vel ad sacram eius Aram, vbi corpus & sanguis DOMINI conficiatur. Qualis Synodica Lex, iteratò sancitur, cap. 6. Nannetensis Concilij, Dagoberto Galliarum Rege. Bracharensi itidem Christiano Conuentui placuit, (Can. 36.) defunctorum corpora nullo pacto intra Basilicam, sed circa Basilicæ murum foris sepeliri. Eapropter B. Amatus Romarici *Abba*, se ratus honore indignum sepulturæ intra Ecclesiam, iussit sibi effodi sepulchrum in ipso Basilicæ aditu, Matri DEI sacræ. Id quod in illius vita Laurent. Surius commemorat. Proinde neglectam hanc ab antecessoribus Regibus Ecclesiasticam reuerentiam conatus est reuocare Karolus Magnus, edita Lege Francica, An. 790. Ne vllus deinceps in sacra Ecclesia mortuum tumularet. Lib. 1. cap. 159. Cuius vestigia Legis consectatus est D. Reinbertus, Bremensis Archiepiscopus, qui, Ludouico Pio Cæs. inclaruit, moriénsque Templo vetuit inhumari, iuxta hæc, Benedictus 3. P. qui obijt An. 858. & Nicolaus 1. in eam Hierarchiam successor, qui decessit An. 867. ad valuas Ædis Petri humo tecti sunt, vti mandarant. Ast paulò pòst, Triburiense Concilium, quod An. 895. celebratum est, prærogatiuam hanc Sacerdotibus adsignauit, ob Altaris ministerium, vt sacra in Ecclesia sepelirentur. Verùm succedente tempore, reseratis Ecclesiarum valuis, adsciti sunt in media Templa non solùm Episcopi, Sacerdotes, Reges, patroniuè sacrarum Ædium: sed alij quoque, nummis potiùs quàm meritis virtutum graues. Ob id, Meldensis Congressus Gallici Cleri, quùm non posset omnino morem tollere humandorum in Ecclesia defunctorum qui varijs iam Regionibus inoleuerat, condonauit istud sacerdoti duntaxat ei, profaniuè ordinis viro, qui integræ vitæ suffragio, talem mortuo suo corpori Vrnam dignè quæsijsset. Cui Synodo aptè congruit Moguntina 1. coacta. An. 813. In Can. 52. qui à

D. Chrysost. Tomo 4. in Demonstratione aduersus Gétes, quòd Christus sit Deus, Regésque, ostiarii & ianitores piscatorum.

Vasense Concil sub Leone 1. P. circiter Annum 4, 2.

Nannetē. Synodus Tomo 3. Concil.

Bracharense Concil. sub Honorii 1. Pontificatum, & ante Annum 635. Tomo 2. Concil.

L. Surii Volum 5. De Sanctis, cap. 15. die 13. Septemb.

Vlgrinus quoque Angolismorum Comes, & Petrocoriorū, sepultus fuit iuxta Basilicam S. Eparchii. & Ademarus Pictonum Comes. iuxta Basilicam S. Hylarii. Ex Fragmento Aquitan. Hist. excusso publicè An. 1588.

Triburien. Synodi Can. 17. Volum. 3. Concil.

Meldense Concil. Tomo eod. 3.

Moguntinū 1. Concil. (Tomo 3.) Quòd nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, Abbates aut digni presbyteri, aut fideles laici.

Gratiano collectus, habetur, cauſ. 13. quæſt. 2. Tum à Burchardo, Decretorum Lib. 3. cap. 151. Et ab Yuone Carnutenſi, Pannomiæ Parte 3. cap. 213. Chriſtianæ inſuper Pietatis voto, ſepulturam in Phanis deligunt probi viri plærúnque: vt fato functi, quaſi præſentes oculiſque ſubiecti viuorum, communibus Eccleſiæ precibus indies adiuuentur. Quantoperè enim viuorum beneficia mortuis proſint, addocens Petrus Bleſenſis, poſt tot vetuſtiorum dogmata Theologorum, affert etiam venerandi patroni mei exemplum, D. Renati Andegauenſis. Epiſtol. Lib. 1. in hanc ſententiam. *Maurilius, Andegauen. Epiſcopus, longè poſt Apoſtolorum tempora, puerum, quem propter hoc etiam poſtea Renatum vocauit, ſeptem annos integros iam in Monumento habentem, excellentiſſimo miraculo ſuſcitauit.* Eam admiratu dignam Hiſtoriam refricat B. Antoninus, Chronicôn Parte 2. Tit. 10. cap. 13.

Lib. 1. cap in Hæreticos.

D. Maurilius, & S. Renatus, Andium Epiſcopi ſeriatim. Húc enim illi in Cathedram ſucceſſiſſe tradit B. Antoninus in Chronic. & Demochates in Lib. De diuino Miſſæ ſacrificio.

16. In explanandis Cæleſtinorum priuilegijs Apoſtolicis, minimè ſupprimendum venit Bonifacij 8. Reſcriptum Idibus Maijs An. 1297. Cuius potiſſimæ hæ ſunt particulæ. *Sanè de ijs, quæ in ornamentis Eccleſiæ, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuerſario ſeptimo, viceſimo, triceſimo, ſiue aliàs ad perpetuum cultum diuinum, ſeu pro pitancijs, indumentis, vel calciamentis veſtris, vobis legantur pietatis intuitu, dummodò id fraude non fiat, nulli teneamini iuſtitiam, ſeu canonicam portionem exhibere. Concedimus etiam tibi, fili Abba S. Spiritus, tuiſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, vt Fratribus veſtri Ordinis in ipſo Monaſterio ſancti Spiritus, & alijs Monaſterijs, Prioratibus, & Membris, ac locis ſubiectis eidem Monaſterio ſancti Spiritus conſtitutis, abſolutione & diſpenſatione indigentibus, priuſquàm intrarint Ordinem, ſiue poſt in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicati, ſuſpenſi, interdictiuè ſint, de conſilio Fratrum veſtrorum qui literati ſint & Deum timente, abſolutionis beneficium valeatis impertiri: Niſi adeo grauis & enormis foret exceſſus, quòd eſſent propter hoc ad eandem Sedem meritò deſtinandi: Prouiſo quòd læſis ſatiſfaciant competenter. Inhibemus etiam, ne aliquis Epiſcopus, vel alia perſona, ſpiritualem vel aliam Iuriſdictionem habens, vos ad ſynodos vel conuentus forenſes ſuos accedere, vel cum eis intus vel extra Ciuitates vel terras proceſſionaliter exire, aut ſuis Conſtitutionibus ſubiacere cogat, aut capitula, inquiſitiones in locis veſtris, vel alibi de vobis, aut fidelitatem iuratam, aut manualem obedientiam à vobis, aut Prioribus, Supprioribuſuè veſtris exigere audeat &c.* Voluitur inſuper Codex autographus Conſtitutionum eius Ordinis, Francicæ Prouinciæ, tribus Libris digeſtus: Quo, ſingula *Regularis* diſciplinæ, quam Cæleſtini ad amuſſim ſeruant, præcepta traduntur. Vnde probabilius fit, ſeculi Clericos, Regia nominatione, huius Magiſteria Sodalitij hactenus aggredi non auſos, nec Comitialem Magiſtri cuiúſque delectum Monaſticum, in luce Fori oppugnare. Alij verò, Benedictinæ normæ, Conuentus perplures eò redacti ſunt, vt arctiorem ipſi quidem, Benedicti regulam complectantur, ſed horum Præfecti, ſeu *Abbæ*, Cœnobitico Inſtituto nolint alligari: Inuerſa Monſtri figura Horatiani, cuius

Bonifaciana Bulla, die 15. Maii An. 1297.

Abbas S. Spiritus de Sulmona, Valuenſis diœceſis, in Italia, Caput Ordinis Cæleſtinorum.

Tridentini Concil. Seſſione 25. cap. 13. Exempti omnes, tam clerici ſeculares, quā regulares quicunque etiam monachi, ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur: iis tamen exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt, vt Carthuſiani, Camaldulenſes, &c. Ita Deciſion. 484 Capellæ Tholoſ. Archiepiſcopus poteſt cogere Religioſos ciuitatis exemptos, venire ad proceſſionem, quando ex magna cauſa fit proceſſio, vt in nouo introitu Principis, Legati. Epiſcopi, vel eminente peſte, alióue flagello.

Prioratus Conuentuum ſingulorum aut Prouinciæ Cæleſtinorum.

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere qui voluit.

Nam, verbigratia, Vilhelmus Briſſonetus, Meldenſis Antiſtes, qui præfuit Monaſticæ Ædi Germani, Pariſijs ſuburbanæ, pollicitus erat obſignatis Tabulis An. 1513. facturum ſe, curaturum, vt poſteri Cœnobiarchæ, Religioſa in toga, ſeſe addicerent ſanctiori Legi Caſæ-Benedicti: cui iam, priuati eius Ædis alumni confertim ſe ex profeſſo deuinxerant. Aſt nullus exinde Cœnobij Rector cultum habitúmque ſumpſit *Regularem*, nec Monaſticæ ſuis vitæ typum domeſtico exemplo præbuit. Solennis enim illa pollicitatio, cui nec Regia, nec Senatoria Lutetiæ acceſſerat auctoritas, in irritum recidit prorſus, & fiduciarijs Clericis ſeculi, nuncupante Principe, commendata eſt vſquequaque Cella monaſtica D. Germani. Formula certè eius Pacti conuenti promitur iſtiuſmodi. *Obtinebit Abbas à Sanctiſſ. Domino Literas apoſtolicas, accedente ad id conſenſu Regis, quòd cedente, vel decedente d. Reuerendo, Monaſterium prædictum nullo modo poſſit commendari, ſed de eo prouideatur, & ad regimen ipſius aſſumatur aliquis de d. Congregatione Caſalis*

Concordatum Guilielmi Briſſoneti, Meldenſis Epiſcopi, & Abbatis S. Germani, cum Conuentu ſuo, & Congregatione Caſalina, ſeu Caſali-Benedicti, cui Monaſterium hoc erat vnitum: Quòd Concordatum, Leo 10. & Clemens 7. P. P. omologarunt.

Benedicti, sitque exnunc, prout extunc, d. Monasterium affectum d. Congregationi: Adeo, quòd non possit quispiam præfici aut assumi ad Dignitatem Abbatialem, nisi sit de d. Congregatione &c. Habebunt Vicarius, & ab eo substitutus potestatem conferendi Regularia Beneficia, & Officia claustralia, Capellaniásque, in d. Monasterio S. Germani existentes &c. In hac vtique Casa B. Germani, splendet cucullatus senex Iacob. Dubreilius, omnigena doctrina, simul & morum probitate suspiciendus. Qui publicis sui Ordinis Magistratibus ritè perfunctus, iamdudum sibi canit & Musis, summo cum lucubrationum fructu Scriptorúmque, Ecclesiasticis de rebus, in Religiosam omnem posteritatem. Superi, precor, tantum virum nobis Reiq. Publ. sacræ perdiu saluum incolumémque tueantur.

Frat. Iac. Dubreil, eruditissimus Cœnobitarum nostri seculi.

Bulle d'Alexandre 3. de l'an 1164. 10. Kal. Februar. *de priuilege special* Abbati & fratribus S. Germani de Pratis, Sepulturam locorum vestrorum, in quibus quatuor aut tres vestrum assiduè commorantur, liberam esse decernimus: Vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salua tamen, iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, &c.

Autre Bulle d'Alexandre 4. de l'an 1260. *que* familiares vel seruientes domestici *de ladicte Abbaye de S. Germain*, qui Religiosis participant, non possunt pro hoc à suis Ordinarijs excommunicari vel interdici.

Bulla Pij 2. Vt omnia Sacramenta, etiam in die Paschæ conferri possint per monachos Benedictinos peregrinis, famulis, & hospitibus quos in Monasterijs ipsorum contigerit infirmari.

17 TRANSGREDIAMVR nunc à Benedictina Monachorum Regula, ad Augustinianam. Huic subsunt Almæ Triados Cœnobitæ, seu captorum à Barbaris Christianorum redemptores. Quos Innocentius. 3. P. varijs Muneribus cohonestauit. Diplomate. 3. Nonas Februar. An. 1198. infrà relato. *Innocentius &c. Dilectis in Christo filijs, Ministro S. Trinitatis Ceruifrigidi, eiúsque Fratribus &c. Præfatam domum S. Trinitatis Ceruifrigidi, in qua, Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis Scripti priuilegio communimus, Statuentes, vt quascúnque possessiones, quæcúnque bona eadem Domus impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs iustis modis, præstante* DOMINO, *poterit adipisci, firma vobis vestrísque successoribus permaneant. &c. Sanè Noualium vestrorum, quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, hortorum, vel pomorum fructibus, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos liberos & absolutos, à seculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Domo vestra professionem, fas sit absque Ministri sui licentia; nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Chrisma verò, oleum sanctum consecrationis Altarium seu Basilicarum vestrarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promouendi, & cætera Ecclesiastica sacramenta, per diœcesanum Episcopum, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, vobis gratis ac sine prauitate aliqua volumus exhiberi. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce, Diuina Officia celebrare. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Ministro, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptione, astutia seu violentia, præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilij sanioris, secundùm Dei timorem canonicè prouiderint eligendum &c.* Ac Pontificia quidem *Mathurinorum* Priuilegia nouauit Innocentius. 4. eximio Rescripto pridie kalend. Martias An. 1247. Cui præterea sigillatim accensuit nomina titulósque Sacerdotiorum, quæ Ordini ipsi sacræ Trinitatis subiaceant. Sed hic quoque Innocentius paulò antea, in stabiliendis vetustiorum Pontificum beneficijs, clausulas hasce intexuerat Codicillis suis. Quinto kalend. Decemb. An. 1246. *Nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, secularibusuè personis, in vos omnino fieri prohibemus &c. Decimas item, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestra-*

Mathurinorum Ordo, seu S. Trinitatis, & de Redemptione captiuorum. Quem Ordinem celebrat Chassenæus, in Catalogo Glor. Mun. Parte. 4 Considerat. 63. Præter alios Auctores supracitatos. Lib. 1 Tit. 1. Art. 12.

Bullatæ literæ die. 3. Febr. An. 1. Pontific.

Le Prioré de S. Marie des Corcheres, dependant du Prioré de S. Barbe en Auge, en Normandie, fut fondé par Guillaume Comte de Penthieu, & est de l'Ordre S. Augustin, & est reputé manuel, reuocable, & non en tiltre de benefice perpetuel. Dont y a eu procés au grand Conseil, en Aoust 1583.

De Chrismate, & oleo sancto, à quonam petenda sint, diximus paulò anteriùs Art. 2.

Romana Bulla, die vlt. Febr. An. 1247.

Innocentij 4. Literæ die 27. Nouemb. An. 1246.

Gratiano collectus, habetur, caus. 13. quæst. 2. Tum à Burchardo, Decretorum Lib. 3. cap. 151. Et ab Yuone Carnutensi, Pannomiæ Parte 3. cap. 213. Christianæ insuper Pietatis voto, sepulturam in Phanis deligunt probi viri plærúnque: vt fato functi, quasi præsentes oculisque subiecti viuorum, communibus Ecclesiæ precibus indies adiuuentur. Quantoperè enim viuorum beneficia mortuis prosint, addocens Petrus Blesensis, post tot vetustiorum dogmata Theologorum, affert etiam venerandi patroni mei exemplum, D. Renati Andegauensis. Epistol. Lib. 1. in hanc sententiam. *Maurilius, Andegauen. Episcopus, longè post Apostolorum tempora, puerum, quem propter hoc etiam postea Renatum vocauit, septem annos integros iam in Monumento habentem, excellentissimo miraculo suscitauit.* Eam admiratu dignam Historiam refricat B. Antoninus, Chronicon Parte 2. Tit. 10. cap. 13.

Lib. 1. cap in Hæreticos.

D. Maurilius, & S. Renatus, Andium Episcopi seriatim. Hûc enim illi in Cathedram successisse tradit B. Antoninus in Chronic. & Democharesin Lib. De diuino Missæ sacrificio.

16. In explanandis Cælestinorum priuilegijs Apostolicis, minimè supprimendum venit Bonifacij 8. Rescriptum Idibus Maijs An. 1297. Cuius potissimæ hæ sunt particulæ. *Sanè de ijs, quæ in ornamentis Ecclesiæ, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario septimo, vicesimo, tricesimo, siue aliàs ad perpetuum cultum diuinum, seu pro pitancijs, indumentis, vel calciamentis vestris, vobis legantur pietatis intuitu, dummodò id fraude non fiat, nulli teneamini iustitiam, seu canonicam portionem exhibere. Concedimus etiam tibi, fili Abba S. Spiritus, tuisque successoribus, qui pro tempore fuerint, vt Fratribus vestri Ordinis in ipso Monasterio sancti Spiritus, & alijs Monasterijs, Prioratibus, & Membris, ac locis subiectis eidem Monasterio sancti Spiritus constitutis, absolutione & dispensatione indigentibus, priusquàm intrarint Ordinem, siue post in casibus excesserint, pro quibus excommunicati, suspensi, interdictiuè sint, de consilio Fratrum vestrorum qui literati sint & Deum timentes, absolutionis beneficium valeatis impertiri: Nisi adeo grauis & enormis foret excessus, quòd essent propter hoc ad eandem Sedem meritò destinandi: Prouiso quòd læsis satisfaciant competenter. Inhibemus etiam, ne aliquis Episcopus, vel alia persona, spiritualem vel aliam Iurisdictionem habens, vos ad synodos vel conuentus forenses suos accedere, vel cum eis intus vel extra Ciuitates vel terras processionaliter exire, aut suis Constitutionibus subiacere cogat, aut capitula, inquisitiones in locis vestris, vel alibi de vobis, aut fidelitatem iuratam, aut manualem obedientiam à vobis, aut Prioribus, Supprioribusuè vestris exigere audeat &c.* Voluitur insuper Codex autographus Constitutionum eius Ordinis, Francicæ Prouinciæ, tribus Libris digestus: Quo, singula *Regularis* disciplinæ, quam Cælestini ad amussim seruant, præcepta traduntur. Vnde probabilius fit, seculi Clericos, Regia nominatione, huius Magisteria Sodalitij hactenus aggredi non ausos, nec Comitialem Magistri cuiúsque delectum Monasticum, in luce Fori oppugnare. Alij verò, Benedictinæ normæ, Conuentus perplures eò redacti sunt, vt arctiorem ipsi quidem, Benedicti regulam complectantur, sed horum Præfecti, seu *Abbæ*, Cœnobitico Instituto nolint alligari: Inuersa Monstri figura Horatiani, cuius

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere qui voluit.

Bonifaciana Bulla, die 15. Maii An. 1297.

Abbas S. Spiritus de Sulmona, Valuensis diœcesis, in Italia, Caput Ordinis Cælestinorum.

Tridentini Concil. Sessione 25. cap. 13. Exempti omnes, tam clerici seculares, quã regulares quicunque etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur: iis tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, vt Carthusiani, Camaldulenses, &c. Ita Decision. 484 Capellæ Tholos. Archiepiscopus potest cogere Religiosos ciuitatis exemptos, venire ad processionem, quando ex magna causa fit processio, vt in nouo introitu Principis, Legati. Episcopi, vel eminente peste, aliôue flagello.

Prioratus Conuentuum singulorum aut Prouinciæ Cælestinorum.

Nam, verbi gratia, Vilhelmus Brissonetus, Meldensis Antistes, qui præfuit Monasticæ Ædi Germani, Parisijs suburbanæ, pollicitus erat obsignatis Tabulis An. 1513. facturum se, curaturum, vt posteri Cœnobiarchæ, Religiosa in toga, sese addicerent sanctiori Legi Casæ-Benedicti: cui iam, priuati eius Ædis alumni confertim se ex professo deuinxerant. Ast nullus exinde Cœnobij Rector cultum habitúmque sumpsit *Regularem*, nec Monasticæ suis vitæ typum domestico exemplo præbuit. Solennis enim illa pollicitatio, cui nec Regia, nec Senatoria Lutetiæ accesserat auctoritas, in irritum recidit prorsus, & fiduciarijs Clericis seculi, nuncupante Principe, commendata est vsquequaque Cella monastica D. Germani. Formula certè eius Pacti conuenti promitur istiusmodi. *Obtinebit Abbas à Sanctiss. Domino Literas apostolicas, accedente ad id consensu Regis, quòd cedente, vel decedente d. Reuerendo, Monasterium prædictum nullo modo possit commendari, sed de eo prouideatur, & ad regimen ipsius assumatur aliquis de d. Congregatione Casalis*

Concordatum Guilelmi Brissoneti, Meldensis Episcopi, & Abbatis s. Germani, cum Conuentu suo, & Congregatione Casalina. seu Casali-Benedicti, cui Monasterium hoc erat vnitum: Quòd Concordatum, Leo 10. & Clemens 7. P. P. omologarunt.

Benedicti, sitque exnunc, prout extunc, d. Monasterium affectum d. Congregationi: Adeo, quòd non possit quispiam præfici aut assumi ad Dignitatem Abbatialem, nisi sit de d. Congregatione &c. Habebunt Vicarius, & ab eo substitutus potestatem conferendi Regularia Beneficia, & Officia claustralia, Capellaniásque, in d. Monasterio S. Germani existentes &c. In hac vtique Casa B. Germani, splendet cucullatus senex Iacob. Dubreilius, omnigena doctrina, simul & morum probitate suspiciendus. Qui publicis sui Ordinis Magistratibus ritè perfunctus, iamdudum sibi canit & Musis, summo cum lucubrationum fructu Scriptorúmque, Ecclesiasticis de rebus, in Religiosam omnem posteritatem. Superi, precor, tantum virum nobis Reiq. Publ. sacræ perdiu saluum incolumémque tueantur.

Frat. Iac. Dubreil, eruditissimus Cœnobitarum nostri seculi.

Bulle d'Alexandre 3. de l'an 1164. 10. Kal. Februar. *de priuilege special* Abbati & fratribus S. Germani de Pratis, Sepulturam locorum vestrorum, in quibus quatuor aut tres vestrum assiduè commorantur, liberam esse decernimus: Vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salua tamen, iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, &c.

Autre Bulle d'Alexandre 4. de l'an 1260. *que* familiares vel seruientes domestici *de ladicte Abbaye de S. Germain*, qui Religiosis participant, non possunt pro hoc à suis Ordinarijs excommunicari vel interdici.

Bulla Pij 2. Vt omnia Sacramenta, etiam in die Paschæ conferri possint per monachos Benedictinos peregrinis, famulis, & hospitibus quos in Monasterijs ipsorum contigerit infirmari.

17 TRANSGREDIAMVR nunc à Benedictina Monachorum Regula, ad Augustinianam. Huic subsunt Almæ Triados Cœnobitæ, seu captorum à Barbaris Christianorum redemptores. Quos Innocentius. 3. P. varijs Muneribus cohonestauit. Diplomate. 3. Nonas Februar. An. 1198. infrà relato. *Innocentius &c. Dilectis in Christo filijs, Ministro S. Trinitatis Ceruifrigidi, eiúsque Fratribus &c. Præfatam domum S. Trinitatis Ceruifrigidi, in qua, Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis Scripti priuilegio communimus, Statuentes, vt quascúnque possessiones, quæcúnque bona eadem Domus impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs iustis modis, præstante* DOMINO, *poterit adipisci, firma vobis vestrísque successoribus permaneant. &c. Sanè Noualium vestrorum, quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, hortorum, vel pomorum fructibus, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos liberos & absolutos, à seculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Domo vestra professionem, fas sit absque Ministri sui licentia; nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Chrisma verò, oleum sanctum consecrationis Altarium seu Basilicarum vestrarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promouendi, & cætera Ecclesiastica sacramenta, per diœcesanum Episcopum, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, vobis gratis ac sine prauitate aliqua volumus exhiberi. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce, Diuina Officia celebrare. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Ministro, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptione, astutia seu violentia, præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilij sanioris, secundùm Dei timorem canonicè prouiderint eligendum &c.* Ac Pontificia quidem *Mathurinorum* Priuilegia nouauit Innocentius. 4. eximio Rescripto pridie Kalend. Martias An. 1247. Cui præterea sigillatim accensuit nomina titulósque Sacerdotiorum, quæ Ordini ipsi sacræ Trinitatis subiaccant. Sed hic quoque Innocentius paulò antea, in stabiliendis vetustiorum Pontificum beneficijs, clausulas hasce intexuerat Codicillis suis. Quinto Kalend. Decemb. An. 1246. *Nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, secularibusue personis, in vos omnino fieri prohibemus &c. Decimas item, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestra-*

Mathurinorum Ordo, seu S. Trinitatis, & de Redemptione captiuorum. Quem Ordinem celebrat Challeneus, in Catalogo Glor. Mun. Parte. 4 Considerat. 63. Præter alios Auctores supracitatos. Lib: 1 Tit. 1. Art. 12.

Bullatæ literæ die. 3. Febr. An. 1. Pontific.

Le Prioré de S. Marie des Corcheres, dependant du Prioré de S. Barbe en Auge, en Normandie, fut fondé par Guillaume Conte de Penthieu, & est de l'Ordre S. Augustin, & est reputé manuel, reuocable, & non en tiltre de benefice perpetuel. Dont y a eu procés au grand Conseil, en Aoust 1583.

De Chrismate, & oleo sancto, à quonam petenda sint, diximus paulo anteriùs Art. 4.

Romana Bulla, die vlt. Febr. An. 1247.

Innocentii 4. Literæ die 27. Nouemb. An. 1246.

rum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit Vobis de nostra auctoritate facultas &c. Prohibemus, vt infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinas seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Quod autem Literis istis agitur de repetundo ex profana manu Decumano fundorum iure, vt pristino Ecclesiæ dominio restituatur, id quadrat aliquatenus Ciuili temporum illorum disciplinæ. Nam prisca ea tempestate, sanctum Lege fuit B. Ludouici An. 1269. tum Francisco S. Consulto Diualium An. 1272. Decumas à profanis viris clientelæ formula possessas, quæ ad sacram Ecclesiam quoquo modo rediissent, antiquo spiritali iure suo & Ecclesiastico teneri. Vt hac *Parlamentari* Sententia, quasi penicillo exprimitur. *Cùm inclytæ recordationis Ludouicus rex Franciæ per priuilegium speciale concessisset Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, quod absque contradictione sui vel hæredum suorum possent acquirere decimas, quas laici tenebant, & Episcopus Baiocensis emisset decimas, quæ antea tenebantur in feodo laicali, quas propinqui venditoris per bursam retrahere nitebantur. Dictum fuit, quòd ex quo Rex reliquerat quod ibi habebat, non in Curia domini Regis, sed in foro Ecclesiæ, dictam retractionis causam prosequentur, si velint.* Lutetiano item Senatui placuit nuper, clientelares profanorum hominum decimas, quæ ad Episcopale Collegium Ambianorum, tractu temporis peruenissent, æquè obligari congruæ Curionis portioni, in Pontificio Foro adiudicandæ, ac spirituales & ecclesiasticas decimas: Quùm profanæ alioquin illæ, nec tali parochorum portioni, nec sacro quidem Magistratui subiiciantur. Aresto. 7. Iduum Septemb. An. 1582. Quæ omnia planè congruunt Apostolico Gregorij. 9. & Innocentij. 4. decreto percelebri, inter Ducem, & Clerum Armoricæ Britanniæ: Quod Ianus Dux seruaturum se, iuratò spopondit Romæ. 7. Idus Apriles An. 1266. Eius quippe Decreti Cap. 4. continetur, decimas, quæ à popularibus beneficiaria lege possideantur, Templis liberè cedi transcribique posse, nulla Principis, Magnatumuè auctoritate adhibita: sed eas tum subinde primæuam Ecclesiasticæ rei immunis conditionem resumere. Sicuti Argentræus memorat, Britannicæ Histor. lib. 4. Cap. 24. 25. De hoc genere profanarum Decimarum & patrimonialium, quæ ad sacram Ecclesiam reuersæ sint, Nos fusiùs Lib. 3. Fisci Gallici.

Decimæ laicales & infeudatæ, ab Ecclesia redemptæ, non censentur nouæ Acquisitiones Ecclesiasticæ bonorum secularium.

Vetus Arestum Parlamenti, omnium Sanctorum, de Decimis infeudatis. Ex Regestis Curiæ Parisien.

Iudicatum Curiæ: die. 8. Septemb. 1582. inter Capitulum Ecclesiæ d'*Amiens*, *appellant* à Locumtenente Gubernatoris Peronensis: & Iohannem *Cuel*, curatum *de Neaulle*, intimatum.

Die. 7. April. An. 1266.

Tit. 23. Art. 8.

18 PRÆDIARIAS insuper *Mathurinorum* Sodalium possessiones sanxêre Vrbanus. 4. & Clemens. 4. vicissim Pontifices Max. liberásque plebeijs vectigalibus ac immunes decreuerunt. Ille quidem, Rescripto. 10. Kalend. Mart. An. 1260. Hic verò, 4. Idus Decemb. An. 1267. tali verborum schemate. *Dilectis filijs, vniuersis Ministris & Fratribus Ordinis S. Trinitatis & Captiuorum &c. Vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, vt de animalibus, blado, vino, sale ac alijs, quæ aliquotiens emere pro vestris vtilitatibus vos contingit, nulla pedagia, vingia rotatica, trauersa, roagia, minagia, & foragia, quæ pro iis à secularibus exiguntur, soluere teneamini, auctoritate vobis præsentium indulgemus &c.* Præclarè istud certè, quùm Lupi Ferrariensis *Abbæ* sententia, Monasticus Ordo diu stare nequeat, nisi iustarum Facultatum augmento fulciatur. Quemadmodùm ipsemet loquitur, Epistola. 42. ad Hincmarum, Remensem Præsulem, ac Epist. 45. ad Karolum Regem. Cæterum in Religiosa S. Triadis Familia, præluxit multis Robertus Gaguinus, Flander, qui à tenellis annis sacram Religionem professus est in Monastica Belgicæ prouinciæ domo Silua-nepe: Dein petita Lutetiæ Academia, Magistralem Pontificij Iuris lauream adeptus, legitur suffragiis Comitialibus Antistes Ordinis sui *Mathurinorum*, extincto Rudolpho, maiore Ministro, An. 1473. Idem à Carolo 8. Rege Legatus adiit Romanum Pontificem, quique Florentinum Senatum Orator, rediit exorator. Is rursùm in Britannia Insula Gallicam obiit legationem, vnà cum Vilhelmo *de Sains*, Syluanectensi Præside, publici Fœderis ergô sanciendi inter Gallum & Britannum Reges. Sextili Mens. An. 1489. Gaguino tandem humanis erepto, Faustus Andrelinus, quem ille ex Italia ad Karolum regem deduxerat, istud posuit actu-

Apostolicæ Bullæ, die 20. Feb. An. 1. Pontific. Et die. 10. Decemb. An. 3.

Karolus Caluus, Imperator Roman. & Rex Galliæ.

Domus isthæc B. Mariæ de Pietate in Siluanepe, Morinensis diœcesis, (in Picardia) quæ est de Ordine S. Trinitatis, instituta fuit sub Annum. 1202. Reginaldo de Marcha tunc maiore Ministro) Quam primus administrauit Fr. Guido. Deo deuotus Heremita

Rob. Gaguin. 20. Minister generalis electus à Capitulo generali, qui antea Præ-

tùm funebre Carmen Vndecimo Kalend. Iunias An. 1501

Illustris Gallo nituit qui splendor in Orbe,
Hîc sua Robertus membra Gaguinus habet.
Si tanto non sæua viro Libitina pepercit,
Quid speret docti cætera turba Chori?

Ioh. Tritthemius egregia quædam recenset Gaguini monumenta. De conceptione B. Mariæ aduersus Vincentium Castronouanum: De misera hominis conditione. De Arte Metrica: Chronicon de maioribus Ministris Ordinis: Librum Epistolarum: & Francicos Annales, qui multorum manibus etiamdùm circumferuntur.

fectus fuerat Domibus de Verberia, Turonicæ, & Mathurinorum Parisien. Decessit Luce. 21. Maij An. 1501 Sepulchrales Versus. Hic Gaguinus, in Domo Mathurinorũ. Claustra, quæ nunc videtur columnis sustentata marmoreis, à fundamentis erexit, Bibliothecam superstruxit, & variis Scriptorũ Operibus exornauit: Eius quoque nauim ecclesiæ absoluit.

Bulles d'exemption de toute Iurisdiction, superiorité & excommunication d'Euesques, Archeuesques &c. & d'immediate subiection au S. Siege Apostolic, de tous les Ministres, freres & sœurs, de l'Ordre de la S. Trinité de la Redemption des captifs, auec leurs maisons, Eglises, Oratoires, Chappelles &c. tam in spiritualibus quam in temporalibus, *& pour leurs gens, familiers & seruiteurs, donnez, & autres demeurans esdictes maisons. La premiere Bulle est du Pape Clement 5. à Auignon* 13. Kal. Octob. An. 4. Pontific. *Bulle d'Eugene confirmatiue de celle cy dessus à Florence l'an* 1434: Nonis Nouemb. *Bulle pareille de Pius* 2. *l'an.* 1458. 16. Calend. Februar. *Item d'Innocent* 8. *Confirmation semblable, auec clause extensiue* ad familiares & seruitores *desdicts Conuents,* ad supplicationem Roberti Guaguini maioris seu generalis ministri d. Ordinis Decretorum doctoris & apud nos Oratoris Caroli Francorum Regis. *Sa Bulle dattee de l'an* 1485. 18. Kalend. Maij An. 1. Pontificatus.

Arrest du Parlement de Paris du 22. Iuin l'an. 1602. sur la Requeste de frere François Petit General de l'Ordre de la S. Trinité &c. & veu les pieces iustificatiues du contenu en ladicte Requeste, & veu les conclusions du Procureur General du Roy. Par lequel Arrest surce qu'en faisant le procez criminel à Anne de Rieux, seruante de frere Philippes Arnaut, Religieux dudict Ordre & Ministre de la Villeneufue aux asnes diocese de Paris, la Cour auroit par Arrest du 19. d'Auril audit an 1602. ordonné qu'à la Requeste du Promoteur de l'Officialité de Meaux, le procés luy seroit faict & parfaict &c. La Cour, dis-ie par cest autre Arrest de Iuin a rendu & rend ledict Arnaut au General de l'Ordre de la S. Trinité, pour luy estre son procés faict & parfaict, & contre luy procedé ainsi qu'il appartiendroit.

61 PARISIENSIS Academiæ Comitia habentur ex more in Claustris præd. Cænobij *Mathurinorum*, velut Academica Sede. Quam tamen precariò rogatam sedem locúmque interpretatur vetus Academicorum professio ingenua, scriptis mandata Iunio Mens. An. 1291. Ita VALLISSCHOLARIVM Ordo, Augustinianæ regulæ, exorsus est ab eius alumnis Academiæ, cælesti Sophia apprimè eruditis. Quorum sectandis vestigijs, illicò post destinatur Monasticæ pubi sacra Domus Catharinæ, apud Lutetiam, à Scholasticis cognomen sortita. Nimirùm vt cucullata totius Sodalitij iuuentus publicum hoc Musæum peteret, sanctioribus potissimè literis imbuenda. Sicuti anteriore Lib. subnotauimus, ac Pontificio Iohannis. 22. Diplomate comprehensum est, apud Auenionem edito Kalendis Sextilib. An. 1319. in hunc modum. *Iohannes &c. Dilectis filiis Priori & Diffinitoribus Capituli generalis, Ordinis Vallisscholarium &c. Petitio vestra nobis exhibita continebat, quòd vos olim attendentes, quod à nostris prædecessoribus prouidè fuerit ordinatum, vt singuli Priores domorum vestri Ordinis certas personas mitterent ad Domum eiusdem Ordinis Parisiis existentem, vbi viguit hactenus, & viget ad præsens studium Theologicæ facultatis ipsorum Priorum expensis & sumptibus, in sacra Pagina instruendas: vt eædem personæ istius Paginæ fulgoribus illustratæ, alios Christi Fideles valerent instruere, vt per semitas Mandatorum Domini rectè incederent, idemque Ordo Vallisscholarium personarum ipsarum, posset re & nomine meritò nuncupari, &c. Verùm quia huiusmodi ordinatio hucusque fuerat prætermissa, vos ad instantiam & requisitionem vniuersorum Priorum eiusdem Ordinis nouiter statuistis ac etiã ordinastis, quòd.* 12. *Fratres d. Ordinis dociles, & habentes animum ad studendum, à Diffinitoribus Capituli generalis Ordinis prælibati, qui pro tempore fuerint eligantur, & mittantur Parisius ad studium Paginæ memoratæ, in Domo vestra Parisien. ad hoc specialiter deputata, ad sumptus communes totius Ordinis memorati: Quòdque Diffinitores Ordinis sæpe fati singulis Domibus d. Ordinis prædictos sumptus pro rata suorum prouentuum possint imponere, & exigere à Prioribus Fratribus ipsarum Domorum, eos ad id, si necesse fuerit, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Nos itaque vestris supp' cationibus inclinati, statutum & ordinationem huiusmodi, si est*

Charta Vniuersitatis Parisien Quòd Minister & Fratres domus S. Mathurini Parisien. locum illi concesserũt in Curia Domus eorũ ex mera gratia, ad opus receptionis & venditionis pergameni &c.

Suprà Lib. 1. Tit. 1. Art. 13.

Bulla Apostol. die. 1. Augusti. An. 3. Pontif.

De Monastica liberalium studiorum & literarũ cura, Nos antea Lib. 1. Tit. 2. Art. 8. Et hoc Tit. Art. 9.

Paulina Bulla, die. 29. Maii An. 1469.

Cœnobitica exemptio Vallisscholarium ab Ordinariis, & diœcesanis episcopis.

ita, ratam & gratam habentes, ipsam ex certa scientia auctoritate Apostolica confirmamus &c. Iuxta hæc, beneficiis Pauli. 2. in eam Sectam Codicillis attexitur talis periodus. *Quòd ad nutriendum. 12. Scholares eiusd. Ordinis in Theologia studentes Parisijs, & ob id, ad quinquagesimam partem suorum redituum eisdem Scholaribus. 12. pro eorum sustentatione dandam, Prior Monasterij compellatur &c. districtius inhibentes quibuscunque Episcopis diœcesanis, & alijs locorum Ordinariis, ne aliquos ipsorum Prioratuum, Ecclesiarum & domuum, Priores aut rectores in Prioratibus & Ecclesijs ipsis confirmare, instituere, aut visitare, vel ad Synodum vocare, vel procurationes, aut alias summas ab eis exigere, nec censuras ferre præsumant &c.*

Il y a enuiron 30. Priorez, de l'Ordre du Val des Choux au Pays de Bourgongne, desquels l'vn est le Prioré de S. Lieu du petit Val des Choux, en la ville de Dijon, fondé & dotté par vne Duchesse de Bourgongne, diocese de Langres.

Le Prioré du grand Val des Choux, dans les Bois, entre Dyon, & Austun. Duquel Prioré bien que chef d'Ordre nommé & reserué par l'Edict de Blois, le Roy y exerça sa nomination l'an. 1585. de frere Fremiot, frere du President Fremiot de Dijon, lequel Religieux Fremiot estant Enfermier en l'Abbaye de Flauigny fut pourueu à Rome dudict Prioré par permutation de son Office claustral d'Enfermier. Et encor par sa mort Nicolas Bazinet Religieux de S. Benigne de Dyon, l'an 1595 encores qu'il ayt esté esleu par les Religieux, il a prins aussi nomination du Roy.

Vallisscholarium Ordinis caput, in Campania. Valliscaulium in Burgundia, cuius Prioratus sunt, Vallis-Benedicti iuxta Heduam, Vallis. Crescentis prope Sedelocum, & alii.

Sacræ Polit. Lib. 2. Tit. 5. Art. 5. Et Tit. 8. Art. 10. 21.

Apostolicæ literæ Pauli. 4. quas ad verbum exscripsimus suprà Lib. 1. Tit. 2. Art. 18.

* Mitram gestans.

Bullam, die 13. Maii An. 519.

Gregorianæ Literæ die. 25 Iulii, & 17 Augusti An. 1. Pontific In gratiam Prioris & Conuentus *de nostre Dame en l'Isle de Troyes.*

20 DE ISTO quidem Vallisscholarium Ordine, pauca Historici Scriptores prisci. Vt Genebrardus, Chronographiæ Lib. 4. eius institutionem refert: vt Valliscaulium Ordinis, Chasseneus. Parte. 4. Catalogi glor. Mundi, Consider. 58. Monasticæ porro illius Vallisscholarium Familiæ priuilegia quædam protulimus alibi in mediū, ex vetustis Rom. Pontif. Chartulis, antequàm Ordinis Antistes sublimiori Cœnobiarchæ dignitate decoraretur. Quo autem Rescripto, eius princeps Sodalitij, qui *Prior* dicebatur, *Abbatis* titulo auctus est An. 1539., nomina.im adijcitur nouo Æterriarchæ honorarium litui, anuli, tiaræque Pontificalis gestamen in sacra sua Basilica, & minorum Conuentuum Templis. Nam extra eas metas interdictus illi est talium vsus Episcopalium Insignium: nisi Priuilegiarijs tabulis cautum aliud inueniatur. Cap. Vt Apostolicæ De Priuil. In. 6. Si tamen alienum in Cœnobium vocatus accesserit priuilegiarius *Abba*, quod peræque exemptum sit Diœcesani imperio, ibidem tum * metrophorus ille Diuina ritè celebrabit. Iohan. Andreæ iudicio, ad Cap. Abbates Tit. eod. Rursus Vallischolarium Præsuli cuique indulsit supremus Ecclesiæ Antistes Paulus. 3. Codicillis suprà relatis, *vt à quouis catholico Episcopo, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente, munus benedictionis suscipere valeat: ac ipsi Episcopo, vt munus prædictum illi impendere licitè possit &c.* Sigillatim verò Gregorius. 9. P. constabilijt prædiarias res omnes, iura profanaque facultates, quæ Præfecto Conuentus D. Mariæ in Insula Trecensi, eiusd. Ordinis, competerent, suum quoque ipsius Sacellum in Æde Katharinæ, Parisien. Quæ Vallisscholarium pariter Familiæ accensetur. Romano diplomate. 8. kalend. Sextiles & 16. Calend. Septembres An. 1229. HVIC porro, Augustinianæ normæ, Ordini alterum subiungo, obscurioris quidem nominis, sed prisca origine, nihilò inferiorem. Is quippe à B. Ruffo titulum accepit monasterij, simul & Principatus suæ Sectæ. Nam haud diu post dira passum CHRISTVM, Ruffus, Hebræus, de quo Euangelicum Marci Cap. 15. fertur, relicto patrio crudeli solo, in Massiliensem Prouinciam appulisse, cum B. Magdalene, Lazaro, Maximino: & Auenionenses præsertim, Episcopali munere ac studio Christianam Fidem edocuisse. Exin religiosum Fanum ad Auenionem excitatum, in quo, D. Ruffi ductu & auspiciis. nonnulli verè pij Apostolicum viuendi ritum sectarentur. Ast frementе Albiorum bello sacro coacti sunt Religiosi homines, aliò sedes larésque transferre, Valentiam versùs Delphinatium: Vbi Cœnobium maius, B. Ruffi nomine, erigitur. Cui vtrique sanctiori Casæ, Vrbanus. 2. qui summi Sacerdotij fastigium tenebat An. 1092. multas erogauit Diuini iuris prærogatiuas, minoribúsque adeo Cellis monasticis, quæ Ruffi Basilicam, Ordinis sui primatem reuerentur. De eodem Ruffo, Auenionensi Præsule, Cæs. Baronius in Martyrologio Romano, ex Membranis veteribus manuscriptis:

S. Ruffus, Symonis Cyrenensis filius creditur. Quo de Cyrenæsi, in Passione Christi aperta mentio, Lucæ Cap. 23 Matthæi. 27. ac Marci, 15. qui de Ruffo quoque illo, Symon. Cyrænei filio loquitur.

Guerre des Albigeois circa annum. 1215.

Monasterium S. Ruffi inter alia, ad Rō. Ecclesiam nullo medio pertinere declaratur, cū Prioratibus ab eo dependentibus, vbicunque Regionum In quibus, est Prioratus B. Mariæ *de la Platiere* Apud Lugdunum.

scriptis: Et Petr. San-Iulianus, Libro Matisconensium Antiquit.

L'Abbé Ioachim en son Commentaire in Apocalipsin *parle de cest Ordre S.* Ruffi, *prés Valence en Dauphiné, approuué par Paschal 2. Pape l'an* 1100.

Il y a trois chefs d'Ordres Religieux en Dauphiné, cestuy-cy de S. Ruff, celuy de S. Antheine de Viennois, & de la Chartreuze de Grenoble. Extraict de la Chambre des Comptes de Grenoble.

Catalogue de 112. *Priorez & Eglises regulieres, dependans de l'Abbaye de S. Ruff, en Dauphiné, chef d'Ordre, entre autres depend l'Abbaye de Entremont en Sauoye*, Collegium S. Ruffi de *Montpeslier*, Ecclesia S. Mariæ de Bisoduno, cum Ecclesiis suis ibi nominatis *en Portugal*, Ecclesia S. Ruffi extra muros ciuitatis Ilerciensis, Ecclesia S. Michaëlis de Ianua, extra muros ciuitatis Ianian, de Genes, Ecclesia S. Stephani in Campania extra muros vrbis Papiæ &c. Ecclesia S. Mariæ Intermontium, Gebennensis diœcesis, cum suis membris & dependentiis, Prioratus S. Petri *de Canafaya & autres* Pictauensis diœcesis *contre lequel Prieur de Canafaya y a Bulle d'Innocent 3. donnée* Perusij. Idus Mart. An. 10. Pontificatus, *ratificatiue du iugement donné par le Cardinal de S. Eustache pour l'Abbé de S. Ruff, de Valence, contre le Prieur de Canafaya, qui est condamné* obseruare sententias & mandata d. Abbatis, Canonicos *de Canafaya* non professos mittere ad professionem in suo monasterio faciendam, & venire ad generale Capitulum, quod annuatim in eodem monasterio celebratur, recepturus & obseruaturus eiusdem Capituli Statuta: *& led. Prieur a esté absouz de la reintegrande requise par l'Abbe comme spolié de la collecte & subuention* de Capituli generalis consensu taxata, &c.

21 CRVCIFERORVM Ordini, ab exaltata CHRISTI Cruce, dandus est proximè locus. Hunc, Augustini Regula duce, militantē apud Eburones primùm, & Gallos, depinximus antea sparsim, Lib. 1. Alterius verò Sectæ, eodem almæ Crucis titulo, exortum in Italia, repetit Volateranus ab An. 1197. Anthropologiæ Lib. 21. Eóque antiquior B. Antoninus, Summar. Tom. 3. Tit. 16. §. 5. qui Cruciferos cœnobitas Augustinianis adnumerat. Nostrati certè Sodalitio illi monastico Iohannes 22. Pontifex complura irrogauit Priuilegia Quarto Kalend. Apriles An. 1318. in hanc phrasin. *Personas vestras, ac Monasteria, in quibus Diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscepimus speciali, nolentes, vos à quibuslibet locorum Ordinariis conueniri, exceptis duntaxat Iudicibus à Sede Apostolica delegatis. Primùm vobis concedimus, prout nostri prædecessores Innocentius 4. Bonifacius 8. & Clemens 5. vobis concesserunt, vt nouas plantationes seu Monasteria de consensu Diœcesanorum recipiatis, & in ipsis secundùm Regulam B. Augustini, & Constitutiones Ordinis vestri regulariter viuatis, Temporibus verò interdicti, clausis ianuis, vobis Diuinum officium celebrare licebit. Sepulturam etiam Ecclesiasticam in vestris Cœmeteriis habere concedimus. Oblationes quoque Altarium vestrorum, & ea quæ specialiter causa mortis & sepulturæ vobis proueniunt, vestra erunt, sine præiudicio tamen cuiuslibet iuris alieni. Sacros autem ordines à quolibet Archiepiscopo gratiam Sedis Apostolicæ habente, & executionem sui officij obtinente, vobis recipere licebit. Officium quoque Prædicationis, & audientiæ Confessionum tibi Priori generali committimus, & per te aliis ad hoc idoneis committendum duximus, saluo iure Parochiali sacerdotum. Eleemosynam Fidelium in singulis Ecclesiis & Parochiis vobis semel in anno mendicare concedimus. Ad quod vos, Diœcesani & Parochiales sacerdotes omnino admittere teneantur &c. Liberas personas ad vestrum Ordinem vobis recipere licebit, quæ post quàm professæ fuerint, facultatem non habeant ad sæculum redeundi. Nec aliquis Ordo ipsas recipiat, vel receptas absque vestrarum literarum communi cautione retineat: nisi arctioris Regulæ existat. Prohibemus, ne quis exactiones, taillias, vel pedagia, quocunque vocabulo nominentur, vobis quomodòlibet imponat. Cæterùm indulgemus tibi Priori, vt cum fratribus tuis auctoritate Apostolica, super irregularitate contracta valeas dispensare. Te quoque Priore obeunte, vel cedente, nullus per potentiam vel subreptionem Ordini præponatur: sed qui de consensu omnium de Capitulo fuerit ritè & canonicè electus, hic pro Priore habeatur.* Quale priuilegiarium Diploma firmarunt deinceps Eugenius 4. Ann. 1433. & Innocentius 8. Postridie Idus Februarias An. 1487. Hoc etiam Cruciferis supererogato, *Vt Confessores idonei, quos duxerint eligendos, omnium suorum peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, semel tantùm in mortis articulo, plenam remissionē eis in synceritate Fidei, vnitate S. R. E. ac obedientia & deuotione nostra vel successorū nostrorū Roman. Pontif. permanentibus concedere valeant, indulgemus. Sic tamen, quòd ipsi Confessores, de his de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam dictis modernis per se vel alios faciendam iniungant, quam ipsi facere tenean-*

Supra Lib. 1. Tit. 1. Art. 7. Tit. 2. Art. 9. Et Tit. supra Lib. 1. Tit 1. Art, 9. Et Tit. 3. Art. 21.

Iohannis 22. Bulla pro Religiosis S. Crucis, die 29 Mart An, 22. Pontif.

Pontificiæ Literæ An. 431. Et die 14. Febr. 1487.

Eugenianæ Bullæ clausula.

Prioratus, ab Ordine S. Crucis pendentes, in Francia.

Anton. Chronicōn Part. 2. Tit. 15. Cap. 19.

Inhibemus etiam, ne aliquis Episcopus, vel alia persona, spiritualem vel aliam Iurisdictionem habens, vos ad Synodos & conuentus forenses, nec ad conuocationes suas accedere, vel cum eis intra, vel extra Ciuitates vel terras processionaliter exire, aut suis Constitutionibus subiacere, seu capitula, scrutinia, inquisitiones in locis vestris vel alibi de vobis facere &c. vos compellat &c. Quinto Kalendas Octobres An. 1. Pontificat. De huius verò auctore Diplomatis, Ordinísque sui, Cælestino Franciscus Petrarcha, In supremo, ait, rerum culmine, & intra augustissimum ac *Papalem* thalamum, angustam sibi Eremiticámque cauernulam meditatus, in alto humilis, inter turbas solitarius, inter diuitias pauper „ vixit. Inde Laziardus, Cælestinus, de eodem, Discant, infit, Mundi ama„ tores, huius vnius exemplo, subesse potius, quàm præesse, velle: Vt sic „ DOMINVM sequantur, qui se suis Apostolis tanquam ministrum exhi„ buit. Ita Cælestini imitator, qui eius Ordinis est, Magistratus honoresque, non secus ac fœtida stercora à se procul repellit. Quamobrem, ad „ hæc vsque tempora, multis Monachis ab Instituto collabentibus, im„ mobilis firmúsque permanet Ordo Cælestinorum. Hęc, Laziardus: ex „ quo tritum Epigramma sacrum:

> *Cælestinus eris, cælestia si mediteris,*
> *Insideántque animo Cælica quæque tuo.*

Ioan. Gerso, Theologus, duos fratres Cælestinos habuit. An. 1410.

Laziardus, Cælestinus.

Petr. Castellanus quondam Prouincialis, Ordinis Cælestinorum, doctissima edidit Commentaria in Constitutiones eius Ordinis.

Crespetius etiam nuper Cælestinus scripsit Summam Ecclesiasticæ disciplinæ, *où ils tiennent* ex d. Ordinis Constitutionibus, trimestre iure præfixum ad eligendum nouum Prælatum in Cathedralibus & regularibus Ecclesijs Cap. ne pro defectu. De elect. Can. postquam 50. Distinct. Can. obeuntibus 63. Distinct. breuiari quidem posse ob publicam Ecclesiarum vtilitatem sed prorogari nunquam posse.

Ac propterea Ioannes 22. P. Cælestinis gratiam copiámque fecit, Ecclesiasticos ordines, statis Canone temporibus, à quocunque maluerint, Diœcesano Præsule assumendi. Ijs pariter indulsit, vt Eucharisticum sacramentum, aliáque liberè ministrarent Oblatis seu Donatis Ordini, corpore ægris, modò extra Ciuitates & Castra, parochi iure saluo: nequicquam refragante Clementis 5. Sanctione. Pręterea sacras popularium Confessiones audire permisit Monastico isti Sodalitio, illósque eximere noxæ: instar parœciaci Rectoris ipsorum, abs quo priùs veniam petijssent alieni Sacerdotis adeundi. Bullata charta Kal. Quintilib. An. 1333. Cuiusmodi Priuilegium Vrbanus 5. P. renouauit. 4. Nonas Iulias An. 1365. Ne silentio interim premam Seruatores priuilegiorum Transalpinis Cęlestinis datos ab illo Ioanne 22. Yserniensem & Lesinensem Episcopos, vnà cum cœnobiarcha D. Ioannis, Veneti, Theatinæ diœceseos. Tabulis consignatis. 8. Kalend. Iunias An. 1322. Præterea Benedictus 12. P. Cisalpinos eius Ordinis cœnobitas exonerauit nummarijs Indictionibus quibúsque, tum præsentibus, tum futuris. Rescripto pridie kalend. Octobr. An. 1342. Cunctis autem effusius multò habetur Gregorij 10. in Cælestinos priuilegiarium Diploma. Vndecimo Kalend. Apriles An. 1274 in Synodo Lugdunensi: Cuius Diplomatis conceptio fermè talis est. *Gregorius &c. Imprimis statuimus, vt Ordo Monasticus, qui secundùm Deum, & B. Benedicti regulam in eodem Monasterio S. Spiritus de Magella institutus dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascúnque possessiones & bona idem Monasterium iustè & canonicè possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis permaneant. Sanè noualium vestrorum, quæ proprijs manibus vel sumptibus colitis, de quibus alius hactenus non percepit, siue de ipsorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos, liberos, & absolutos, è seculo fugientes, ad conuersionem recipere, ac nonobstante contradictione eos retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Monasterio vestro professionem, fas sit, sine Prioris sui licentia, nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communi literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis,*

Ioannis 22. Bulla, die 2. Iul An. 17. Pontificat. in gratiam Cælestinorum.

Clement. Dudum De Sepult.

Vrbani 5. Literę, die 4. Iulii An. 3. pontif.

Italicis Cælestinis Conseruatores priuilegiorum dati, die 25. Maii An. 6. pontific. Ioan 22. Cismontanorum autē Cęlestin. Conseruatores, vide suprà Artic. 8.

Benedicti 12. priuilegium, die vlt. Sept. 1342. aliúdque, de Altari portatili in vsum Cælestinorum, & Diuina canēdi libertate horis antelucanis, ac locis etiā interdictis.

Bulla Gregorii 10. die 22 Mait. An. 4. pontif Cuius primā periodū legito suprà Lib. 1. Tit 2. Art. 20.

Speciali Charta Gregorii 11 P. die 22. Septemb. An. 1372. donatæ sunt Priori & Conuentui Monasterii de Barretis .i. Cælestinorum Parisiensium, Oblationes quęcunque fierent in

excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce, Diuina officia celebrare: dum modò causam non dederitis Interdicto. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à diœcesano suscipiatis Episcopo. Prohibemus insuper, ne in fines Parochiæ vestræ, si eam habetis, vllus, sine assensu Diœcesani Episcopi & vestro, Capellam seu Oratorium de nouo construere audeat, saluis priuilegijs P. P. Romanorum. Ad hæc, nouas & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque Ecclesiasticis, secularibusuè personis, à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni, qui se illîc sepeliri deliberarint, nisi excommunicati vel interdicti sint, aut publicè vsurarij, nullus obsistat: salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas prætcrea, & possessiones, ad ius vestrarum Ecclesiarum spectantes, quæ à laicis detinentur, ad redimendum, & legitimè liberéque de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandum, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum maior pars consilij sanioris, si ad eos duntaxat Prioris electio spectat, secundùm Clerum & S. Benedicti regulam, prouiderint eligendum.

ipsorũ Ecclesia, non obstante lite, inter hos & parochum sancti Pauli Lutetiæ, de eo mota, in Romana Curia.

De canónica portione funeralium. & relictorum ecclesiæ, in qua quis sepelitur Parochiali ecclesiæ debita, Leo 3. P cap. 1. 2. De sepult.

14. GREGORIANA autem hæc in Cælestinos gratia & Indulgentia, quę nouas insolitásque nummorum exactiones prohibet, neutiquam abrogat veteres sacri vectigalis Indictiones necessarias, quæ Episcopis, publicam in causam Ecclesię, permittebantur. Quali de Indictione temporaria, Nos Lib. 2. Sacræ Polit. Hildebertus sanè Turonum Pontifex refert, Carnutensem Antistitem, suæ ad Oecumenicam Synodum profectionis viaticum sumpsisse ab Heroina quadam & Comite fœmina: Quam Hildebertus etiam ipse oratum maluit, vt eòdem iturum se pari munusculo prosequeretur, quàm populares suos idcirco graui æris collatione oneratum. Lib. Epistol. 26. qui Bibliothecæ S. S. PATRVM interseritur. Cœnobitæ insuper, qui PETRI Cathedram purè superiorem colunt, vacui liberique creduntur nummarijs perinde Episcoporum Indictionibus, ac reliquis sacri eorum Imperij notis. Ex Viennensi Clementis 5. Synodo, in cap. frequens. § in exigendo De excess. Prælat. Ioh. Andr. & Archidiac. ad cap. 1. De præbend. in 6. Cardin. Zabarel. ad cap. cùm Apostolus. §. prohibemus De censib. Diuersa tamen sententia arrisit Innocentio, ad cap. 1. De stat. regular. Et Hostiensi, ad cap. conquerente De offic. ordin. Secus in exemptis Diœcesana potestate ijs, quibus suffragetur continua libertatis possessio, seu peculiare istius priuilegium immunitatis. Tales enim, imposito Ecclesię vectigali non tenentur, quod *Charitatiuum subsidium* vulgò vocant. Panormit. in Iuris Responso 27. Volum. 2. cap. accedentibus De priuileg. cap. cùm instantia vestra De censib. Quam in partem flectitur Burdigalensis Decisio 135. Boëtij, Præsidis in Aquitanica Curia summa. Sic Iohannes 22. P. Cistercienses omnium æris collectarum præstatione liberauit, nummariáque Tributione, quam Apostolici dehinc Præsules, eorumuè Legati Clero iniungerent: ni supremi ipsi Pontifices Cisterciensem Familiam nominatim ei pecuniarum collationi obstrinxissent. Bullatis codicillis Idibus Sextilibus An. 1330. Imo nec, sacrę Visitationis specie, merces ab illis exigi stipendiaria potest, quam vernaculè *Procurationem* appellant, dari solitam lustranti Diœcesin Episcopo, vel Archidiacono Templi Episcopalis. Diplomate Alexandri 3. P. Quindecimo Kalend. Maias An. 1160. ac Honorij 3. Quarto Nonas Decembr. An. 1219. Qui verò Ecclesijs Præfecti, eas sigillatim inuisunt pro officio, vetantur, grandi familiarium comitatu sumptúque ipsas onerare. Pontificio Innocentij 8. Rescripto Nonis Augusti An. 1489. Secundùm egregia Yuonis Carnutensis de eo Dictata, hac Epistolari periodo, *Non pertinet ad Archidiaconum, præter portionem suam, aliquid de redditibus Parochiarum, quas inquirat cum iussione Episcopi, retinere sibi, vel vltra terminos à Patribus positos, aliquid vsurpare.* Omnibus porro Sacerdotijs indiscriminatim, quæ possessorem amisissent,

De Charitatiuo Prælatorum Subsidio in Clerum suum.

Lib 2. Tit. 7. Art. 1. 2. 3. 4.

Monasteria, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentia, eique immediatè subiecta.

Londinensi Angliæ Cõcilio sacro habito ab Otthone Legato Pontificio, An. 1257. cautum est interalia, de officio visitationis Archidiaconorum per ecclesias, & de moderatis expẽsis seu salario ab his parcè, modestéque exigendo pro tali Visitationis munere. Vt scribit Matth. Paris in Anglic. Histor.

Romána Bulla, die 15. Augusti An. 14. pontificat.

Alexandrinę Literæ pro Cisterciensibus, die 17. Apr. An. 1160. et Honorii 3. die 2. Decem. An. 4 pontif.

Innocẽtiana Bulla, die 5. August 1489. quòd Cistercienses annuatim deputent Visitatores & Reformatores, qui secum non ducãt comitatũ, per quem Ordo in expensis grauetur.

Yuonis epistola 73.

impositum fuit quondam Vectigal annarium, seu caducarij Anni redituum Sacerdotalium: quod in sacram Militiam, aduersus Ethnicos Asiæ & Africæ populos insumeretur. Hostiensis enim Pontificiarum Legum Scholiastes, qui floruit An. 1260. testatur, publicæ huiusmodi Ecclesiasticorum fructuum pensitationi sæpe reclamatum: Et Francisc. Zabarella perhibet, Viennensi in Concilio statutum fuisse, vt sublatis *Annatis*, Vicesima Sacerdotalium prouentuum quotannis Romano Pontif. appenderetur. Vtcunque sit, Bonifacius. 9. P. (ex Ioannis. 22. vestigijs, de quo Platina) indixit quibusque *Annalia* Beneficiis Ecclesiæ, Apostolico Fisco persoluenda: Queîs, seu neruis Belli, Christiana acies, profligato communi Hoste, orthodoxam Fidem toto Oriente propagaret. At Polydorus tradit hoc oneris Sacerdotalis detrectasse Anglos, & in Pontificalibus modò, aliisque maioribus Sacerdotijs admisisse. Lib. 8. De Inuentor. rer. Cap. 2. In Gallia equidem, Benedictus 11. indulsit Philippo 4. Regi, vt sacris Beneficijs, quo anno possessore vacarent, frueretur solido iure. Oldradi I.C. relatu, in Respon. 310. Qui antea pariter Oldradus asseruit (Responso 61.) Francorum Regi concessum à Romana Sede, vti incerta Legata indistinctéque relicta, vsui sanctæ expeditionis Asiaticę impenderet. Sic regio in Tabulario conditas euolui solennes literas Vuilhelmi à *S.* Pastore, Præfecti monastico Conuentui *de Arnespo*, Cluniacen. Ordinis: Quibus Litteris eidem Principi erogarit quadriennem Sacerdotalium fructuum Decumam, An. 1295. Ibidem quoque visuntur donationis Chartulæ duarum Decimarum, ex annuo Episcopali reditu, in Regem ipsum collatæ à Raymundo Albiæ Cadurcorum Episcopo, An. 1304. His denique cohærent suprascripta Cælestini 5. Diplomate luculento, de collecta Decimarum ex Ecclesiasticis Italiæ beneficijs, in gratiam Equestris militiæ Procerum & magnatum virorum.

Hostiens. ad Cap Inter cętera De offic. ordin.

De Annatis Beneficialibus, Nos Lib. 1 Ecclesiast. Polit. Tit. vlt Art. 18 19 & Lib. 3. Tit. 3. Art. 4. 5. 6. 7.

Ex Thesauro Chartarum regiarũ, eiúsque authentico Inuentario, facto mandatis Ludouici 11. Regis Luce. 12. Septemb. An. 1481.

Cadurcensis Episcop. supra Artic. 13.

15. GRATIOSA rursùm Cęlestinis, Gregorij 10. P. Constitutio, quæ liberam, in eorum Fanis, sepulturam tribuit Christianorum, duo simul complectitur singularia Iura, tùm quòd funeraria alioquin functio sit Parœciaci iuris, sacrísque Parœciarum Cæmeterijs debeatur: tum quòd medio Templo corpora humari sinantur istîc, quæ primitùs extra DOMINICÆ septa Basilicæ condebantur. Leg. 2. Cod. De sacros. Eccles. Ac Moguntinæ Synodi Can. nullus mortuus intra Ecclesias sepeliatur, caus. 13. quæst. 2. Quinimò priscis Hebræis mos erat, populísque alijs, cadauera humo contegere extra Vrbium mœnia: Ne habitationi viuorum peculiaria loca, fœtore mortuorum pollueréntur. Nam, vel Lucæ Euangeliographi cap. 7. filius viduæ mulieris, extra portas Naim Oppidi, defunctus effertur. Similem Palæstinæ Ritum Athenienses coluêre, ex Tabulis 12. Ita Plato, Nomothesiæ suæ Dialogo 12. non solum Ciuitate excludit, verum fœcundo quoque agro, corpora mortuorum, quæ nil scilicet, præter vermes putredinémque, progenerent. Cuiusmodi Leges renouans Hadrianus Cæs. pœnam ijs condixit. 40. aureorum numûm, qui in Vrbe sepulchra extruerent. Leg 3. §. Diuus. ff. De sepulch. viol. Huic pulchrè consonat Imperatoria sanctio 6. eod. Tit. in Cod. Theod. Cum Iulij Pauli sententia, Receptarum Lib. 1. cadauer in Ciuitatem minimè inferendum: ne funestentur Sacra Ciuitatis. Sensim tamen hac se lege soluerunt Romani Augusti, Duces, Vestalésque virgines: quorum reliquiæ ac cineres Vrbem inuehi, condíque in Foro cœpêre. Vt D. Chrysostomi Sermone elicitur,

Bulla Gregorij 10. anteriùs descripta, Art. 13.

Mortuorum funeratio, est de iure parochiali, deficiente familiari sepulchro Maiorum, vel alterius electione sepulturæ. Cap. ex parte De sepult. Cap. Is qui eod. Tit. In. 6. & caus. 13. quæst. 2.

Hominem in Vrbe ne sepelito, neuè vrito.

Item Diocletiani & Maximiani Lege Mortuorũ reliquias, ne sanctum Municipiorũ ius polluatur, intra Ciuitatem cōdi iampridem vetitum est. Cod. de relig & sumpt fun.

Lib. 1. Tit. vlt. C. TH.

Theodulphi Aurelianen. Episcopi Epistola (inter Hincmari Epistolas) ad fratres & compresbyteros suos Aurelianens. Parochiæ, Artic. 9. Antiquus in his regionibus in Ecclesia sepeliendorum mortuorum vsus fuit, & plerúmque loca diuino cultui mancipata, & ad offerendas Deo hostias præparata cæmeteria siue polyandria facta sunt. Vnde volumus vt ab hac re deinceps abstineatur, & nemo in Ecclesia sepeliatur. Nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis quæ per vitę meritum talem viuendo suo corpori defuncto locum acquisiuit. Corpora vero, quæ antiquitus in Ecclesijs sepulta sunt, nequaquam proijciantur, sed tumuli qui apparent, profundius in terram mittantur, & pauimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, Ecclesiæ reuerentia conseruetur. Vbi verò tanta est multitudo cadauerum, vt hoc

faecere difficile sit, locus ille, pro cæmeterio habeatur, ablato inde altari, & in eo loco constructo, vbi religiosè & puré Deo sacrificium offerri valeat.

De Fide & Lege, Tomo 3. Ac Turcomanni etiamdùm Scythæ, nullum intra Vrbes sepulturæ mandant, præter Scythicos Principes è Thracia, suos. Teste Bartholomæo *de Georgieuitz*, Turcicarum rerum scriptore oculato. Tametsi ex anterioribus Byzantiorum Augustis, Leo Philosophus statuerit, cuique tam intra Ciuitates, quàm extra, sepelire defunctos licere. Græca Nouella 53. In Templis autem humari, primùm fuit vsquequaque interdictum. Cæsarea Gratiani, Valentin. & Theod. Lege Nemo De sacros. Eccles. Mileuitanus pariter Africanæ Ecclesiæ Pontifex negat Optatus, sepulturam IN DOMO DEI esse concessam. Lib. 3. De schismate Donatistarum. Præterea B. Gregorius, Regesti Lib. 1. ita demùm siuit, Ioannem Surrentinum Episcopum sacrare Ecclesiam in Cœnobio protomartyris Stephani, Insulæ Cabis, in qua reponerentur Agathæ martyris reliquiæ, si modò nullum ibidem tumulatum appareret. Secus ergo Ædem sacram humari, tentatum: illúdque initio potentiores, deinde etiam plebeij obtinuêre. Sic Constantinus Cęs. in porticu Templi Apostolorum, Constantinopoli, sepultus est: ac Honorius, in porticu Fani Petri, Romę. Quod obiter perstringens Chrysostomus Tomo 4. in Demonstrat. aduersus Gen-

Turonens. Synodi prouincialis habitæ An. 1583. Tit. de Sepulturis, Laïcis omnibus etiam nobilibus minimè liceat, sepulturas in Ecclesijs, iure proprio sibi vendicare. Neque sepulturam in illis assumere & eligere, iuxta vel prope maius altare aut sacrarium, quacunque prætensa in contrarium consuetudine aut possessione nonobstante. Nisi forte sint Episcopi, aut Ecclesiarum Rectores, earumuè fundatores.

tes, in Constantinopoli, ait, Reges nostri gratiam ingentem putant, non si prope Apostolos, at si vel extra eorum vestibula, corpora sua humo mandentur, fiántque Reges, Ostiarij, & ianitores Piscatorum. E quibus, vnum nominat Constantinum Magn. Homilia 66. ad Populum Antiochenum. Valensi rursus Concilio vetitum est, pro Maiorum Institutis, mortuos vllos Delubris Diuûm inhumari: sed in atrio, in porticu, aut in exhædris Ecclesiæ, nec in Ecclesia vtique ipsa, vel ad sacram eius Aram, vbi corpus & sanguis DOMINI conficiatur. Qualis Synodica Lex, iteratò sancitur, cap. 6. Nannetensis Concilij, Dagoberto Galliarum Rege. Bracharensi itidem Christiano Conuentui placuit, (Can. 36.) defunctorum corpora nullo pacto intra Basilicam, sed circa Basilicæ murum foris sepeliri. Eapropter B. Amatus Romarici *Abba*, se ratus honore indignum sepulturæ intra Ecclesiam, iussit sibi effodi sepulchrum in ipso Basilicæ aditu, Matri DEI sacræ. Id quod in illius vita Laurent. Surius commemorat. Proinde neglectam hanc ab antecessoribus Regibus Ecclesiasticam reuerentiam conatus est reuocare Karolus Magnus, edita Lege Francica, An. 790. Ne vllus deinceps in sacra Ecclesia mortuum tumularet. Lib. 1. cap. 159. Cuius vestigia Legis consectatus est D. Reinbertus, Bremensis Archiepiscopus, qui, Ludouico Pio Cæs. inclaruit, moriénsque Templo vetuit inhumari, iuxta hæc, Benedictus 3. P. qui obijt An. 858. & Nicolaus 1. in eam Hierarchiam successor, qui decessit An. 867. ad valuas Ædis Petri humo tecti sunt, vti mandarant. Ast paulò pòst, Triburiense Concilium, quod An. 895. celebratum est, prærogatiuam hanc Sacerdotibus adsignauit, ob Altaris ministerium, vt sacra in Ecclesia sepelirentur. Verùm succedente tempore, reseratis Ecclesiarum valuis, adsciti sunt in media Templa non solùm Episcopi, Sacerdotes, Reges, patroniuè sacrarum Ædium: sed alij quoque, nummis potiùs quàm meritis virtutum graues. Ob id, Meldensis Congressus Gallici Cleri, quùm non posset omnino morem tollere humandorum in Ecclesia defunctorum qui varijs iam Regionibus inoleuerat, condonauit istud sacerdoti duntaxat ei, profaniuè ordinis viro, qui integræ vitæ suffragio, talem mortuo suo corpori Vrnam dignè quæsijsset. Cui Synodo aptè congruit Moguntina 1. coacta. An. 813. In Can. 51. qui à

Othomanici Reges.

Hic patria Hungarus, viator per Turcicas regiones, captus a Turcis, & redéptus, Libellum edidit De Moribus Turcarum.

Optatus, Afer.

Gregorii Mag Epistola 52.

S. Agatha

D. Chrysost. Tomo 4 in Demonstratione aduersus Gêtes, quod Christus sit Deus, Regésque, ostiarii & ianitores piscatorum.

Valense Concil sub Leone 1 P. circiter Annum 4.2.

Nannetē. Synodus Tomo 3. Concil.

Bracharense Concil. sub Honorii 1. Pontificatum, & ante Annum 635. Tomo 2. Concil.

L. Surii Volum 5. De Sanctis, cap. 15. die 13. Septemb.

Vulgrinus quoque Angolismorum Comes, & Petrocoriorū, sepultus fuit iuxta Basilicam S. Eparchii & Ademarus Pictonum Comes, iuxta Basilicam S. Hylarii. Ex Fragmento Aquitan. Hist. excusso publicè An. 1588.

Triburien. Synodi Can. 17. Volum. 3. Concil.

Meldense Concil. Tomo eod. 3.

Moguntinii 1 Concil. (Tomo 3.) Quòd nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, Abbates aut digni presbyteri, aut fideles laici.

Gratiano collectus, habetur, cauf. 13. quæst. 2. Tum à Burchardo, Decretorum Lib. 3. cap. 151. Et ab Yuone Carnutensi, Pannomiæ Parte 3. cap. 213. Christianæ insuper Pietatis voto, sepulturam in Phanis deligunt probi viri plærúnque: vt fato functi, quasi præsentes oculísque subiecti viuorum, communibus Ecclesiæ precibus indies adiuuentur. Quantoperè enim viuorum beneficia mortuis prosint, addocens Petrus Blesensis, post tot vetustiorum dogmata Theologorum, affert etiam venerandi patroni mei exemplum, D. Renati Andegauensis. Epistol. Lib. 1. in hanc sententiam. *Maurilius, Andegauen. Episcopus, longè post Apostolorum tempora, puerum, quem propter hoc etiam postea Renatum vocauit, septem annos integros iam in Monumento habentem, excellentissimo miraculo suscitauit.* Eam admiratu dignam Historiam refricat B. Antoninus, Chronicon Parte 2. Tit. 10. cap. 13.

Lib. 1. cap. in Hæreticos.

D. Maurilius, & S. Renatus, Andium Episcopi seriatim. Hûc enim illi in Cathedram successisse tradit B. Antoninus in Chronic. & Demochares in Lib. De diuino Missæ sacrificio.

16. IN EXPLANANDIS Cælestinorum priuilegijs Apostolicis, minimè supprimendum venit Bonifacij 8. Rescriptum Idibus Maijs AN. 1297. Cuius potissimæ hæ sunt particulæ. *Sanè de ijs, quæ in ornamentis Ecclesiæ, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario septimo, vicesimo, tricesimo, siue alijs ad perpetuum cultum diuinum, seu pro pitancijs, indumentis, vel calciamentis vestris, vobis legantur pietatis intuitu, dummodò id fraude non fiat, nulli teneamini iustitiam, seu canonicam portionem exhibere. Concedimus etiam tibi, fili Abba S. Spiritus, tuísque successoribus, qui pro tempore fuerint, vt Fratribus vestri Ordinis in ipso Monasterio sancti Spiritus, & alijs Monasterijs, Prioratibus, & Membris, ac locis subiectis eidem Monasterio sancti Spiritus constitutis, absolutione & dispensatione indigentibus, priusquàm intrarint Ordinem, siue post in casibus excesserint, pro quibus excommunicati, suspensi, interdictiuè sint, de consilio Fratrum vestrorum qui literati sint & Deum timentes, absolutionis beneficium valeatis impertiri: Nisi adeo grauis & enormis foret excessus, quòd essent propter hoc ad eandem Sedem meritò destinandi: Prouiso quòd læsis satisfaciant competenter. Inhibemus etiam, ne aliquis Episcopus, vel alia persona, spiritualem vel aliam Iurisdictionem habens, vos ad synodos vel conuentus forenses suos accedere, vel cum eis intus vel extra Ciuitates vel terras processionaliter exire, aut suis Constitutionibus subiacere cogat, aut capitula, inquisitiones in locis vestris, vel alibi de vobis, aut fidelitatem iuratam, aut manualem obedientiam à vobis, aut Prioribus, Supprioribusuè vestris exigere audeat &c.* Voluitur insuper Codex autographus Constitutionum eius Ordinis, Franciciæ Prouinciæ, tribus Libris digestus: Quo, singula *Regularis* disciplinæ, quam Cælestini ad amussim seruant, præcepta traduntur. Vnde probabilius fit, seculi Clericos, Regia nominatione, huius Magisteria Sodalitij hactenus aggredi non ausos, nec Comitialem Magistri cuiúsque delectum Monasticum, in luce Fori oppugnare. Alij verò, Benedictinæ normæ, Conuentus perplures eò redacti sunt, vt arctiorem ipsi quidem, Benedicti regulam complectantur, sed horum Præfecti, seu *Abbæ*, Cœnobitico Instituto nolint alligari: Inuersa Monstri figura Horatiani, cuius

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere qui voluit.

Bonifaciana Bulla, die 15. Maii An. 1297.

Abbas S. Spiritus de Sulmona, Valuensis diœcesis, in Italia, Caput Ordinis Cælestinorum.

Tridentini Concil. Sessione 25. cap. 13. Exempti omnes, tam clerici seculares, quàm regulares quicunque etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur: iis tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, vt Carthusiani, Camaldulenses, &c. Ita De. cision. 484 Capellæ Tholos. Archiepiscopus potest cogere Religiosos ciuitatis exemptos, venire ad processionem, quando ex magna causa fit processio, vt in nouo introitu Principis, Legati, Episcopi, vel eminente peste, alióue flagello.

Prioratus Conuentuum singulorum aut Prouinciæ Cælestinorum.

Nam, verbigratia, Vilhelmus Brissonetus, Meldensis Antistes, qui præfuit Monasticæ Ædi Germani, Parisijs suburbanæ, pollicitus erat obsignatis Tabulis An. 1513. facturum se, curaturum, vt posteri Cœnobiarchæ, Religiosa in toga, sese addicerent sanctiori Legi Casæ-Benedicti: cui iam, priuati eius Ædis alumni confertim se ex professo deuinxerant. Ast nullus exinde Cœnobij Rector cultum habitúmque sumpsit *Regularem*, nec Monasticæ suis vitæ typum domestico exemplo præbuit. Solennis enim illa pollicitatio, cui nec Regia, nec Senatoria Lutetiæ accesserat auctoritas, in irritum recidit prorsus, & fiduciarijs Clericis seculi, nuncupante Principe, commendata est vsquequaque Cella monastica D. Germani. Formula certè eius Pacti conuenti promitur istiusmodi. *Obtinebit Abbas à Sanctiss. Domino Literas apostolicas, accedente ad id consensu Regis, quòd cedente, vel decedente d. Reuerendo, Monasterium prædictum nullo modo possit commendari, sed de eo prouideatur, & ad regimen ipsius assumatur aliquis de d. Congregatione Casalis*

Concordatum Guilelmi Brissoneti, Meldensis Episcopi, & Abbatis s. Germani, cum Conuentu suo, & Congregatione Casalina, seu Casali-Benedicti, cui Monasterium hoc erat vnitum: Quòd Concordatum, Leo 10. & Clemens 7. P. P. omologarunt.

Benedicti, sitque exnunc, prout extunc, d. Monasterium affectum d. Congregationi: Adeo, quòd non possit quispiam præfici aut assumi ad Dignitatem Abbatialem, nisi sit de d. Congregatione &c. Habebunt Vicarius, & ab eo substitutus potestatem conferendi Regularia Beneficia, & Officia claustralia, Capellaniásque, in d. Monasterio S. Germani existentes &c. In hac vtique Casa B. Germani, splendet cucullatus senex Iacob. Dubreilius, omnigena doctrina, simul & morum probitate suspiciendus. Qui publicis sui Ordinis Magistratibus ritè perfunctus, iamdudum sibi canit & Musis, summo cum lucubrationum fructu Scriptorúmque, Ecclesiasticis de rebus, in Religiosam omnem posteritatem. Superi, precor, tantum virum nobis Reiq. Publ. sacræ perdiu saluum incolumémque tueantur.

Frat. Iac. Dubreil, eruditissimus Cœnobitarum nostri seculi.

Bulle d'Alexandre 3. de l'an 1164. 10. Kal. Februar. *de priuilege special* Abbati & fratribus S. Germani de Pratis, Sepulturam locorum vestrorum, in quibus quatuor aut tres vestrum assiduè commorantur, liberam esse decernimus: Vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salua tamen, iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, &c.

Autre Bulle d'Alexandre 4. de l'an 1260. *que* familiares vel seruientes domestici *de ladicte Abbaye de S. Germain*, qui Religiosis participant, non possunt pro hoc à suis Ordinarijs excommunicari vel interdici.

Bulla Pij 2. Vt omnia Sacramenta, etiam in die Paschæ conferri possint per monachos Benedictinos peregrinis, famulis, & hospitibus quos in Monasterijs ipsorum contigerit infirmari.

17 TRANSGREDIAMVR nunc à Benedictina Monachorum Regula, ad Augustinianam. Huic subsunt Almæ Triados Cœnobitæ, seu captiuorum à Barbaris Christianorum redemptores. Quos Innocentius. 3. P. varijs Muneribus cohonestauit. Diplomate. 3. Nonas Februar. An. 1198. infrà relato. *Innocentius &c. Dilectis in Christo filijs, Ministro S. Trinitatis Ceruifrigidi, eiúsque Fratribus &c. Præfatam domum S. Trinitatis Ceruifrigidi, in qua, Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis Scripti priuilegio communimus, Statuentes, vt quascúnque possessiones, quæcúnque bona eadem Domus impræsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs iustis modis, præstante* DOMINO, *poterit adipisci, firma vobis vestrísque successoribus permaneant. &c. Sanè Noualium vestrorum, quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, hortorum, vel pomorum fructibus, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, vel laicos liberos & absolutos, à seculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Domo vestra professionem, fas sit absque Ministri sui licentia; nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Chrisma verò, oleum sanctum consecrationis Altarium seu Basilicarum vestrarum, ordinationes Clericorum vestrorum, qui ad sacros Ordines fuerint promouendi, & cætera Ecclesiastica sacramenta, per diœcesanum Episcopum, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerit, vobis gratis ac sine prauitate aliqua volumus exhiberi. Cùm autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis suppressa voce, Diuina Officia celebrare. Obeunte verò te nunc eiusdem loci Ministro, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptione, astutia seu violentia, præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilij sanioris, secundùm Dei timorem canonicè prouiderint eligendum &c.* Ac Pontificia quidem *Mathurinorum* Priuilegia nouauit Innocentius. 4. eximio Rescripto pridie Kalend. Martias An. 1247. Cui præterea sigillatim accensuit nomina titulósque Sacerdotiorum, quæ Ordini ipsi sacræ Trinitatis subiaceant. Sed hic quoque Innocentius paulò antea, in stabiliendis vetustiorum Pontificum beneficijs, clausulas hasce intexuerat Codicillis suis. Quinto Kalend. Decemb. An. 1246. *Nouas & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, alijsque omnibus Ecclesiasticis, secularibusue personis, in vos omnino fieri prohibemus &c. Decimas item, & possessiones ad ius Ecclesiarum vestra-*

Mathurinorum Ordo, seu S. Trinitatis, & de Redemptione captiuorum. Quem Ordinem celebrat Chasseneus, in Catalogo Glor. Mun. Parte. 4 Considerat. 63. Præter alios Auctores supracitatos. Lib. 1 Tit. 1. Art. 12. Bullatæ literæ die. 3. Febr. An. 1. Pontific.

Le Prioré de S. Marie des Cocheres, dependant du Prioré de S. Barbe en Auge, en Normandie, fut fondé par Guillaume Comte de Penthieu, & est de l'Ordre S. Augustin, & est reputé manuel, reuocable, & non en tiltre de benefice perpetuel. Dont y a eu procés au grand Conseil, en Aoust 1583.

De Chrismate, & oleo sancto, à quonàm petenda sint, diximus paulò anteriùs Art. 4.

Romana Bulla, die vlt. Febr. An. 1247.

Innocentii 4. Literæ die 27. Nouemb. An. 1246.

rum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas &c. Prohibemus, vt infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinas seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Quod autem Literis istis agitur de repetundo ex profana manu Decumano fundorum iure, vt pristino Ecclesiæ dominio restituatur, id quadrat aliquatenus Ciuili temporum illorum disciplinæ. Nam prisca ea tempestate, sanctum Lege fuit B. Ludouici An. 1269. tum Francico S. Consulto Diualium An. 1272. Decumas à profanis viris clientelæ formula possessas, quæ ad sacram Ecclesiam quoquo modo rediissent, antiquo spiritali iure suo & Ecclesiastico teneri. Vt hac *Parlamentari* Sententia, quasi penicillo exprimitur. *Cum inclytæ recordationis Ludouicus rex Franciæ per priuilegium speciale concessisset Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, quod absque contradictione sui vel hæredum suorum possent acquirere decimas, quas laici tenebant, & Episcopus Baiocensis emisset decimas, quæ antea tenebantur in feodo laicali, quas propinqui venditoris per bursam retrahere nitebantur. Dictum fuit, quòd ex quo Rex reliquerat quod ibi habebat, non in Curia domini Regis, sed in foro Ecclesiæ, dictam retractionis causam prosequentur, si velint.* Lutetiano item Senatui placuit nuper, clientelares profanorum hominum decimas, quæ ad Episcopale Collegium Ambianorum, tractu temporis peruenissent, æquè obligari congruæ Curionis portioni, in Pontificio Foro adiudicandæ, ac spirituales & ecclesiasticas decimas: Quùm profanæ alioquin illæ, nec tali parochorum portioni, nec sacro quidem Magistratui subiiciantur. Aresto. 7. Iduum Septemb. An. 1582. Quæ omnia planè congruunt Apostolico Gregorij. 9. & Innocentij. 4. decreto percelebri, inter Ducem, & Clerum Armoricæ Britanniæ: Quod Ianus Dux seruaturum se, iuratò spopondit Romæ. 7. Idus Apriles An. 1266. Eius quippe Decreti Cap. 4. continetur, decimas, quæ à popularibus beneficiaria lege possideantur, Templis liberè cedi transcribique posse, nulla Principis. Magnatumuè auctoritate adhibita: sed eas tum subinde primæuam Ecclesiasticæ rei immunis conditionem resumere. Sicuti Argentræus memorat, Britannicæ Histor. lib. 4. Cap. 24. 25. De hoc genere profanarum Decimarum & patrimonialium, quæ ad sacram Ecclesiam reuersæ sint, Nos fusiùs Lib. 3. Fisci Gallici.

Decimæ laicales & infeudatæ, ab Ecclesia redemptæ, non censentur nouæ Acquisitiones Ecclesiasticæ bonorum secularium.

Vetus Arestum Parlamenti, omnium Sanctorum, de Decimis infeudatis. Ex Regestis Curiæ Parisien.

Iudicatum Curiæ: die. 8. Septemb. 1582. inter Capitulum Ecclesiæ d'*Amiens*, appellant à Locumtenente Gubernatoris Peronensis: & Iohannem Coel, curatum de *Neaulle*, intimatum.

Die. 7. April. An. 1266.

Tit. 23. Art. 8.

18 PRÆDIARIAS insuper *Mathurinorum* Sodalium possessiones sanxêre Vrbanus. 4. & Clemens. 4. vicissim Pontifices Max. liberásque plebeijs vectigalibus ac immunes decreuerunt. Ille quidem, Rescripto. 10. Kalend. Mart. An. 1260. Hic verò, 4. Idus Decemb. An. 1267. tali verborum schemate. *Dilectis filiis, vniuersis Ministris & Fratribus Ordinis S. Trinitatis & Captiuorum &c. Vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, vt de animalibus, blado, vino, sale ac aliis, quæ aliquotiens emere pro vestris vtilitatibus vos contingit, nulli pedagia, vingia rotatica, trauersa, roagia, minagia, & foragia, quæ pro iis à secularibus exiguntur, soluere teneamini, auctoritate vobis præsentium indulgemus &c.* Præclarè istud certè, quùm Lupi Ferrariensis *Abbæ* sententia, Monasticus Ordo diu stare nequeat, nisi iustarum Facultatum augmento fulciatur. Quemadmodùm ipsemet loquitur, Epistola. 42. ad Hincmarum, Remensem Præsulem, ac Epist. 45. ad Karolum Regem. Cæterum in Religiosa S. Triadis Familia, præluxit multis Robertus Gaguinus, Flander, qui à tenellis annis sacram Religionem professus est in Monastica Belgicæ prouinciæ domo Silua-nepe: Dein petita Lutetiæ Academia, Magistralem Pontificij Iuris lauream adeptus, legitur suffragiis Comitialibus Antistes Ordinis sui *Mathurinorum*, extincto Rudolpho, maiore Ministro, An. 1473. Idem à Carolo 8. Rege Legatus adiit Romanum Pontificem, quique Florentinum Senatum Orator, rediit exorator. Is rursùm in Britannia Insula Gallicam obiit legationem, vnà cum Vilhelmo *de Sains*, Syluanectensi Præside, publici Fœderis ergô sanciendi inter Gallum & Britannum Reges. Sextili Mens. An. 1489. Gaguino tandem humanis erepto, Faustus Andrelinus, quem ille ex Italia ad Karolum regem deduxerat, istud posuit actu-

Apostolicæ Bullæ, die 20. Feb. An. 1. Pontific. Et die. 10. Decemb. An. 3.

Karolus Caluus, Imperator Roman. & Rex Galliæ.

Domus isthæc B. Mariæ de Pietate in Siluanepe, Morinensis diœcesis, (in Picardia) quæ est de Ordine S. Trinitatis, instituta fuit sub Annum. 1391. Reginaldo de Marcha tunc maiore Ministro) Quam primus administrauit Fr. Guido. Deo deuotus Heremita

Rob. Gaguin. 20. Minister generalis electus à Capitulo generali, qui antea Præ-

tùm funebre Carmen Vndecimo Kalend. Iunias An. 1501

Illuſtris Gallo nituit qui ſplendor in Orbe,
Hîc ſua Robertus membra Gaguinus habet.
Si tanto non ſæua viro Libitina pepercit,
Quid ſperet docti cætera turba Chori?

Ioh. Tritthemius egregia quædam recenſet Gaguini monumenta. De conceptione B. Mariæ aduerſus Vincentium Caſtronouanum: De miſera hominis conditione. De Arte Metrica: Chronicon de maioribus Miniſtris Ordinis: Librum Epiſtolarum: & Francicos Annales, qui multorum manibus etiamdùm circumferuntur.

fectus fuerat Domibus de Verberia, Turonicæ, & Mathurinorum Pariſien. Deceſſit Luce. 22. Maii An. 1501 Sepulchrales Verſus. Hic Gaguinus, in Domo Mathurinorũ. Clauſtra, quæ nunc videtur columnis ſuſtentata marmoreis, à fundamentis erexit, Bibliothecam ſuperſtruxit, & variis Scriptorũ Operibus exornauit: Eius quoque nauim eccleſiæ abſoluit.

Bulles d'exemption de toute Iuriſdiction, ſuperiorité & excommunication d'Eueſques, Archeueſques &c. & d'immediate ſubiection au S. Siege Apoſtolic, de tous les Miniſtres, freres & ſœurs, de l'Ordre de la S. Trinité de la Redemption des captifs, auec leurs maiſons, Egliſes, Oratoires, Chappelles &c. tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, *& pour leurs gens, familiers & ſeruiteurs, donnez, & autres demeurans eſdictes maiſons. La premiere Bulle eſt du Pape Clement 5. à Auignon* 13. Kal. Octob. An. 4. Pontific. *Bulle d'Eugene confirmatiue de celle cy deſſus à Florence l'an* 1434. Nonis Nouemb. *Bulle pareille de Pius 2. l'an.* 1458. 16. Calend. Februar. *Item d'Innocent 8. Confirmation ſemblable, auec clauſe extenſiue* ad familiares & ſeruitores *deſdicts Conuents*, ad ſupplicationem Roberti Guaguini maioris ſeu generalis miniſtri d. Ordinis Decretorum doctoris & apud nos Oratoris Caroli Francorum Regis. *Sa Bulle dattee de l'an* 1485. 18. Kalend. Maij An. 1. Pontificatus.

Arreſt du Parlement de Paris du 22. Iuin l'an. 1602. ſur la Requeſte de frere François Petit General de l'Ordre de la S. Trinité &c. & veu les pieces iuſtificatiues du contenu en ladicte Requeſte, & veu les concluſions du Procureur General du Roy. Par lequel Arreſt ſurce qu'en faiſant le procez criminel à Anne de Rieux, ſeruante de frere Philippes Arnaut, Religieux dudict Ordre & Miniſtre de la Villeneufue aux aſnes dioceſe de Paris, la Cour auroit par Arreſt du 19. d'Auril audit an 1602. ordonné qu'à la Requeſte du Promoteur de l'Officialité de Meaux, le procés luy ſeroit faict & parfaict &c. La Cour, diſ-ie par ceſt autre Arreſt de Iuin a rendu & rend ledict Arnaut au General de l'Ordre de la S. Trinité, pour luy eſtre ſon procés faict & parfaict, & contre luy procedé ainſi qu'il appartiendroit.

61 PARISIENSIS Academiæ Comitia habentur ex more in Clauſtris præd. Cœnobij *Mathurinorum*, velut Academica Sede. Quam tamen precariò rogatam ſedem locúmque interpretatur vetus Academicorum profeſſio ingenua, ſcriptis mandata Iunio Menſ. An. 1291. Ita VALLISSCHOLARIUM Ordo, Auguſtinianæ regulæ, exorſus eſt ab eius alumnis Academiæ, cœleſti Sophia apprimè eruditis. Quorum ſectandis veſtigijs, illicò poſt deſtinatur Monaſticæ pubi ſacra Domus Catharinæ, apud Lutetiam, à Scholaſticis cognomen ſortita. Nimirùm vt cucullata totius Sodalitij iuuentus publicum hoc Muſæum peteret, ſanctioribus potiſſimè literis inbuenda. Sicuti anteriore Lib. ſubnotauimus, ac Pontificio Iohannis. 22. Diplomate comprehenſum eſt, apud Auenionem edito Kalendis Sextilib. An. 1319. in hunc modum. *Iohannes &c. Dilectis filijs Priori & Diffinitoribus Capituli generalis, Ordinis Valliſcholarium &c. Petitio veſtra nobis exhibita continebat, quòd vos olim attendentes, quod à noſtris prædeceſſoribus prouidè fuerit ordinatum, vt ſinguli Priores domorum veſtri Ordinis certas perſonas mitterent ad Domum eiuſdem Ordinis Pariſius exiſtentem, vbi viguit hactenus, & viget ad præſens ſtudium Theologicæ facultatis ipſorum Priorum expenſis & ſumptibus, in ſacra Pagina inſtruendas: vt eædem perſonæ iſtius Paginæ fulgoribus illuſtratæ, alios Chriſti Fideles valerent inſtruere, vt per ſemitas Mandatorum Domini rectè incederent, idemque Ordo Valliſcholarium perſonarum ipſarum, poſſet re & nomine meritò nuncupari, &c. Verùm quia huiuſmodi ordinatio hucuſque fuerat prætermiſſa, vos ad inſtantiam & requiſitionem vniuerſorum Priorum eiuſdem Ordinis nouiter ſtatuiſtis ac etiã ordinaſtis; quòd. 12. Fratres d. Ordinis dociles, & habentes animum ad ſtudendum, à Diffinitoribus Capituli generali. Ordinis prælibati, qui pro tempore fuerint eligantur, & mittantur Pariſius ad ſtudium Paginæ memoratæ, in Domo veſtra Pariſien. ad hoc ſpecialiter deputata, ad ſumptus communes totius Ordinis memorati: Quòdque Diffinitores Ordinis ſæpe fati ſingulis Domibus d. Ordinis prædictos ſumptus pro rata ſuorum prouentuum poſſint imponere, & exigere à Prioribus Fratribus ipſarum Domorum, eos ad id, ſi neceſſe fuerit, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, ſtatutum & ordinationem huiuſmodi, ſi eſt*

Charta Vniuerſitatis Pariſien Quòd Miniſter & Fratres domus S. Mathurini Pariſien. locum illi conceſſerũt in Curia Domus eorũ ex mera gratia, ad opus receptionis & venditionis pergameni &c.

Suprà Lib. 1. Tit. 1. Art. 13.

Bulla Apoſtol. die. 1. Auguſti. An. 3. Pontif.

De Monaſtica liberalium ſtudiorum & literarũ cura, Nos antea Lib 1. Tit. 2. Art. 8. Et hoc Tit. Art. 9.

Paulina Bulla, die. 29. Maii An. 1469.

Cœnobitica exemptio Valliſcholarium ab Ordinariis, & diœceſanis Epiſcopis.

ſcriptis: Et Petr. San-Iulianus, Libro Matiſconenſium Antiquit.

L'Abbé Ioachim en ſon Commentaire in Apocalipſin *parle de ceſt Ordre S.* Ruffi, *près Valence en Dauphiné, approuué par Paſchal 2. Pape l'an* 1100.

Il y a trois chefs d'Ordres Religieux en Dauphiné, ceſtuy-cy de S. Ruff, celuy de S. Anthoine de Viennois, & de la Chartreuze de Grenoble. Extraict de la Chambre des Comptes de Grenoble.

Catalogue de 112. *Priorez & Egliſes regulieres, dependans de l'Abbaye de S. Ruff, en Dauphiné, chef d'Ordre, entre autres depend l'Abbaye de Entremont en Sauoye*, Collegium S. Ruffi de *Montpeſlier*, Eccleſia S. Mariæ de Biſoduno, cum Eccleſiis ſuis ibi nominatis *en Portugal*, Eccleſia S. Ruffi extra muros ciuitatis Ilercienſis, Eccleſia S. Michaëlis de Ianua, extra muros ciuitatis Ianian, de Genes, Eccleſia S. Stephani in Campania, extra muros vrbis Papiæ &c. Eccleſia S. Mariæ Intermontium, Gebennenſis diœceſis, cum ſuis membris & dependentiis, Prioratus S. Petri *de Canaſaya & autres* Pictauenſis diœceſis *contre lequel Prieur de Canaſaya y a Bulle d'Innocent 3. donnée* Peruſij. Idus Mart. An. 10. Pontificatus, *ratificatiue du iugement donné par le Cardinal de S. Euſtache pour l'Abbé de S. Ruff, de Valence, contre le Prieur de Canaſaya, qui eſt condamné* obſeruare ſententias & mandata d. Abbatis, Canonicos *de Canaſaya* non profeſſos mittere ad profeſſionem in ſuo monaſterio faciendam, & venire ad generale Capitulum, quod annuatim in eodem monaſterio celebratur, recepturus & obſeruaturus eiuſdem Capituli Statuta: *& led. Prieur a eſté abſouz de la reintegrande requiſe par l'Abbé comme ſpolié de la collecte & ſubuention* de Capituli generalis conſenſu taxata, &c.

Supra Lib. 1. Tit. 1. Art. 7. Tit. 2. Art. 9. Et Tit. ſupra Lib. 1. Tit 1. Art, 9. Et Tit. 3. Art. 21.

21 CRVCIFERORVM Ordini, ab exaltata CHRISTI Cruce, dandus eſt proximè locus. Hunc, Auguſtini Regula duce, militantē apud Eburones primùm, & Gallos, depinximus antea ſparſim, Lib. 1. Alterius verò Sectæ, eodem almæ Crucis titulo, exortum in Italia, repetit Volateranus ab An. 1197. Anthropologiæ Lib. 21. Eóque antiquior B. Antoninus, Summar. Tom. 3. Tit. 16. §. 5. qui Cruciferos cœnobitas Auguſtinianis adnumerat. Noſtrati certè Sodalitio illi monaſtico Iohannes 22. Pontifex complura irrogauit Priuilegia Quarto kalend. Apriles An. 1318. in hanc phraſin. *Perſonas veſtras, ac Monaſteria, in quibus Diuino eſtis obſequio, mancipati, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcepimus ſpeciali, nolentes, vos à quibuslibet locorum Ordinariis conueniri, exceptis duntaxat Iudicibus à Sede Apoſtolica delegatis. Primùm vobis concedimus, prout noſtri prædeceſſores Innocentius 4. Bonifacius 8. & Clemens 5. vobis conceſſerunt, vt nouas plantationes ſeu Monaſteria de conſenſu Diœceſanorum recipiatis, & in ipſis ſecundùm Regulam B. Auguſtini, & Conſtitutiones Ordinis veſtri regulariter viuatis, Temporibus verò interdicti, clauſis ianuis, vobis Diuinum officium celebrare licebit. Sepulturam etiam Eccleſiaſticam in veſtris Cœmeteriis habere concedimus. Oblationes quoque Altarium veſtrorum, & ea quæ ſpecialiter cauſa mortis & ſepulturæ vobis proueniunt, veſtra erunt, ſine præiudicio tamen cuiuslibet iuris alieni. Sacros autem ordines à quolibet Archiepiſcopo gratiam Sedis Apoſtolicæ habente, & executionem ſui officij obtinente, vobis recipere licebit. Officium quoque Prædicationis, & audientiæ Confeſſionum tibi Priori generali committimus, & per te aliis ad hoc idoneis committendum duximus, ſaluo iure Parochiali ſacerdotum. Eleemoſynam Fidelium in ſingulis Eccleſiis & Parochiis vobis ſemel in anno mendicare concedimus. Ad quod vos, Diœceſani & Parochiales ſacerdotes omnino admittere teneantur &c. Liberas perſonas ad veſtrum Ordinem vobis recipere licebit, quæ poſt quàm profeſſæ fuerint, facultatem non habeant ad ſeculum redeundi. Nec aliquis Ordo ipſas recipiat, vel receptas abſque veſtrarum literarum communi cautione retineat: niſi arctioris Regulæ exiſtat. Prohibemus, ne quis exactiones, taillias, vel pedagia, quocunque vocabulo nominentur, vobis quomodòlibet imponat. Cæterùm indulgemus tibi Priori, vt cum fratribus tuis auctoritate Apoſtolica, ſuper irregularitate contracta valeas diſpenſare. Te quoque Priore obeunte, vel cedente, nullus per potentiam vel ſubreptionem Ordini præponatur: ſed qui de conſenſu omnium de Capitulo fuerit ritè & canonicè electus, hic pro Priore habeatur.* Quale priuilegiarium Diploma firmarunt deinceps Eugenius 4. Ann. 1433. & Innocentius 8. Poſtridie Idus Februarias An. 1487. Hoc etiam Cruciferis ſupererogato, *Vt Confeſſores idonei, quos duxerint eligendos, omnium ſuorum peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantùm in mortis articulo, plenam remiſſionē eis in ſynceritate Fidei, vnitate S. R. E. ac obedientia & deuotione noſtra vel ſucceſſorū noſtrorū Roman. Pontif. permanentibus concedere valeant, indulgemus. Sic tamen, quòd ipſi Confeſſores, de his de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam dictū modernis per ſe vel alios faciendam iniungant, quam ipſi facere tenean-*

Iohannis 22. Bulla pro Religioſis S. Crucis, die 29. Mart. An. 21. Pontif.

Pontificiæ Literæ An. 1431. Et die 14. Febr. 1487.

Eugenianæ Bullæ clauſula.

Prioratus, ab Ordine S. Crucis pendentes, in Francia.

Anton. Chronicōn Part. 2. Tit. 15. Cap. 19.

De eodem Præmõstraten. Ordine Chasseneus in Catal. glor. Mun parte 4. Considerat. 66. Iuxta Volaterrani Antropologiam. Lib. 21.

Sac Polit. Lib. 2 Tit. 3. art 7. Tit. 7. art. 17. Ac Tit. 8. art. 5. De Præmonstrat. priuilegiis.

De Grandimontan. Ord. Nos Lib. 1. Sac. Polit. Tit. 2 Art. 15. Et Lib 2 Tit 6. Art. 12. Post Vollaterranum, vbi supra, aliósque vetustiores.

Prioratus conuentuales à Grãdimontis Abbatia, capite Ordinis pendentes nempe, *de Espoisse, diocese de Chalons: De la Faye, en Niuernois: de S. Maurice,* aliàs *Vieux pont, vers Sens: de Dymon* aliàs *Lenfourchure, Sens: de Chasteauneuf, en Berry: De la Haye, & la Primaudiere, en Anjou: Monguidon, Bersay, & Grandmont, au Mayne: Villiers, prés Monthresor: Boisrahier, pres le Bourg S. Auertin sur Cher: Pomeriergre prés Chinon: Puycheurier, en Poicton: Chesnegallõ, vers Sées: Beaumont, a Eureux, Grandmõt, prés Roüe: Louye, prés Dourdan: Boulogne, prés Chambort, vers Blois: Razay, prés Meaux: Chauanen, diocese de Clermont: Les Bons hommes, du Bois de Vincennes: du Maynel, dans la Forest d'Escouan: Montherbedou, diocese de Maguelone: Françou, de Cahors: Pinel, de Tholose de S. Martial de Tudelle, en Nauarre: de Erford. diocese d'Yorck, & Auberbister en Angleterre.*

tur, &c. qui autẽ ordinis principi Conuentui subijciuntur monastici Primatus, omnes fermè sunt isti, Præfectus seu *Prior* Viridarij, Lutetianus, Cadomẽsis, Buzancien. Varenensis, Tholos. de Lanis ad Nemus, Prior Caluacens.

2 PRÆMONSTRATENSES iam adeamus, Augustianæ pariter Normæ cœnobitas. Nota quidem est eorum institutio, Ann. 1120. Quam, Ordinis conditore Norberto, probauit Innocentius 2. P. sigillatímque descripsit B. Antoninus, post Historicum Vincentij Speculum, lib. 27. cap. 28. Pontificia verò in hanc Familiam beneficia adnotauimus, Ecclesiast. Politiæ. Lib. 2. Quò minùs, excutiendis in præsens Sectæ eiusce priuilegiis immorari, necesse sit. Nec longiùs itidem, Grandimontano in Ordine tractando, elaborabimus. Quippe quem Benedictinæ potiùs, quàm Augustini Regulæ addictum, dilucidè explanarim, Sacræ Polit. Lib. 1. & 2. Pluscula de eo, pete ex Vincentiano Historiæ Speculo (Lib. 26. Cap. 46.) Vilhelmo Nangisio, ac D. Antonini Chronico, Parte 2. Tit. 15. Cap. 21. Vnum his subdam quod Iohannes 22. P. Grandimontanis beneuolo gratiosóque Rescripto constituit, *Fratres eiusdem Ordinis professos, quos dociles, nouerint Abbates, ad studia mittere teneri: Item Fratres d. Ordinis, in Conuentibus, in quibus recepti fuerint, perpetuò morari debere nisi propter delicta & excessus translatio fieret. Abbatem maiora propter delicta deponi posse. Omnes Priores quolibet anno Grandimontem venire ad Capitulum generale oportere, &c.* An. 1317 Ordinis autem primario Cœnobio respõdent minores hæ Conuentuum Præfecturæ monasticæ, Espoissea, Catalaunij agri Veromanduorum: Faya Nouiodunensis ad Ligerim: Mauriciana, & Dymonia, apud Senonas: Castronouana, Biturigum: Haya, & Primauderia, Andegauorum: Monguidona, Berseya, & Grandimontensis, Cenomanorum: Villeria, Bosrahiera, & Pomeregra, Turonum: Puteocapraria, apud Pictonas: Chesnogalona, Sagiensis diœceseos: Bellomontana, Eburouicum: Grandimontana, ad Rothomagum: Loya, ad Dordanum, Belsiæ oppidulum: Bolonea, Blesensis oræ: Razaya, Meldensis: Chauanonia, Claromontanæ Aruernorum: Conuentus Bonorum-Hominum, in nemore Vicenarum Parisien. Maynela domus Monastica, in saltibus Escouanis: Montherbedoa, in Magalonen. Episcopatu: Francoüa, in Carducensi: Pinella, apud Tholosates: Fanum Martialis, apud Tudellam, Cantabrorum: Erfordiensis, apud Eboracum Britanniæ Insulæ: cum Auberbistera, alia Grandimontis Præfectura, Anglica. Nam & Angliæ Rex Henricus, Andium Comes, patronus conditorque habetur Grandimontani Turonum cœnobioli Bosrahieri, de quo suprà.

Oldradi Consilia, pro Fratribus S. Antoni Viennen eorumque Priuilegio Apostolico audiendi confessiones quorumcunque Curalium, & mortuos recipiendi ad sepulturam.

Sac. Polit. Lib. 1. Tit. 2. art. 5. 6. 7 8. Et Lib. 2. Tit. 5 Art. 10.

Primæua Hospitalis Cœnobijque Antoniani fundatio constitit Eleemosinis fidelium, & Quæstis diurnis fieri solitis per Religiosos Ordinis, vel Quæstores ab eis deputatos: Vt inde hospites & ægri sustentarentur

Apostolicæ Literæ die 26. Nouemb 1521. Et die 28. Iulij 1536.

23 ANTHONIANVS dehinc sacrorum Hospitum Ordo, multis donatus est Priuilegiis, titulo *Hospitalariorum* S. Antonij Viennensis. Quem, velut Augustinianæ normæ adstrictum, Ordinem memorat obiter Antoninus, Florentiæ Hetruscorum Archipræsul. Summar. Tom. 3. Tit. De statu Religiosorum §. 5. Et Chasseneus, in Catal. glor. Mun. Parte 4. Considerat. 65. Ast eximia Celsissimæ Sedis in hanc monasticam Familiam collata Munera prodidit Oldradus I. C. in Respon. 211. & 321. ac Nos Lib. superiori, tum 1. & 2. Volum. Ecclesiasticæ Politiæ forensis. Præter hæc, maioris in Cœnobij Armario comperimus, Antonij Fanum sanctius à Calyxto 2. præsente sacratum, & antiqua ipsius Priuilegia, sacræque potissimum Stipis vicatim emendicandæ, probata Vrbano. 4. Gregorio 10. Benedicto 11. Nicolao 4. Martino 5. Calyxto 3. Pio 2 Alexandro. 6, Iulio 2. & Leoni 10. Ecclesiæ Præsidibus summis. Quorum singula Pontificum in Ordinem beneficia, cum immunitate Decimarum omnium, stabiliêre vicissim Clemens 7. & Paulus 3. P. P. Authenticis tabulis, sexto Kalendas Decembres An. 1523. & Quinto Calend. Sextiles An. 1536. Ac speciatim vtique, Vrbanus 5. P. qui Christianæ Hierarchiæ clauum moderabatur An. millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, edixit Antoniana Sacerdotia, quæ animarum curationem coniunctam haberent, solis deferri ætate prouectis, qui intra annuum

ſpatium aſſequerentur presbyterij gradum. Inſuper Xyſtus 4. P. Antonianum quemque Præceptorem generalem dignatus eſt Apoſtolica forenſium cauſarum delegatione. Bullatis Codicillis 5. Kalend. Febr. An. 1471. Præclara ædepol Ordinis Conſtitutio, in plæráque diducitur Capita, queîs ſummatim cauetur, *Quod Religioſorum creatio ad Abbatem ſolum ſpectat, nec Vicarius generalis poteſt hoc facere, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum. Quod nullus Præceptor præſumat arrendare ſuam Præceptoriam laicis, ſeu etiam coniugatis clericis, ſed tantùm Eccleſiaſticis: & non vltra triennium. Quòd in mortis articulo licitum ſit, aliquid relinquere ſeruitoribus ſuis, & ad pias cauſas. Quòd Annatæ ſeu fructus Beneficiorum vacantium ſoluantur per 10. annos Thezaurario communi Ordinis. Quod bona acquiſita per Religioſos clauſtrales in aliquibus Bailliuijs, ſi ſe transferant ad alias Bailliuias, tunc Præceptor, in cuius domo Religioſus, qui eò migrarat, deceſſerit, illa recipere poſſit, tanquam eius Superior, niſi eſſent bona ſtabilia acquiſita eo tempore, quo reſidebat in prima Præceptoria: Quæ tunc ad primum Præceptorem pertinebunt. Statutum eſt præterea, de taxatione tailliarum omnium Præceptoriarum ipſius Religionis in ſingulos annos: De penſionibus item debitis Hoſpitali S. Antonij per Præceptores Ordinis, & per dominum Celerarium: De Beneficiis ipſius Religionis, ſecularibus non conferendis, aut eiſdem Penſione aliqua ſuper ipſis beneficiis non adſignanda. De Vicariis, qui, vacante Sede, Abbatiæ regimen & adminiſtrationem habent, & de poteſtate ipſorum, & qualiter debent reddere rationem de Adminiſtratione. De Procuratore in Curia Rom. annuatim conſtituendo, de eius iuramento, & de ſuis ſtipendiis. De Taillia ſeu collecta per Abbatem non imponenda ſine conſenſu totius Capituli generalis. De habendo in Curia Romana Vnum Cardinalem in Protectorem Religionis, & de eius ſtipendiis.* Hoc ampliùs, in Antoniana Viennæ Allobrogum Caſa inſtituit Vrbanus 5. P. *clauſtrale* Operarij Munus: qui, huius re ſumptuaria Officij, ſarta tecta procuraret Templi, Clauſtri, Officinarúmque monaſticarum ædificia, ſimul cum Hoſpitali ægrorum, inopúmque viatorum Diuerſorio. Ac eum quidem in vſum Pontifex ipſe recèns creato Muneri copulauit maiorem Præceptoriam Antonianæ Domus, Vapincenſis Delphinatium, cum annuis iſtius prouentibus, patrimonióque vniuerſo. Ad extremum, Galliæ Rex Karolus 8. paternæ pietatis veſtigiis, in ſuam recepit tutelam præſidiúmque Antonianos ſacerdotes cucullatos, ac liberas immunéſque eorum res omnes permanere iuſſit. Luculento diplomate Mart. Menſ. Anno 1483. quod Ludouicus 12. comprobauit Quintili Menſ. Ann. 1498. Franciſcus 1. Martio 1515. Erricus 3. Aprili 1576. Henricus 4. Septembri 1596. Senatu Principalibus literis ſubſcribente 14. Calend. Septemb. Ann. 1581. Ex quo, D. Antonij cœnobita Franciſcus Regius, nuperrimè Curiam Pariſiorum abuſus ergô prouocauit à donatione Trecenſis Præceptoriæ, in Frat. Ianum Theuignonem, alterius Ordinis monachum, collata à Pontificio Legato, An. 1597. quaſi hic Antoniana de ſacris Beneficiis Inſtituta, queîs auctor Princeps Senatúſque interceſſerit, euertere videatur voluiſſe. De ea autem prouocatoria lite deciſum eſt priuata competitorum tranſactione: Ita vt alter Sacerdotium controuerſum, alter annuam ex eo penſitationem nummariàm ſit aſſecutus, Maio Menſ. An. 1600.

Bulla, die 18. Ianuar. An. 1. Pontif. ſuper dignitate Præceptorũ generaliũ, quòd poſſint eſſe Iudices delegati.

Statuta Ordinis S. Antonii Viennenſis.

Verum, Monaſteriorum priuſue, an poſterius quò Cœnobita tranſlatus ſit, huic ſuccedat, & quouſque, Dicetur 1. Tit. 3. art. 23.

Antoniani hi monachi impreſſum Veſtimento gerunt ſignum literæ. Tau De cuius efficacia ſigni, Petrus Cluniacen. Lib 1. De Templis & aris, Cap. De Crucibus, ex Ezechiel. Cap. 9.

Operariæ officium, in Monaſterio S. Antonii Viennen Sis: e diuerſò, Cabiſcoli ſeu Cantoris officium clauſtrale in eodem Monaſterio, eſt, Diuinum cultum ceremoniaſque in Choro ſeruandas curare.

Generalis Commenda S. Antonij *de Gap, en Dauphiné.*

Regiæ Francorum Literæ, pro Ordine S. Antonij, Viennen. Quas Lutetiana Curia publicauit die 19 Auguſt 1581 quatenus antea Monachi ſuis priuilegiis ritè vſi eſſent.

Commanderie de S. Anthoine lez Troyes membrum dependens ab Ordine & Abbatia S. Antonij Viennen. litigioſa inter Franciſcum *Roy* & Ioh. *Theuignon* religioſum S. Martini de Ære, *à Troyes.*

De Cabiſcolo, ſeu Capitolio & magiſtro chori Eccleſiæ metropolitanæ S. Mauricij Viennæ, quod teneatur in ſua creatione iurare, traditurum ſe in ſcriptis nomina & cognomina omnium d. Eccleſię antiquorum incorporatorum & continuò ſeruientium, nomina ac cognomina, vſque ad numerum 68. Franciſc. Marcus in Deciſ. 1171. Part. 1.

Le Ieudy 29. de Ianuier 1604. jugé par prouiſion plaidans Bernage pour le Receueur du commun Threſor de l'Ordre de S. Iehan de Ieruſalem, & Dolé pour le Legataire du feu Commandeur de Troyes, que ſuiuant la permiſſion & diſpenſe de grand Maiſtre dud. Ordre conformement aux Statuts d'iceluy, qui eſtoit de teſter iuſques au quint de ſon bien & pecule, led. defunct auoit peu leguer, encor que lad. diſpenſe ſoit venuë de Malthe en France apres led. Teſtament ja faict & ita *par prouiſion a eſté adiugé aud. Legataire la ſomme de 2000. liures iuſques à la liquidation du quint; eſt par le meſme Arreſt diffinitiuement adiugé au Legataire dud. Commandeur de Troyes nommé Iuuenal de Lunnoy, & en attendant la liquidation dud. quint luy eſt par prouiſion adiugé lad. ſomme de 2000. encores que ledict Teſtament ne fiſt mention aucune de la diſpence & permiſſion du grand Maiſtre de teſter iuſques au quint. Laquelle toutesfois par la datte d'icelle auoit peu venir à la cognoiſſance dud. teſtateur parauant ſa mort & ledict Teſtament.*

Confirmation des Priuileges des Templiers, & des Cheualiers de l'Ordre de S. Iean de Hierusalem, generalement octroyez par Richard Roy d'Angleterre, Duc de Normandie & d'Aquitaine, Comte d'Anjou Die 5. Ianuar. An. 5. Regni, *faicte par le Roy Philippes le Bel en Ianuier l'an 1304. Et par le Roy Henry 2. en Iuillet 1549. par lettres verifiées au Parlement de Paris le 23. Iuillet l'an 1550. & par lettres du Roy Henry 4. en Decembre l'an 1596. publiees audit Parlement le 21. Febur. 1597. & en la Cour des Aydes le 24. Iuillet audit an 1597.*

Lettres Patentes du 26. d'Auril 1568. publiées en Parlement le 14. Iuin aud. an, pour les grand Maistre, Prieurs, Baillifs & Hospitaliers Commandeurs, & autres membres Rhodiens de l'Ordre de S. Iean de Ierusalem, que suiuant leurs priuileges d'exemption & separation d'auec le Clergé, ils ne seront compris aux taxes dud. Clergé, & ainsi a esté iugé par Arrest de la Cour des Aydes donné en playdoirie l'an 1600. & led. Ordre separé du Clergé, pour le fait des subsides imposez sur le Clergé. M. le Bret y plaidant pour le Roy, Ce fut en Feburier l'an 1600. & encores le Mercredy 16. de May 1601. plaidant Choüar pour le Clergé d'Auxerre defendeur en lettres de conuersion d'appel en opposition, & Bernage pour le Commandeur d'Auxerre demandeur esdites lettres de conuersion d'appel en opposition, à la taxe faicte par ledit Clergé, ayant compris en sa taxe led. Commandeur sur l'imposition faicte par le Roy sur les Villes de ce Royaume pour le siege d'Amiens de l'an 1597. sur exempts & non exempts &c. Par lequel Arrest led. Commandeur a gaigné sa cause, comme estans ceux dud. Ordre separez & distincts du Clergé de France.

24 Sicuti, ab Hospitali in Christianos officio pio, exordium noménque sumpsit Monastica B. Antonij Secta, cui, pro symbolo, gestamen est Togæ impressi. T. Græci: Ita & Equites Crucigeri, sacræ Solymorum Militiæ, cuius Numen tutelare prophetes Baptista. Id quod vel sola Ordinis huiusce Constitutio indicat, tali scriptura. *Ad hoc, Hospitalarij milites, Christi hospitalitatem, & Militiam exercentes, exteriori veste signum Crucis octogonum deuota consideratione virtutibus insignium gestant, vt interiori etiam veste, viuificæ Crucis signum spiritualiter deferant, dextráque manu acutum vibrantes gladium, post multifariam eleemosynarum largitionem, gentem Mahumeicam, & qui à Fide deuiant, oppugnent, premant, pessundent. Quibus sanctis operibus addicti, sanctorum Martyrum militum Machabæorum pro cultu diuino pugnantium, exemplum saluberrimum sequi monentur.* Isthæc dictante Fr. Raymundo de Pondio, Ordinis Magistro, in Cap. 2. Tit. 1. Statvtorvm Ordinis Domvs Hospitalis Hiervsalem. Exin primores Dignitatum tituli Equestris huiusce Religionis, feruntur *Magnus Commendatarius, Mareschalus, Hospitalarius, Admiratus, Draperius, & Turcopolerius: Qui Baiulivi conuentuales dicuntur, quia suarum Linguarum præsides existunt. Tit. de Baiuliuis.* Haud pauci equidem scripsêre de hac Equestri militia D. Iohanni consecrata, Augustinianæ regulæ: Vilhelmus Tyrius, sacri Belli lib. 18. Cap. 4. 5. 6. Vincentius, Historici Speculi Lib. 27. Cap. 28. B. Antoninus Chronicôn Parte 2. Tit. 15. Cap. 20. Aliíque nonnulli veteris Memoriæ assertores. Singularia autem Ordinis Iura, tum Pontificia, tum Regia, exprompsimus in Forensi Ecclesiæ Politeîa, & Fiscalis Galliarum Patrimonij Lib. 1. Queis subnectere est priuilegiarias Clementis 7. tabulas postridie Kalend. Ianuar. An. 1523. & Pij 4. Calendis Iuniis An. 1560. Quibus Pontificum tabulis vetusta Ordinis Priuilegia constabiliuntur, quæ Ecclesiasticam Politiam maximè spectant. Ne interim silentio transmittam Indultum Hierosolymitanæ Militiæ à Tridentinis Christiani Cleri Proceribus, vt literarium in Seminarium conferre nequicquam teneantur, qui tali Militiæ addicti sint. Concilij Sessione 23. Cap. 18. Decreti de Reformat. Principes quoque nostri, propenso in sacros Equites studio, non cessêre Apostolicis Præsulibus. Multiplici enim immunitate vacationéque munerum Ordinem hunc cumularunt Galliæ reges. Vtputà Philippus 6. insigni Diplomate Mens. Decemb. An. 1339. Ianus 2. Nouemb. An. 1350. Karolus 5. Iunio 1364. Carolus 6. Ianuar. An. 1592. Karolus 7. Decemb. 1423. Ludouicus 11. Sextili Mens. An. 1461. & Martio 1480. Karolus 8. Maio 1484. Ludouicus 12. Quintili An. 1468. Cuiusmodi Principum Rescripta Lutetianus Senatus promulgauit Decimo kalendas Iunias Anno 1497. ac duodecimo Calend. Apriles 1498. Suprema verò publicorum Vectigalium Curia, regias Literas legi recitaríque præcepit duodecimo kalend. Iulias, præd. Anno 1497. Ac particulatim vtique enumerantur Vectigalia & portoria, quibus alleuatos exemptósque voluit Erricus 2. Religiosos Melitæ Insulæ Equites, Codicillis Quint. Mens. An. 1549. quos Conscripti Cvriæ

Hospitalarij Equites Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani.

Statutor. Tit. 1. De Regula Hospitalariorum, & Militiæ Ordinis S. Iohannis Baptistæ Hierosolymit.

Draperius, magnus Conseruator.

Turcopolerius, à Turcopolis, qui erant Equites leuis armaturæ, in Historia bellorum à Christianis in Syria gestôrum.

Lib. 2 Sac. Polit. Tit. 8 art. 22. 23. & Lib. 1. Tit 2. art. 9 10. 11. Item Domanii Franc. Lib. 1. Tit. 15. Art. 6.

Apostolicæ Bullæ, die 2. Ianuar. 1523. & die 1 Iunii 1560.

Tridentinum Concilium.

Regiarum Literarum in Senatu verificatio die 23. Maii An. 1497. Et die 21. Mart. 1498. Tum in Curia Iuuaminum die 20. Iun. 1497.

Equitibus pariter ac Præceptoribus, Ordinis Militiæque S. Spiritus apud Gallos, rex Henricus 3 dedit exemptionem Subsidiorum omnium Fiscalium, *des Impositions, preuostez, peages, trauers, fortifications de villes, &c. Comme les Domestiques du Roy.* Diplomate Mens. Mart. An. 1580.

Senatoria Patentium regis Henrici 2. publicatio die 6. Sept. An. 1550.

in Acta sua retulerunt Octauo Idus Septembres An. 1550. Quinimò Henricus ipse Rex militarem eiusmodi Religionem eximiè segregauit à Gallico Clero, ne huic indictis à Principe Tributionibus nummariis comprehensi vsquam, adstrictíque sacri Milites censerentur. Id quod Errici filius Carolus 9. cordatè piéque repetiit. Epistola aperta Mart. Mens. An. 1563. quam PATR. CONSCR. suis Monumentis inscribi iussère Decimo Calendas Apriles posteriores.

Confirmata etiam sunt hæc Melitensium Equitum Priuilegia, Literis Errici 4. regis, Mens. Decemb. An. 1596 Registratis in Parlamento die 21. Febr & in Curia Iuuaminum die 5 Mart. 1597. *aux conditions portées par l'Arrest de lad. Cour des Aydes du 24. Iuillet 1577.*

Literarum in Curia verificatio die 23. Mart. 1563.

25 NE autem votiua multiplex Christianorum militum Familia tenebras effundat nostræ huic Monasticorum priuilegiorum tractationi, altiùs petenda sunt Religiosæ CHRISTI Militiæ primordia. Nam Orbi imperante Phoca, Saraceni, occupata Asia, Europam aggressi sunt, ac imprimis Rhodon Insulam Carpathij maris expugnarunt. Sed Hierosolymis Christiana acie recuperatis An. 1099. ingens Christianos omnes cupido incessit Sepulchri CHRISTI visendi: Eaque res trino militari Religiosorum hominum Ordini causam præbuit, Hospitalariis nempe, Templariis, & Teutonicis. Nondùm enim recepta Solymorum Vrbe, Iohannes Hircanus Machabæorum vnus, in eadem constituerat primus, egenorum Hospitium: quod, capta Ciuitate ab Ægyptio Principe, dirutum fuit. Abs quo deinde Christiani Latini impetrarunt ius struendi prope Sepulchrum bini Cœnobij: in quo sacra Latino ritu fierent. Alterum viris, alterum mulieribus qui Sepulchrum adijssent, dicatum est Monasterium nomine B. Mariæ Virginis, & D. Mariæ Magdelenes. Sensim verò peregrinorum copia tanta eò confluente, vt duobus his Cœnobiis contineri non posset, additum fuit Xenodochium cum sacra Ædicula, cui Iohan. Baptistes titulum imposuit. Syonis dehinc vrbem ingresso victore, Christiano Duce, Vir quidam pius, Rector Hospitalis eiusce Domus instituitur: qui ex annuis prouentibus vtriusque Cœnobij, iis qui Dominicum viserent Monumentum, ægrotantibus necessaria curaret subministranda. Is post aliquot annos, vnà cum Sociis habitum Religionis assumpsit: & Cruce alba ad dextram amiculi insignitus, certa se obstrinxit vitæ Disciplina. Inde Ordini initium datum, cui posteà adscripti, studium rei militaris ac defensionem piorum Viatorum aduersus Saracenos professi sunt. Ex quo, maximis in toto Christiano Orbe opibus ditantur sensim ab munifica Principum priuatorúmque largitione: mox *Hospitalarij* Milites, ac Hierosolymitani, dein Rhodij appellati. Quùm enim Martia vi, Rhodos Insula redijsset in Christianam ditionem An. 1309. Ea tùm præsidiariis septa Crucigerorum istorum armis, euasit Christiani vt limitis, sic Orbis propugnatrix, auspice Clemente 5. P. Donec à Turcis hostibus obsessa, in Solymani potestatem venit Octauo Kalend. Ianuar. An. 1523. Quo de Bello Rhodio scripsit Iacob. Fontanus, Brugensis I. C. & prouocationum Iudex sacræ nobilisque Militiæ Hierosolymitanæ, ac Populi Rhodij. Libris 3. Clementi 7. P. dicatis. Ast hic subinde Clemens Rhodiis Equitibus Melitam Insulam adsignauit, vti limitaneam Christi Imperij, Arcem & propugnaculum: Neque hoc quidem sine Numine diuûm. Nam Innocentij 1. P. temporibus, habita est Melitæ Synodus 214. Episcoporum, aduersus Pelagium hæresiarcham. Cui Synodo, præter cæteros, adfuère Syluanus eius Insulæ Episcopus, Aurelius Carthaginensis, & Augustinus Hipponensis Antistites. Exin Melitensia Concilia, receptissimæ inter Ecclesiastica Decreta auctoritatis. Mileuitana Gratianus nominat, & insignis ille Manichæorum defensor Faustus, Mileuitanus pariter nuncupatur. Quam nunc vulgò appellationem Romana similiter Curia vsurpat, de Melita illa sentiens, ex qua Mileuitum detorserunt. Equestrem igitur Solymorum Ordinem, qui Melitensis etiam nunc dicitur, probarunt duo vicissim Honorij 2. & 3. Præsules Romanæ Ecclesiæ: quorum posterior, Magistro & Fratribus Hospitalis Hierosolymitani scriptam reliquit Decretalem Epistolam quinquagesimam de senten excommunic. PORRO, vt ab *Hospitalarijs*, ad Equites Templaris Militiæ transiliamus, Christiani quondam viatores, dum sacra Syriæ Monumenta

Galli Principes, illico post receptá Hierosol. Leges statuerũt Equestri Ordini S. Sepulchri, Hierosolym. cutus te Ordinis conditores dictabant. Die 1 Ianu. An. 1019. Harum verò Legum & Statutorum Capita extant in calce scriptæ Peregrinationis sacræ Domini Villamontis, Equitis Hierosolymitani.

Ecclesia sub nomine S. Iohan. Bapt.

Hospitalariorũ Religionis monasticæ primordia.

Rhodia vrbs, post longam obsidionem Turcis dedita, die 5. Decemb. An. 1523.

Iuge d'Appeaux.

Melitæ Insulæ originem eleganter recenset Quintinus, Heduus, Hierosolymitani Ordinis professor, Libello edito An. 1536.

Melitensis, seu Mileuitana Synodus, Volum 1. Concil.

Le Commandeur du Temple lez Angers, a plusieurs fiefs, cens, rentes & dismes en plusieurs parroisses aux enuirons de ladicte ville d'Angers.

Cap. canonica De sentent. excommun.

Templariorum Ordo militaris.

inuiserent, ab impijs spoliabantur identidem, aut miserè trucidabantur. Quousque Nouemuiri nobiles, vitæque sanctimonia commendati, inter quos, Hugo Paganus, & Gottofredus à Fano Odomari, primas obtinebant, vouerunt, se, per Templa & sanctiora loca, peregrinorum cœtum comitaturos, & contra vim omnem tecturos Barbarorum. Ijs Area attributa fuit pro Templo DOMINI ad Ædes struendas, quò se reciperent: Vnde nomen Templariorum adepti. Amictus, initio, nullum discrimen, sed Anno 1125. iussi sunt illi ab Honorio 2. P. & Stephano patriarcha Solymorum, Togam candidam sumere, peracto apud Cretam Insulam Concilio, quæ olim ἑκατόμπολις, hodie *Candia* vocitatur. Candido autem Pallio Eugenius 3. P rubræ CRVCIS Insigne adiectum voluit. Atque ita ducentos in annos Templaris militiæ Religio propagata, eorúmque res Militum vbicunque in Gallia potissimè, excreuerant Auctore Vilhelmo Tyriorum Pontifice, Lib. 12. Cap. 7. ac continuat. Sigeberti. Quin etiam Petrus *Abba* Cluniacensis, missa ad Ebrardum, Templi DOMINI Magistrum Epistola, *Feci*, inquit, *hoc à primordio institutionis vestræ, quæ cum meo tempore exorta fuit, velut rutilum noui Syderis iubar, Mundo illuxisse, & miratus pariter, & lætatus sum &c. Estis Monachi virtutibus, milites actibus: illud spiritualiter implendo, istud corporaliter exercendo.* Lib. 6. Epist. 27. Eòdem alludit D. Bernardi Petro æqualis sententia, ad Andræā auunculum, Militem Templi, quùm hæc, Ascendamus, infit, super Solem, & conuersatio nostra in Cœlis sit: iam mente præcedentes, quò sumus & corpore secuti. Ibi, mi Andræa, ibi fructus laboris, ibi retributio tua. Sub Sole militas, sed sedenti super Solem. Hîc militantes, inde donatiua expectemus. Merces Militiæ nostræ non deorsum est: procul & ab vltimis finibus pretium eius &c. Epist. 288. Postmodùm verò abrogatur hic Ordo Templaris Militiæ, An. 1307. multis Militibus viuis exustis: quòd fœda in vitia prolapsi, Ethnicam de Numine persuasionem, cum Turcis, & Saracenis, induissent. Quali ex crimine itidem, Hierosolymitani Ordinis Magistrum à Conuentu deponi posse affirmat Oldradus, Iuris Responso 128. CÆTERVM militaris TEVTONVM ORDO, tertius fuit, qui Hierosolymis cœpit. Nam Germanus quidam * philoxenus, in Vrbe sancta Domum suam vertit pium in Hospitium, quò Teutones illuc peregrè venientes admitterentur: adstructa deinde Ædicula, quæ almæ Dei genitrici sacrata est. Mox clari stirpe viri, qui perennis Continentiæ & Obsequij votis se deuinxerant, Ordinem excitarunt, auspice Cælestino 2. P. Togæ candidæ assutis pullæ Crucis Insignibus. Verùm amissa Ptolemaide Syriæ sub Ann. 1307. Sedes huius castrensis Religionis primaria, in amplissimam Mariæburgi Arcem traducta fuit, ac sacri Equites Pruteniam à Fide alienam subegère. Fuerunt & in Hispanijs Religiosorum militum instituta Collegia, ad nefarios Afrorum & Pœnorum conatus insultúsque reprimendos: Vtpote Milites D. Iacobi, Milites de Calatraua: Milites IESV CHRISTI, in Lusitania, à Dionysio 6. Rege conscripti, donatíque omnibus Templariorum copijs & fortunis. Votiuos alios Militiæ Cisterciensis Equites inuexit Alphonsus 1. Alios B. Iacobi Sectæ addixit militari Sanctius 2. Lusitaniæ reges. Dionysij autem illius opera, Lusitani Principis, Equestres hi Ordines, Cisterciensis, & S. Iacobi, à reliquis discreti exemptíque sunt, qui in regno Castulonensi militares habentur. Vnde nec Cistercienses denuò, superiorem agnouère Magistrum de *Calatraua*: nec Velensem, milites D. Iacobi.

Cretensi Concilio, statuta Regula Templariorum militum, decretúmque, vt albo Pallio vterērur. Hinc paucorum annorum interiectu, fuère circiter 300. Equites, & infiniti penè Fratres inferiores, Seruientes dicti.

Conuentus Hospitalis Hierosolymit. ex causa potest deponere Magistrum, maximè si confœderet cum inimicis Christianorum.

Teutonici Milites sacri, in Germania: Quorū Princeps natalibus illustris est, nunc Prussiæ Dux dictus. De quo, Nos Li. 2. Doman. Franc. Tit. 1. Art. 11. Hispanicos autem Ordines Militiæ sacræ excussimus Lib. 1. Polit. Eccles. Tit. 2 Art 6.

* hospitalis.

Il n'y a en France qu'vn seul Prioratus seu præceptoria Ordinis B. Mariæ Teuthonicorum, *qui est la Commanderie ou Cheualerie du S, Esprit de l'Hospital d'Auron en la basse Bretagne, diocese de Vannes, auquel benefice, ou Commanderie & Cheualerie de l'Ordre Teutonique, le Pape Gregoire 13. pourueut vn Clerc seculier* in commendam, *l'an 1583. & en l'an 1601. Clement 8. y a pourueu vn Clerc, à la charge expresse de prendre l'habit, & faire profession dudict Ordre Teuthonique, dans 6. mois. Lequel en estoit en procés au priué Conseil du Roy. contre vn simple nommé par le Roy, sans autre tiltre, qui n'est que simple Clerc, ne charge se mettre audit Ordre, ledit procés en Iuillet & Aoust 1602.*

Mauri infideles.

Ordo Militiæ Cisterciensium, quæ postea in Auisium translata est, oppidum Transtaganæ prouinciæ: In quo Presbyterorum eiusdem Ordinis Monasterium conditum. Huic Præpositus .i. magnus Prior de Auus, habet spiritualē auctoritatem in omnes Equites, Commendatores, & Presbyteros Ordinis. Sic Ordini Diui Iacobi præest Magnus Prior Palmettæ, qui regularium Presbyterorum Monasterio præficitur. Vti & Magno Priori Tomarij Cœnobij paret Ordo Militiæ Iesu Christi.

Le Pape Paul 3. donna Bulle de priuilege aux Religieux Cheualiers de l'Ordre militaire de Calatraua, Cistercienſ. Ordinis, *en Espagne, de ſe marier, & auoir des enfans.* De quo Vide *la marge miſe cy aprés à la fin de l'Art. 26. & au commencement de l'Art. 27.*

26. IAM VERÒ non vnius Regni, ſed Orbis totius Chriſtiani, Equites ſacros reuiſamus: qui, ab Hoſpitali Solymorum Diuerſorio pio, nomen vnum ſumpſerunt vbique Terrarum. Ex quo, primitus titulum hunc prætulit Ordinis Antiſtes, SERVVS PAVPERVM CHRISTI, ET HOSPITALIS HIERVSALEM CVSTOS: Quaſi profana cuncta Religioſæ Militiæ bona iuráque prædiaria, ſacro Inopum vſui propria, reſeruentur. Proin Conſtitutione Ordinis, quam Frat. Hugo Reuellus, Magiſter ſanxit: *Non licet Baiuliuis Prioribus, Caſtellano Empoſtæ, Commendatarijs, aut alijs Fratribus teſtamentum condere, hæredem inſtituere, aut legata facere, nec ſeruitorib. etiam, aut alijs aliquid elargiri: Niſi tantùm eorum ſtipendia, ac debitorum & creditorum declarationem redigere, & cum licentia Magiſtri, de eorum moderata portione diſponere.* Cui Legi ne inſidioſa fraus ſtrueretur, ita proſpexit Frat. Hugo *de Loubenx* Verdala, eius Militiæ Dux, noua Sanctione in publico Conuentu edita: *Nullus Fratrum noſtrorum, in infirmitate conſtitutus, facere poſſit donationem inter viuos, ſeu aliam diſpoſitionem, promiſſionem, ſeu conſignationem pecuniarum, & bonorum quæ poſſidet: cùm non ſua, ſed Ordinis ſint. Quòd ſi fecerit, eam, & eas, niſi 40. dies poſtea ſuperuixerit, nullas & irritas decernimus.* Cuiuſmodi recentiores, Verdalæ, Præfecti, Conuentúſque ſolennis Conſtitutiones firmauit Xyſtus 5. P. decimo tertio Kalend. Apriles An. 1586. Vti vetuſtiores, probarant Innocentius 8. Paulus 3. ac Paulus 4. demùm quarto Idus Iunias An. 1556. Vnde Lutetianus etiam Senatus, Ordinis inſtantia, reſcidit Nicolai Durandi teſtamentum, ſacri Equitis Melitenſis, & Præceptoris Villægaignonis: quo quidem teſtamento, annuum Vectigal nummarium, de Menſa Ædilitiæ Domus Pariſiorum, quod viuus emerat teſtator, legatum fuerat Collegio Pauperum Vrbis. Decreto Idibus Septemb. An. 1585. Aduerſus Cognitorem Regium, pij legati propugnatorem. His apprimè concinit Familiaris Equitum Conſtitutio, perlata ab Odone de Pinibus, eorum

Statuta, ſeu Stabilimenta Ordinis Domus Hoſpitalis Hieruſalem.

Caſtellania Empoſtæ, in Regno Aragoniæ, Magnus Prioratus huiuſce Ordinis.

Reſcripta Apoſtolica die 20. Mart. An. 1586. Et die 10. Iunii An. 155[illegible]

Areſtum Curiæ contra teſtamentarias tabulas *du Commandeur de Villegaignon*, die 13. Sept 1585. de pecuniario Reditu annuo, conſtituto & aſſignato ſuper publica Domo Scabinorum Vrbis Pariſien.

Le Samedy 9. iour d'Aouſt 1586. il a eſté iugé en la 4. Chambre des Enqueſtes au rapport de M. de Berulles, que le don de 500. eſcus faict par le feu Commandeur de l'Aumuſſe en Sauoye, nommé frere Claude de Louebier, à Loys Vourgeois ſon ancien ſeruiteur, eſtoit nul, comme faict paulò ante mortem, quum Monachis teſtari non liceat *Mais par le meſme Arreſt, la Cour adiuge audit donataire gages & ſalaires, leſquels elle liquide à certaine ſomme. Dautant que c'eſtoit vne debte, en ce cas neceſſaire. De laquelle meſmes l'Ordre ſucceſſeur,* peculio tenus, *ſeroit tenu.*

Ductore ac Magiſtro, in hæc verba. *Quicquid Religioſus acquirit, Religioni acquirit. Ideo Fratres Ordinis noſtri, qui per emptionem, donationem, aut alia quacunque ratione, bona, prædia, cenſus, ſeu annuos reditus, vel iuriſdiones acquiſierint, nullo pacto abſque Magiſtri & Capituli generalis conſenſu vendere, alienare, impignorare, aut quouis modò diſtrahere poſſunt: ſed ea, quæ acquiſiuerint Fratres, vita eorum durante poſſideant & teneant.* Tit. De contractib. & Alienation. Ecquid vero ſi acquiſitores huiuſmodi in morbum incidant grauiſſimum? Quænam Ordini cautio, in peculium illius ſucceſſori futuro? Audi Frat. Elionum Villanouánum, Legiſlatorem, eiúſque adeo Legis rei accommodè recitatorem, ſupra Lib. 1. Animaduerte poſtremò, Apoſtolicam Diœceſani imperij Forique vacationem, quæ *Hoſpitalarijs* Equitibus data ſit antiquitùs, minimè trahi ad parœciacas Ordinis Eccleſias: Queîs nimirùm Epiſcopus cenſoria Viſitatione ius dicat, quoad curationem animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem. Bullatis Pij 5. tabulis. 10. Kal. Octobres An. 1571. quæ Volumini inſcribuntur, collectaneo variarum Conſtitutionum, & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio 7. vſque ad Gregorium 13.

Fr. Elionus de Villanoua, Magiſter Ord. Hieroſolymitani.

Lib ſuperiore, Tit. 5 Art. 20.

Commendatarii milites S. Iacobi, & aliarum Religionum Hiſpaniæ, S. Ioannis, Stephani, Lazari, & alij ſunt quidem, horum inſtar Hieroſolymitanorũ, religioſi, & 3. vota faciunt. Sed ex Apoſtolico priuilegio ducunt vxores. Vt ait Sot Lib 7 Quæſt. 5. Nauar. De reditib. Eccleſ Quæſt. 1.

Pii 5. Bulla, die 22 Septemb. 1571. Quomodò Epiſcopus, aliique Superiores poſſint S Ioannis Hieroſolymit. Eccleſias, in iis quæ curam animarum gerunt, ſacramentorúmque miniſtrationem, viſitare.

De Hospitalibus, & Leprosariis generatim. Vltra ea, quæ Nos de iis, Lib. 3. Sac. Polit. Tit. 5.

27. Havd segnivs vtique tractanda veniunt singularum patrimonia Hospitalium ædium, quam Hierosolymitanæ illius, abs qua Melitenses Equites Religiosæ vitæ Institutum petierunt. Monasticis enim Regulis nexum Hospitale munus indicans Hieronymus, Nobis, ait, in Monasterio Hospitalitas cordi est, omnésque ad nos venientes, læta humanitatis fronte suscipimus. Veremur enim, ne Maria cum Ioseph locum non inueniat in diuersorio: ne nobis Iesvs dicat exclusus, Hospes eram, & non suscepistis me. Solos Hæreticos non recipimus: quos, vos, solos recipitis. Propositum nobis quippe est pedes lauare venientium, non merita discutere. Hæc, B. Hieronymus, Lib. 3. contra Ruffinum. Exin publica quoque Egenorum Domicilia, quæ Prochodochia vocant, Templis adæquamus Priuilegiario iure. Bartol. ad Leg. omnia priuilegia Cod. De sacros. Eccles. Bald. ad Authent. Hoc ius porrectum eod. Tit. Ancharanus ad Clement. Dispendiosam De iudic. Et ad Clement. 1. De restit. in integ.

Yuonis dicto, Hospitalis Domus non est computanda in rebus humanis, sed Diuinis patrimoniis: Hic spiritalis sacráq; eius Administratio, Ecclesiasticis competit, vt profana laicis.

Priuilegium Apostolicum de prouentibus Hospitalium pauperũ infirmorum Decima ne soluatur.

Idem planè sibi vult Yuo Carnutum Antistes, Epistola 214. de Xenodochijs & Prochotrophijs. Atque adeo Ecclesiarum clauum qui obtinent, hisce præsertim Hospitalis functio curáque mandata fuit. Paulina Epist. 1. ad Timotheum, Cap. 3. Quinetiam Episcopi domum, teste Hieronymo, oportet commune omnium esse Hospitium. Commentar. in Cap. 1. ad Titum. Præterea Romanæ Ecclesiæ Principes, Decumana fructuum pensitatione fundos liberarunt publici cuiúsque Valetudinarij. Oldrado memorante, in Iuris Responso 11. Quemadmodùm Hospitalis ædis Hierosolymitanæ Rectores Adrianus 4. P. Decumis immunes sanxit, Ex Decretali Epist. Alexandri 3. Ex parte 1. De decim. De Hospitali autem munere sigillatim, procuratiónéque Christiana, B. Gregorius, Euangelij Homilia 23. & Parisiensis Francicorum Pontificum Synodus: Quæ, Ludouici & Lotharij Cæss. impulsu celebrata, patrios imprimis sacrorum Præsules monuit Hospitalis illius Officij. Cap. 14. Lib. 1. Ideóque, ea circiter tempora, anathemate perculsi sunt ab Ecclesiastico Meldorum Conuentu, qui Nosocomia vi aggressi, in bonis ipsorum grassarentur, Pauperum vt spoliatores, ita occisores. Cap. 40. De Hospitalibus. In summa, nullum latiùs hucusque, ac fusiùs patet S. Consultum de sacra profanáque Hospitij pij œconomia, quàm quod Prætoriani Senatores pro Meduntensi Valetudinario distinctis Capitibus edidère. Sexto Iduum Martiarum An. 1592. Nam vt profani ordinis Magnates piè condiderunt olim publicos inopum virorum Secessus huiusmodi, sic prædiarios ipsorum reditus dispensari, par fuit, vulgari Popularium curatione, quibus patroni Dynastæ, vel vrbium Decuriones, prouinciam hanc demandassent. Iuxta hæc, Alençoniæ gentis illustrissimæ Chartario percepimus, Oppidanos Castrinoui Carnutum, nominare solitos Regionis Toparchæ, Alençoniensi Heroï, Oeconomum seu Rectorem Hospitalis Ædis Laurentio sacræ Literis consignatis 7. Idus Februar. Ann. 1460. Longè verò antea, de Xenodochio Fulgeriarum, Armorici oppidi, conuentum fuit à Ciuibus, cum Maria Hispanica, Alençonij Reguli tutrice, matre, Dispensatorem rerum Xenodochij, alternatim nuncupante illorum alterutro, institutum iri. Quod quidem Pactum Galliæ Rex Philippus 6. ratum gratúmque habuit. Codicillis Sextili mens. An. 1347. Cùm autem alibi diœcesanus Antistes sibi arrogaret in sacrum Hospitium potestatem auctoritatémque maiorem, Ædiles Plebis eam ipsam Decreto euicère Senatus *Parlamentaris* in Diualibus habiti, An. 1287. prisca ista verborum dialecto. *Cùm contentio mota esset inter Episcopum Ambianensem ex vna parte, & Maiorem & Scabinos Villæ Ambianen. ex altera: Super eo, quod d. Episcopus dicebat, quòd ad ipsum, tam de Iure communi, quàm Consuetudine, pertinebat visitatio, correctio, scire statum Leprosariæ Ambianensis, audire computum d. Domus, & quòd erat in saisina, præmissa faciendi: Maximè cùm Fratres & Sorores d. Domus suo ingressu emitterent tria vota, paupertatis, obedientiæ, castitatis, nec essent coniugati. Dictis Maiore & Scabinis contrarium asserentibus, & dicentibus, quòd ad eos pertinebat, & erant in saisina, custodire dictam*

Concil. Tomo 3.

Meldense Conciliũ.

Magni Consilii Regii Arestum die 10. Mart. Ann. 1592. in executione alterius ab eodem lati, die 28. Nouemb An. 1559. *sur le reiglement de l'Hostel-Dieu de la ville de Mante, entre les Eschevins, M. Ieã Viel, Administrateur dudict Hostel-Dieu, sœur Marguerite Deschamps Religieuse en iceluy, &c.*

Inuentarium Chartarũ Alençoniæ Domus, stirpis Regiæ. Literæ die 7. Febr. An. 1460. *de l'Hostel Dieu de Chasteauneuf, en Timerais.*

Domus Dei *de Fougeres, en Bretagne*, alterna vice præsentantibus Oppidanis & Domino loci, committenda Administratori rationibus obnoxio.

Inquestæ & Apprisiæ expeditæ in Parlamento omnium Sanctorum An. 1287.

Leprosariam, corrigere Fratres & Sorores d. Domus, scire statum, & audire compotum ipsius Domus, ponere tam sanos quàm infirmos clericos & laicos, ponere & deponere Magistrum dictæ Domus: Maximè cum Fratres & Sorores dictæ Domus viuant sine Regula, & liceat eisdem habere proprium, secundùm Vsus & Consuetudinem dictæ Domus. Tandem visa inquesta super hoc facta, Iudicatum est, quòd ad d. Maiorem & Scabinos pertineat custodia dictæ Domus, scire statum, audire compotum d. Domus, ponere tam sanos quàm infirmos clericos & laicos, ponere & deponere Magistrum dictæ Domus, & alia facere, quæ tangunt temporalitatem dictæ Domus, & quod sunt Maior & Scabini in saisina, præmissa faciendi. Cui S. Consulto ritè adplicatur alterum, in Parlament. Omnium Diuor. An. 1295 de Curatore Leprosorum, piique eorum Diuersorij, à *Gressibus* dicti: Quem legi Curatorem, abdicariuè posse Trecensium ciuium arbitrio, P. C. decreuêre contra Senonum Archipræsulem, qui id iuris sibi asserebat. Ex vetustis Curiæ monumentis. Per hunc modum, Præfecto & Decurionibus Fani Florentini Campaniæ Oppidi addixêre PATRES PARISIENSES regimen curationémque patrij Xenodochij. An. 1306. Si tamen, primæua fundationis lege Nosocomij, Episcopo recepta fuerit illius Præfectura superior, tunc penes ipsum integra solidáque ea perstare debet. Qualiter Montismorillonis Pictonum oppidi Valetudinarium comperimus, à Roberto quodam Magnate, qui Hierosolymis domum reuersus erat, conditum, ac dotatum, probante Paschali 2. P. in Trecensi Galliæ Concilio, & Pictauensi Episcopo Petro, ijs legibus nominatim, subscribente, An. 1107. Quippe cui Valetudinario nexum esset monasticum Sacerdotium, & Christiana * Symphratrorum Societas, quam Diœcesani Præsulis censura regi, æquum foret. Vt pleniùs hoc de negotio à Nobis est actum in Ecclesiast. Politia, Lib. 3. Tit. 5.

Parlamenti item Aresto publicè impresso, statutæ sunt Regulæ quædam Curatoribus Pauperum, quos Commissarios Burelli Communitatis Pauperum Vrbis Parisien vocant. Die 21 Mart. Ann. 1584. Quibus & iniunctum fuerat antea, infirmos lōga ægritudine inopes deducere ad publicum Dei Hospitium, donec à morbo conualuissent Aresto die 20. Ian. An. 1582.

Maiori & Communiæ S. Florentini, in Campania Francica, adiudicatum eius loci & oppidi Hospitale.

Id quoque in Biturica vrbe Galliæ prium Hospitale, regi solitum à Maiore & Scabinis, Lib. 6. Cap. 5. Bituricæ Hist.

Trecensis Synodus, de qua, in Can. Mitor. Et seq. Distinct. 50. Cum Aimoini Appendice, Ca 37 in eo Concilio, Flandri, fiunt Tornacensis Diœcesis.

* Confratriæ sacræ Sociorum.

Hospitale, & Prioratus *de Montmorillon, en Poictou*: Vbi & Confratria Domus Dei.

Bulla Vrbani P. *de l'Hospital de Nemours* 3. Nonas Februarij An. 1186. Dilectis filijs fratribus & sororibus in Hospitali de Nemosio ad sustentationem infirmorum & pauperum, sub regulari proposito & habitu deputatis, &c. Domum vestram precibus vestris annuentes, & Philippi Francorum Regis, Thecbaldi Blesen. Comitis, & Galteri Regis Camerarij sub B. Petri & Pauli protectione suscipimus & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt qui inter vos de communi vita ducenda, obedientia, continentia, & abstinentia, de receptione Hospitum, & obsequio pauperum, & sub regulari Fratrum Hospitalis Hierosolymitani, aut etiam sub arctiori viuatis, &c. *Il confirme aussi tous les biens donnez audit Hospital* à dicto Galtero fundatore, &c. De Noualibus verò & hortis vestris quos colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas extorqueat. Statuimus etiam vt laicis non teneamini decimas exsoluere. Capellanum quoque per electionem vestram ad exhibenda pauperibus & infirmis apud vos manentibus sacramenta diuina, sic vt Lucius 3. P. indulsit vobis, & cœmeterium ad sepulturam habeatis, &c.

Arrest de la Cour du 22. Mars 1551. contre Pierre Millan, & Godeau, qui par prouision du Roy, estoient Administrateurs de la Maladerie de Bray sur Seine. Par lequel Arrest, fut dit, qu'outre le tiltre de la collation de la Chapelle annexée audit Hospital, où y a vn Chapellain en tiltre de benefice, pour le gouuernement du spirituel : ledit Hospital sera regy par deux Commissaires, bons bourgeois eligibles par le corps des habitans de Bray, qui exerceront par deux annees, sans salaire, à la charge de rendre compte. Ce reiglement confirmé par Patentes du Roy, du 23. Iuillet 1569. & autres du 26. Iuin 1575.

Pour l'Hostel-Dieu d'Abbeuille fort ancien & priuilegié, y a Patentes du Roy à Blois du 3. Mars 1581. verifiées en Parlement le 10. May audit an, où ledict Roy approuue & authorise l'establissement du Bureau des pauures dudit Hospital, à la requeste des Commissaires establis par le Seneschal de Ponthieu, sur le faict de la Bourse & Police des pauures de ladicte Ville, & veut que ladicte Police des pauures soit administree instar *des autres establies és bonnes villes du Royaume, asçauoir, à Paris, Orleans, & Amiens, &c. Et en cas d'opposition, ou appellation desdits Commissaires en cas de cotization, visitation des Maisons-Dieu inferieures, &c. leur Ordonnance sera executée nonobstant & sans preiudice des oppositions ou appellations.*

L'hospital de Chasteau-thierry fut fondé par le testament de Iehanne de Champagne Royne de France & de Nauarre, le iour & feste de nostre Dame en Mars l'an 1304 en l'honneur de S. Iehan Baptiste & de S. Louys, moyennant 1000 liures de rente.

L'an 1221 en Aoust Albert de Hangest Cheualier Seigneur de Ienly, fonda & dota vn hospital en son Village & Chasteau de Ienly. Mais son fils Iehan de Hangest Cheualier l'an 1245 commua ledit hospital en vne Abbaye de Religieuses de la Reigle de S. Victor, qui sont de Premonstré, dicte l'Abbaye de S. Elizabeth de Iely diocese de Noyon, laquelle nouuelle fondation de Monastere fut confirmee par le Roy S. Louys, comme seigneur feodal souuerain, & l'Euesque aussi emologua ladite fondation l'an 1246.

Hostel-Dieu de Riom, cuius meminit expressim Froissartes Hist. Lib. 4. Cap. 29.

28 Nvper porro in dubitationem Fori incidit hæc de Riomensi Aruernorum Domo Dei species facti. I. Reginus testator, Pauperum Collegio isti legauit annuum Vectigal, quod sibi Mæuius nummis constituerat. Debitor exinde, paucorum annorum pensiones legatario exoluit, Nosocomio Riomensi. Mox facultatibus lapso illo, Pauperum Oeconomus regreditur ad testatoris hæredem, vti rerum locupletem assiduumque præstet, aut pensitet ipse æris reditum singulis annis: Quando pia nimirum legata hæredis sumptu ac periculo luenda videantur. Sicuti multis Auctoribus freti disseruimus lib. 3. Sac. Pol. Ast defuncti hæres econtrario defendit multum referre, certane res ac peculiaris supremo elogio relicta sit, an generaliter concepto legato transcripta. Nam illo casu, euictionem non præstat hæres, qui rem, qualiscumque esset, talem legatario tradiderit. Pomponiana l. si à substituto §. si verò certus l. si legati serui nomine l. si seruus Titij l. legatum est §. fundus. ff. De legatis 1. Aliter quidem, si homo puré, aut nummarium vectigal generatim legatum sit. Tunc quippe hæres euictioni obligatus permanet: cita. l. si à substituto §. hæres generaliter. l. si hæres D. Eodem, l. qui concubinam §. si hæres ff. de legatis 3. Cum Prisci Iaboleni leg. Hæres seruum ff. de euictionibus. Iuxta quam distinctionem ex ea hypotesi pronunciauit Senatus in causis orandis, Decimo sexto Calendas Maias Anno 1598 pro reis conuentis, aduersus Ptochodochij Curatores, qui à Iuridico Aruernorum Prætore apud Riomum supremam Curiam appellarant. Durando, appellantium. & Roberto, aduersariorum causidicis. Persimile Decreto huic latum fuerat priùs ab Ordine Clarissimo in prima Inquisitionum Classe 7. Idus Martias An. 1591. secundùm testatoris hæredem Magdalenum Hunaldum, contra Gabrielem Perrinum, tutorem filiorum Francisci, fratris, legatarij: qui Palatinis libellorum supplicum Iudicibus primis superior euaserat, Dn. Rubentello litis in Curia expositore. Cæterùm ne inopes ægri in Valetudinario rebus egerent tuendæ corporis saluti necessarijs, Reges prisci cumulo adiecerunt primæuæ doti Xenodochij cuiusque portionem Aulici sui commeatus annonarij: Qua propinquius illud hospitio transeuntis Aulæ, vesceretur, frueretur. Id quod Francicus Senatus haud obscurè declarauit insigni Iudicato Parlamentari, pridie Assumptionis Diuæ Dei Genitricis Anno 1274. in hanc formulam. *Priores & Fratres Domus Dei de quarta, Grandimonten. Ordinis, petebant à domino Rege decimam panis, qui expendebatur in Curia sua, quando erat apud Niortum, apud S. Maxentium. Quia dicebant se habere Chartam Regis Angliæ Richardi, & quòd erant in possessione habendi & percipiendi d. decimam tempore Regis Ludouici patris Regis qui modo est, & tempore Comitis Alphonsi, quando tenebant dicta loca, Visa charta regis Angliæ, & visa inquesta super possessione, adiudicata fuit d. Priori & Fratribus saisina decimæ panis qui expenditur in Curia sua, quando est in locis prædictis, & præceptum fuit quod eis redderetur.* Neque ab his multúm abludunt Philippi Pulchri tabulæ munificæ in vicinius quodque transeunti Principi, cum Regia, Diuersorium pium, April. Mens. Ann. 1309. Sed ne diutius è Pontificijs in sacras Aedes priuilegijs aliò euagemur, Hospitalis Cæcorum Parisiensium Casa, quam rex Ludouicus. 9. excitauit, multis honestata est beneficijs à Iohanne 23. qui Præsulatu Romano fungebatur Anno 1412. Apostolici de eo Rescripti seriem accipe. *Nos dilectorum filiorum Magistri & pauperum Cæcorum Hospitalis, siue Domus Dei, domus quindeuiginti Cæcorum nuncupati seu nuncupatæ, olim per B. Ludouicum Francorum Regem Parisius fundati, siue fundatæ supplicationibus inclinati, & eorum inopiæ ac cæcitati pio compatientes affectu, ne ipsi Pauperes à Iudicibus Ecclesiasticis molestentur, eosdem Magistrum & Pauperes, qui nunc sunt, & pro tempore futuris perpetuis temporibus erunt, ac præd. Domum siue Hospitale, cum singulis Membris, rebus & bonis eorum, quæ impræsentiarum rationabiliter possident, & in futurum iustis titulis poterunt adipisci, & eorum Capellam, cum capellanis & clericis, sororibus, alijsque quibuscúnque personis pauperibus & infirmis degentibus in eisdem, præsentibus & futuris, ab omni Iurisdictione, dominio & potestate venerabilis*

Tit. 1. Art. 3.

Parisien. Curiæ Arestum, die 16. April. An. 1598. confirmans Sententiam Seneschali Aruerniæ, à *Riom*.

Placitum Curiæ, die 9. Mart. 1591. ex appellatione, quam testatoris hæres interposuerat à Sententia Requestarum Palatii.

Inquestæ expeditæ & determinatæ, in Parlamento Assumptionis B. Mariæ An. 1274.

D. Ludouicus, Philippi 3. pater, & Alphonsi Pictonum Comitis.

Dei Hospitalibus propinquis locorum, in quibus Rex diuersatur Donum ab eo factum *des feurres ou pailles apportez à cause de luy esdicts lieux, à leur estre baillez, si tost qu'il serot party.*

Bulla Ioannis 23. pro Hospitali 300. Cæcorum Luteriæ die 8. Nouem. An 2 Pont. Cuius Bullæ Commissio executorialis die 8. Maii An. 1414. directa est ad Vilhelmum Abbam S. Germani de pratis ad Abbatem S. Genouefæ, & ad Thezaurarium S. Capellæ Parisien.

Fratris nostri Episcopi & dilecti filij Archidiaconi Paris. auctoritate Apostolica prorsus eximimus, & perpetuò liberamus &c. Fœlicis recordationis Innocentij P. 3. prædecessoris nostri circa exemptos edita, quæ incipit Volentes, ac alijs quibuscúnque Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs nonobstantibus. Nos enim quascúmque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias sententias & quoscunque processus, quas, & quos contra tenorem & formam exemptionis nostræ huiusmodi, promulgari & haberi contigerit, irritos decernimus & inanes. Et nihilominùs volentes, eosdem Magistrum & Pauperes, capellanos, clericos, et personas præfatas amplioris dono gratiæ præuenire: Volumus, et eadem auctoritate præsentium tenore decernimus Magistros Pauperum, Capellanorum, clericorum, et personarum in eadem Domo pro tempore degentium, et præfatæ Domus iurisdictionem, punitionem, correctionem, condemnationem, et expeditionem, prout casuum et temporum necessitas postulabit, ad dilectum filium Eleemosynarium Regis Francorum illustris pro tempore existentis, etiam pro tempore existentem, dummodo sit in aliquo sacrorum ordinum constitutus, alioquin ad primum Capellanum præd. Capellæ in perpetuum pertinere. etc. Datum Romæ apud S. Petrum 6. Idus Nouembr. An. 2. Pontificat. An. 1412.

29 Religiosi Mendicantium Cœtus perinde reguntur Augustiniana norma, ac suprascripti alij, profanis facultatibus in commune dotati B. Antonino teste, Summar. parte 3. quo in genere existunt Prædicatorij Ordinis viri, quos in summa egestate Christo egeno famulantes commendat Gregorius 9. Præfectis sacrarum Ecclesiarum: ne eos variis oneribus premant specie Ecclesiastici in diœcesanos Antistites obsequij. Decretali Epistola 17. De excess. Prælat. qua quidem, Franciscanos pariter alleuatos voluit Sanctissima Sedes. Dominicanos item, æqua Seraphicis Fratribus lege metitur Alex. 4. P. vti intra annum probandæ explorandæq; Nouitiorum religionis ac constantiæ, neutiquam præcipitent solennem monastici Instituti professionem ipsorum. Cap. Non solùm De regularib. In 6. Præterea Gregorius 10. Lugdunensis Consilij Præses exemit derogatoria sua nouorum Ordinum Mendicorum Sanctione, notos quatuor, Rom. Sedi iamdudum, cum elogio, acceptos gratósque: Prædicatores nempe, Minores, Eremitas Augustinianos, & Carmelitas. Cap. vn. §. sanè De relig. domib. Apud Bonifacium 8. Planè B. Dominicus moriens, votiuam illam Paupertatem inculcauit sacris Sodalibus, ceu commodissimum Virtutis organum: ac vltrices adeò Numinis Diras imprecatus est cœnobitæ profanarum opum captatori. Vt Dominicanæ Familiæ alumnus prodidit memoriæ D. Antoninus, de supremis B. Dominici verbis, quùm ab hoc Exilio ad cœlestem Patriam euocaretur, Chronicón Parte 3. Tit. 32. Cap. 4. §. 13. Imo & ante eum, Baldus Perusinus I. C. retulit vltimæ voluntatis sententiam istam Ducis suæ Sectæ Dominici Calaguritani. *Hæc sunt, Fratres charissimi, quæ vobis, tanquam filiis, possidenda relinquo; Charitatem habete, Humilitatem seruate, Paupertatem voluntariam possidete, Quanta verò possum districtione prohibeo, ne quis in hunc Ordinem possessiones Dei inducat, maledictionem Dei imprecans contrarium facienti.* Ex quo Baldus I. C. censuit, (Responso 438. Lib. 2.) Prædicatores Fratres, ac Minores, rerum soli, quouis titulo incapaces videri: donatas tamen ipsas, aut legatas venire debere, vt earum pretium in diurnos Monachorum vsus, sumptuariásque rationes necessarias insumatur. Sicuti de talium venditione ac pretio immobilium Nicolaus 3. P. statuerat in gratiam Mendicantium cœnobitarum, ex præscripto Clementis 4. antecessoris. Quorum de eo Pontificum Diplomata Baldus ibidem recitauit. Nec diuersum sensit ipse de Fratribus Carmeli Montis: Quos hac in parte Dominicanis, Seraphicísque sodalibus adæquauit Respon. 232. Eod. Volum. 2. In sacræ tamen Basilicæ fulturam ac instaurationem parta his, rata manent. Ex Viennensi Præsulum Synodo, in Clem. dudum §. verùm De sepult. Et Francisc. Marci Decisione 534. Part. 1. Nomina quoque debitorum illis licitè transcribuntur, vel mouentia se alia, in causam alimentariæ pensionis singulorum. Iudicio Baldi, qui multis de eo præclarè disseruit vtrobique suprà, & in Authent. si qua mulier Cod. De sacros. Eccles.

Tit. 16 §. 5.

Cap. Nimis praua De excess. Prælat. Vbi 12 grauamina Fratrib. Prædicatoribus, & Minoribus illata designantur: à quib. Prælatos abstinere, Papa præcepit.

Dominicani, immobilium sunt incapaces, ex suis Constitutionibus, non ex Regula originali: Vt Canonici regulares, de regula B. Augustini, & sic possent quodammodo habere proprium in communi. Cap. sanè De regular. Nam Constitutiones faciliùs mutantur quàm Regula ipsa. Secus de Franciscanis, qui ex sua Regula nil propium habere queunt omnino P. Anchatani Consil, 65.

An sacri Mendicantes, pro iis quæ possident immobilibus, teneantur conferre in Charitatiuum subsidium, Legato de latere Apostolicæ Sedis impendendum, ex clausula Bullæ, exemptos etiam generaliter grauante. Illos non teneri, putat Hostiensis, in Cap postulasti De Rescript. Vide tamen Ancharanum, contra disputantem, in Consil. 109.

Cap. 3. De verbor. signific. in extrauagan-

tibus Ioannis 22. P. Dominium rerũ, quæ perueniebant ad fratres minores, retentum ab Ecclesia Romana, simplici vsu facti fratrib. ipsis reseruato in Cap. Exiit qui seminat. eod. Tit. In 6. Summus Põtifex refutat, probans eos non posse habere simplicem vsum facti in re aliqua vsu consumptibili.

Decretum Curiæ solenniter pronuntiatum, die 14. Augusti 1584. *pour vn Cordelier de Preuins en Brie.*

Eundem in sensum ritè torquetur Pontificia Nicolai 3. Constitutio antepenult. §. cæterum de verb. signif. Lib. 6. Decretal. Epistol. Quapropter Ancharanus I. C. vulgari vsu receptum ait, vt prædiariæ rès, sacro Mendicorum Sodalitio oblatæ, distrahantur, redactaque inde pretij sors confestatur in victum, libros, aliaque legatario Cœnobio necessaria Respon. 56. ex Speculat. opinione. in Tit. De stat. monach. Cum Gloz. Cap. 1 De relig. domib. in 6. Hoc quoque Iuris problema exagitat Ancharanus, Consil. 321. non modò inter Dominicanos, & Minoritas, sed Eremitas etiam Augustinianæ Societatis, ac Seruos B. Mariæ: Quos tamen postremos negat Mendicantibus adscribendos. Nec dissimili argumento Senatus Parisiensis cuidam addixit Franciscano apud Priuinum oppidum Meldensis prouinciolæ, vsumfructum Reditus annui à matre legatum: Cuius alioqui Reditus proprietatem Cœnobium ipsum retinere non posset. S. Consulto, purpurea in Toga prolato, postridie Idus Sextiles An. 1584. Vtut sit, Clemens 5. P. Mendicantium Ordinem professis, qui ad alium, nec illicitè, transijssent, interdixit iure suffragij in Comitijs Sodalium, publica item Muneris functione in Cœnobio ipso, vel Præfectura quauis Monastici sacerdotij. Cap. 1. De regular. In Concilio Viennensi. Ad hæc, sacri Mendici omnes, pari Legis sanctione tenentur Ioannis 22. P. Qua Lege vetuit, minores 27. annis vocari ad Ecclesiasticas quasdam Dignitates, pluribúsque in Conuentu Nolis vti. Cap. 1. De postul. prælat. Et Cap. 1. De offic. Custod. in Extrauag. commmib.

In Religiosorum Mendicantium Conuentibus plures Campanæ esse non debẽt.

Mendicantium Priuilegia, clausa in corpore Iuris cõmunis.

De Priuil. in Extrauag. commun.

30. Evangelicæ Paupertatis, aliáque Mendicantium Vota alleuantur sparsim Apostolicis Priuilegijs. Nam Pontificia Lege velut in æs incisa constat, Mendicos Cœnobitas, alium Ordinem subire, etsi arctiorem, prohiberi, vno dempto Carthusiensi. Martini 4. Constitutione 1. De Regularib. in Extrauag. commun. Imbi quoque, singularia Iura à Benedicto 11. P. irrogantur tria Dominicanis & Franciscanis, concionandi scilicet, lapsis Confitentibus aures accommodandi, & vita functos sepeliendi. Cap. 1. De Priuil. Prædicatorium verò Ordinem, qui exorsus est iam inde ab Inno-

Matth. Paris in Angl. Histor. describit ad verbum priuilegiariam Bullam, Gregorij 9. pro Fratribus Prædicator. 5. kalend. Octobr. An. 1. & Innocentij 4. 16. kalend. Iun. Ann. 1. vt ab Ordinarijs ad prædicandum benignè recipiantur, ad confessiones audiendas: Exceptis ijs qui Fratres Prædicatores se dicentes ad quæstum se pecuniarium conuertendo, per quod Religio eorum Mendicantium infamaretur, prædicare attentarint.

Vrbanus Quartus Pontif. Gallus Idibus Ianuarij Ann. 1261. indulsit Magistro generali & Prioribus Fratrum Prædicatorum, vt vota quæcunque Ordinem intrantium, in Obseruantias regulares commutare valeant.

Innocentius Quartus Pontif. Ann. 1253. Decimo Kalend. August. multa priuilegia concessit Prædicatorum Fratribus in partibus Orientalibus, & terris infidelium ad prædicandum Christi Euangelium proficiscentibus.

Iacobinorum Ordinis Confirmatio, die 22. Decem. An. 1216.

Apostolica Bulla, die 14. April. An. 5. Pontific. Alexandri: Quæ incipit, Quasi Lignum vitæ in paradiso Dei & quasi lucerna fulgoris in domo Domini, est in sancta Ecclesia, Parisien. Studii disciplina.

Clementis 4. Literæ die 3. Iunii An. 1. P. Item Nicolai 4. die 28. Iulii, An. 1. Pont. Dein Bonifacii 8. die 24. Maii An. 2. Pont. Martini 5. die 15. Iul.

centij Tertij Pontificatu Ann. 1203. sanxit Honorius Tertius Pontif. Vndecimo Kalend. Ianuar. Ann. 1216. Tum Alexander Quartus vestigijs inhærens Gregorij Noni, beneuolum se præbuit Beati Dominici sectatoribus, qui in Academia Parisiensi cultiorum literarum studijs incumbebant, & Academicas inter eos Constitutiones probauit. Rescripto postridie Idus Apriles Ann. 1259. Inde Clemens Quartus Narbonensis, ciuilia quæque Instituta dictauit particulatim Dominicanæ Familiæ, Tertio Nonas Iunias Ann. 1265. Nec ita multò pòst, Nicolaus Quartus Pontif. monasticam hanc Prædicatorum Sectam exemit quorumcunque imperio ac potestate Antistitum Ecclesiæ. Quinto Kalend. Sextiles An. 1288. Tum Bonifacius 8. priuilegiaria cuncta Sodalitij capita repetijt ac nouauit. Decimo quarto Kalend. Iunias An. 1296. Ordinis præterea immunitatem ac exemptionem fulcijt Martinus 5. ex Constantiana Synodo Idib. Iulijs An. 1417. Rursùm Eugenius 4. ratas habuit Pontificias Bonifacij

Bonifacij.8.(Super Cathedram) & Clementis.5. (Dudum) Leges, de libero Concionum sacrarum, Confessionum, & Sepulturæ munere obeundo. Bulla ta charta. 17. kal. Februar. An. 1446. quam Nicolaus.5.P.comprobauit Tertio Calend. Quintiles An. 1448. Ne istuc, velut in proscænium, producam Gregorij. xj. diploma Auenionense, secundum cucullatos, B. Dominici titulo, sacerdotes, Pridie Nonas Mart. An. 1374. periodo sequenti. *Magister electus, ipso facto habet plenitudinem potestatis super omnes Fratres & Sorores Ordinis. A Diffinitoribus tamen Capituli generalis absolui potest &c. Liceat Fratribus, à quocunque Episcopo sine dimissorijs sacros Ordines sumere &c. Magister, & singuli Priores prouinciales, & Conuentuales, eorumque Vicarij poterunt, Fratres quacunque excommunicatione soluere: nisi adeo grauis enormisque excessus fuerit, quòd sint ad Sedem Apostolicam meritò destinandi &c.* Iisdem Tabulis derogatur receptitio iuri Quadrantis parœciaco Fano debiti ex Testamentariis legatis, vel funebribus exequiis: Quem Clemens. 5. quadrantem curiali Templo reseruarat, Cap. Dudum De sepult. In Concilio Viennensi. Talem quoque derogatoriam clausulam inseruit Eugenius. 4. Rescripto suo Idibus April. An. 1443. Nec pauca iis accessêre posterorum Christiani Orbis Pontificum Max. in Dominicanos munera eximia, Xysti. 4. Pridie kal. Septembres An. 1474. & Septimo Calend. Sextiles An. 1479. Iulij. 2. P. Lucc. 3. Augusti An. 1508. de libertate sacrarum Confessionum audiendarum, tum Postridie Idus Decembres Anno vertente, de iusta ac licita Fratrum assumptione ad gradus Theologicæ laureæ. Dein tertio Kal. Mart. & pridie Nonas Nouemb. An. 1510. ne à *Regularis* abdicatione Officij prouocans audiatur. Quam quidem Iulij. 2. sanctionem postremam renouauit Leo. 10. P. tertio kal. Maias An. 1518. ex prisco Bonifacij. 8. Interdicto, ne à Cœnobiticis Magistrorum præceptis appellationes recipiantur. In summa, Leo ipse Prædicatoribus communia fecit, quæ Franciscanis priuatim; Eremitis Augustinianis, Carmelitis, nouellæque tunc Minimorum Sectæ data Priuilegia erant. Codicillis. xj. kal. Quintiles An. 1518.

An. 3 Pont. Eugenii. 4. die. 15. Ianuar. 1446. Nicola. 5. die. 29. Iun. 15. 8.

Die. 6. Mart. An. 4. Pontif. Gregorii. xi.

Quartæ parochialis reseruatio ex legatis, vel impensis in funus defuncti, sublata, fauore Mendicantium Religiosorum.

Die. 13. April. An. 1443.

Bullæ Syxti. 4. die vlt. Augusti. 1474. & 26. Iul. 1479. de reuocatione quartæ partis a Clemente. 5. taxatæ, dandæ parochialibus Ecclesiis. Et quòd omnes Prælati à Iacobinis requisiti, eos Apostolica auctoritate tueantur. &c.

Iulii 2. Literæ, die. 14. Decemb An. 1509. Magistrum Ordinis posse, socios idoneos ad omnes Theologiæ gradus promouere, & Sorores de Pœnitentia recipere ad. 3. Vota.

Die. 27. Feb. & 4. Nouemb. An. 15 0.

Die. 29. April. An. 1518.

Die. 21. Iun. 1518.

31. CÆTERUM Prædicatoriam in Classem illam relati sunt Fratres ac Sorores militiæ IESU CHRISTI, aliàs de *Pœnitentia S. Dominici.* Quorum Ritus Institutáque sensim probata sunt Gregorio. 9. Honorio. 4. Iohanni. 22. Bonifacio. 9. Innocentio. 7. ac Eugenio. 4. Ecclesiæ Præsulibus summis. Tali enim Militiæ causam præbuit Dominicus Calaguritanus, quùm, debellatis iam ab eo impiarum hæresum monstris, Italia tota & Gallia Narbonensis succenturiatos CHRISTI milites excitauit, piis armis repetituros, quæ ab Hæresiarchis ereptæ fuerant Templorum res prædiariæ, ac spoliatis ipsorum Præfectis reddituros. At sublato è viuis Dominico, Fratres isti militantes nomen mutarunt, & Fratrum *de Pœnitentia* titulo sunt insigniti. Vt Fr. Raymundus Capuanus, Magister Ordinis, enarrat in vita B. katharinæ Senensis: quæ eam Sectam complexa, inter cœlestes Beatorum choros transcripta fuit à Pio. 2. Christianæ Religionis Antistite. Equidem Thomas Firmus, Sodalitij sua ætate Primas, vulgari idiotismo exposuit Regulam eiusce Militiæ IESU CHRISTI, seu *de Pœnitentia B. Dominici.* Ast celebrantur cumprimis Fratrum Prædicatorum Constitutiones, quæ solennibus in Comitijs Ordinis sigillatim perlatæ, iustum Volumen exæquant: quod Vincent. Bandellus Scholijs perpoliuit. Verbi causâ, in Monpessulano Fratrum Congressu maiore Anno 1247. & apud Mediomatrices Anno 1313. cautum fuit, Episcopos, qui Dominicana in vota iurassent, Religiosa veste, ieiunijs, aliisque partibus, quæ Episcopali muneri gerundo nil obstarent, Ordinis præscripta accuratè exequi debere: alioquin Socios illis datos, in Claustra reuocari. Ibidem, lustrales Confessiones exterorum audire prohibentur Cœnobitæ, nisi Inquisitoribus scripto adprobati, & cum bona Ordinarij cuiusque Pastoris venia. Sodales item Dominicani, legatorum Dispensatores esse nequeunt, seu rei Testamentariæ Procuratores, nisi ex superioris Magistri permissu. Singulis prætera non licet, in vsum sibi concessa, suisuè

Fratres & Sorores de Militia Iesu Christi, eorúmque Ordo & Regula confirmantur à Sede Rom.

Fr. Thomas de Firmo, Magister Ordinis Prædicatorum.

Frat. Vincent. Bandellus, de Castronono, Generalis Ordinis, in Statuta ipsius Declarationes argutas compilauit.

Sic Clemens. 5. in Concilio Viennen. statuit, nulla clericis aut laicis sacramenta ministrari à Religiosis, absque Curati illorum licentia, neque etiam excommunicatos absolui debere. Cap. 1. De priuil. & excess. priuileg.

parta operis, effuse aliis largiri aut æs alienum quoquo pacto confla-re. Sancitum, ad hæc, ne intra ætatem 25. annorum prodeat quis in suggestum cócionaturus extra Claustrum, Fratrumque consortium, nec in finibus quidem alterius Conuentus, Prouinciæuè monasticæ, ni priùs exorato ipsius Præfecto prouinciæ, vel Conuentus. In publica rursus Diuinorum eloquiorum Prædicatione, non expedit colligere pecunias. Nouitiorum verò bona, quę hi grandiuscula ætate ad Conuentum detulerint, communi in Arca deponi iubentur, nec ante votiuam Professionem abalienari. Monasticæ insuper exercitationis tyrones, qui ad alios Conuentus emissi sint, vetantur, in his Professionem illam edere, præterquàm eius assensu Conuentus, abs quo Religiosam togam cultúmque Ordinis sumpserint. Vt statutum fuit in celeberrimo sacrorum Sodalium Cœtu, apud Massiliam Phocensis Prouinciæ Anno 1300. Cœnobitica autem Instituta qui ex professo vouent, eorum nomen est, cum Die, Mense & Anno, solennibus Actis inscribendum. Comitiali decreto apud Lutetiam Parisiorum Anno 1246. Inde profanas facultates venari, & amplecti, Dominicanis nefas. Tridentinæ tamen Synodi sanctione, Monastica etiam *Mendicantium* Collegia, res soli possidere sinuntur indiscriminatim: Demptis modò Fratribus B. Francisci *Capuccini*, & Minoribus, ab *Obseruantia* vulgò nominatis. Prædicatoriæ deinceps Familiæ Alumni, qui Sacerdotia, re, speuè certa nacti sint, inhabiles fiunt ad *Regulares* Præfecturas seu Magisteria, dicundæque inter suos sententiæ prærogatiua excluduntur. Ampliùs, monastici Diffinitores, Comitialibus lecti suffragijs, libera præditi sunt potestate in singulos Cœnobitas, Ordinisque adeo Magistrum delinquentem ritè coërcent, ac, prout admissi qualitas suggesserit, abdicant Magistratu. Quòd si è Familia ista, * Ecclesiastes, in popularibus cœlestium Oraculorum præconiis, vellicet nomen Romani Pontificis, in carcerem coniiciendus est, nec vinculis antea eximendus, quàm coacto maiori Concilio Ordinis, cum noua per illum Palinodiæ cantione, & retractatione conuitiorum. Existunt etiam Dominicanæ aliæ Constitutiones, quêis auctoritatem suam Bonifacius 9. P. interposuit, authenticis tabulis Quinto Calend. Maias An. 1402. Vnà cum Lib. *de Instructione Officialium Ordinis*, quem huius Antistes summus, Frat. Humbertus concinnauit. His subiungere est Formularium Codicem, de rebus ad Officium Præfecti Prouinciæ Conuentusque spectantibus: quem vulgandū curauit Fr. Vincentius Iustinianus, Ordinis suo seculo Princeps. Porro in antiquioribus S. Dominici Casis numeratur Tholosana, hinc Lutetiana D. Iacobi Cella, quam piè erogauit Iohannes, decanus Fani Quintini, cum Academia Parisiorum, Anno 1218. Negotium imprimis promouente Frat. Reginaldo, sacri Euangelij præcone eximio. Lemouices inde missus fuit Fr. Petrus Cellanus, vbi Conuentus Ordinis, cum Cœnobio, statim erigitur. Subinde Rhemos, & Aureliam legati Sodales B. Dominici, ac Monasterium vtrobique nouo Gregi Prædicatorio adparatum. Gallicos denique omnes, Italicos, & Hispaniarum Conuentus Dominicanos percenset B. Antoninus, Chronic. Parte 3. Tit. 13. Cap. 13. Prima autem Ordinis Comitia, Bononiæ habita sunt à Dominico suæ Sectæ Primicerio, An. 1220. & 1221. Quibus in Comitijs decretum, nullas fundorum possessiones, reditusque prædiarios à Fratribus retineri, & si quos tenuerint priùs, derelinqui, repudiari. Aliquantò quidem pòst, Vilhelmus à S. Amore, qui degebat Parisijs, dentata charta persecutus est sacras huiusmodi MENDICANTIVM Familias, votiuàmque Paupertatem, Libello porrecto Apostolicæ Sedi, cui Innocentius 4. præerat. Sed quemadmodùm Angelicus doctor Aquinas, scripta Apologia, contudit Vilhelmi proteruiam: ita Alexander 4. Innocentij in Cathedram successor, expunxit Innocentiani Diplomatis clausulas, quæ Ordinis iura minuere putarentur: Quem & Ordinem æquus Religiosorum patronus, varijs beneficijs affecit. Nonis Aprilib. An. 1255. De Canonico illo, Mendicorum

In Capitulo generali Iacobinorum Lutetiæ, ordinatum fuit An. 1254. ne Fratres susciperent commissiones causarum, arbitria vel iudicia, nec pignora vel obsides, nec per Episcopalem iurisdictionem aliquos coercerent.

Capitulum generale Ordinis, apud Massiliam, in Comitatu Prouinciæ.

Concilii Sessione 25. Decreti de Regularibus & Monial. Cap. 3

Apud Treuerim, sancitum in Capitulo generali An 1289. solum Magistrum Ordinis, aut Priorem prouincialem, non eorum Vicarios, posse dare licentiam recipiendi Episcopatū.

* concionator.

Statuta Ordinis Prædicatorii, à Bonifacio 9 P. confirmata, die 27. April. An. 1402. Libri Capita, de officio Magistri Ordinis, de officio Prioris prouincialis, de officio Prioris conuentualis, De officio Supprioris, de officio Magistri Nouitiorū, De officio Magistri Conuersorum, De officio Correctoris Familiæ, de officio Succentoris, De officio Sacristæ.

Bononiæ, in Italia, primum Capitulum generale Ordinis Fr. Prędicatorum.

An. 1254. Gulielmus de S Amore, Canonicus Matisconen. suo Libro probare nitebatur, Fratres nō posse de communi viuere, nec mendicare, nisi cum damnatione animarum suarum. Vnde Innocentii 4. P. Bulla iis interdictum fuit Parœcianorum receptione in Ecclesiis suis dieb. festis, eorumnè confessiones audire sine speciali licentia sacerdotum parochialiū, aut inter Missarum solennia prædicare.

cœnobitarum æmulo, D. Antoninus, Chronicon Parte. 3. Tit. 23. Cap. 5. §. 1.

32 B. AVGVSTINI Eremitæ, hunc iam sibi locum vindicant inter addictos Augustinianæ Normæ sacerdotes, cucullatos. Illi quippe, in auspicatu Ordinis, Eremum incolebant: Queîs Innocentius. 3. collato Priuilegio, gratificari cœpit, & Honorius. 3. addidit tutelare præsidium Apostolici Imperij. Verùm ijs dehinc intra mœnia Vrbium clausis, Iohannes. 22. P. Monasterij sedem idcirco statuit, Ticini præsertim apud Insubres, vt D. Augustini corpus sacratissimum, quod è media Africa in Sardiniam, hincque Ticinensem in vrbem translatum fuerat, religiosiùs custodirent. Antea necnon Eremicolæ isti, concessu Alexandri. 4. P. Ciuitates adierant, inhabitarant: quò, publica Verbi cœlestis promulgatione, ac exemplo piorum Operum, Christianis ciuibus in commune prodessent. Sicuti auctor est grauissimus, in Chronicis, D. Antoninus. Primaria autem, Innocentij. 4. nomine, voluuntur nunc Priuilegiorum in Ordinem hunc Rescripta, 7. Idus Septemb. An. 1254. tali sermone. *Domos vestras, in quibus Diuino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis Scripti priuilegio communimus &c. Quascunque hortos & syluas, ac quæcũque bona, præd. Domus, impræsentiarum iustè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum à largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium, seu alijs modis poteritis adipisci, firma vobis permaneant &c. Sanè Noualium vestrorum, (quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis,) de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de hortis, virgultis, & piscationibus vestris, nullus à vobis decimas exigere præsumat. Liceat quoque vobis, clericos, aut laicos liberos, à seculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eos retinere. Prohibemus insuper, vt nulli Fratrum vestrorum, post factam in Domibus vestris professionem, fas sit, sine Prioris licentia, de ijsdem discedere: discedentem verò, absque communium literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere &c. Insuper prohibemus, vt nullus Episcopus, vel quælibet alia persona, ad Synodos vel Conuentus forenses vos ire, vel iudicio seculari de propria substantia, vel de possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad Domos vestras causa ordines celebrandi, vel Conuentus publicos conuocandi venire præsumat, nec regularem Prioris vestri electionem impediat, aut de instituendo, vel remouendo eo, contra Statuta Ordinis vestri se intromittat. Pro consecrationibus verò Altarium seu Ecclesiarum, pro oleo sancto, & quolibet Ecclesiastico Sacramento, nullus à vobis sub obtentu consuetudinis quicquam audeat exigere. Sed hæc omnia gratis Episcopi diœcesani vobis impendant. Quòd si sedes Episcoporum diœcesanorum vacarint, interim omnia Ecclesiastica sacramenta à vicinis Episcopis accipere liberè possitis: sic tamen, vt ex hoc in posterum proprijs Episcopis nullum præiudicium generetur &c.* Quæ quidem Alexander. 4. Priuilegia constabilijt binis Tabulis. 13. Kalend. Apriles An. 1254. & Pridie Iduum April. An. 1255. hac subiecta prioribus clausula, *Vt ad receptionem, vel prouisionem alicuius, in pensionibus vel beneficijs Ecclesiasticis, aut ad solutionem Collectarum seu Exactionum quarumlibet, vel Vicesimæ cogi à nemine valerent per literas Apostolicas, impetratas vel impetrandas.* Pari pietate, Vrbanus 4. sanxit Pontificias anteriores, Regiasque Augustinensis Familiæ exemptiones à nummarijs collationibus, & Indictionibus Fisci. Sacro Diplomate pridie Kal. Maias An. 1261. Porro Honorius 4. fertur, talem Eremitarum Ordinem, Lutetiæ nondum receptum, probasse. In Chronico Tritthemij Bonifacius item Octauus Monasticæ huic Familiæ applausit, beneficis Codicillis 12. Kalend. Februar. An. 1298. in hæc verba. *Dilectis filijs Priori generali, & vniuersis Prioribus & Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini &c. Vos, & præd. Ordinem, personas, & Ecclesias, Oratoria, domos, & res alias & loca vestra, ac spectantia ad eadem, in quibus inhabitatis, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, ac personis degentibus in eisdem, in ius & proprietatẽ B. Petri & Apostolicæ Sedis assumimus, illáque à cuiuscũque Diœcesani, & cuiuslibet alterius Iurisdictione & dominio omnimodè in perpetuum eximimus de gratia speciali &c.* Is quoque P. Sodalitij dignitatem auxit tali Indulgentia Diplomatica, 17. Calend. Febr An. 1302. *Sepulturã in Ecclesijs & locis vestris liberam esse censemus, vt eorũ deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint (nisi excommunicati, interdicti aut etiam publicè vsurarij fuerint) nullus obsistat. Sta-*

Alexandrina Bulla. die. 5. April. 1255. Augustinis.

Innocentius. 3. confirmauit locum S. Antonii in Ardigneta, prouinciæ Senensis. Italorum. Cuius formam Priuilegii vidisse se ait D. Antoninus Parte 3 Tit. 24. Cap. 14. § 3.

Bulla Innocentii. 4. P. die. 7. Septemb. 1254. pro Augustinianis Eremitis.

Martinus 5. P. hæc Augustinensium priuilegia confirmauit Bulla 4. Cal. Maii. An 6. Pontific. Ac Eugenius. 4 Decimo Kalend. Augusti An. 1433.

Pontificia priuilegiorum Confirmatio, Die. 20. Mart. An. 1. Pontif. & die. 12. April. An. 2.

Immunitas Collectarum, & Exactionum secularium, quam Reges Augustinianis tribuerunt, a Pont. Max. confirmata, Die vl. April. An. 2 Pontif.

Bonifacianæ Bullæ, die 21 Ianuar. An. 4. Pontif. Et die. 16. Ianuar An. 8.

Augustiniani, Andegauæ vrbis, præter Apostolica priuilegia, variis affecti sũt Muneribus à Bertrãdo de Beauuau de Precigny, & Præfecto Aulæ Renati Andegaui, Siciliæ regis. Circa Ann. 1460. Bertrandus enim illorum Templum, claustra, ædificiaque funditus restaurauit, ac eximia quaque instruxit supellectile. ibi demùm tumulatus. Ex Andegauensi Histo.

tuentes, vt nulli Religiosi, vel seculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum in vestris Cœmeterijs sepelire, aut in Ecclesijs vestris Missarum solennia, vel pro animabus eorum, qui ad loca vestra tumulandi ferentur, ibidem exequias celebrare, sine vestro assensu præsumant. Cæterum Constitutione nostra, quam super Prædicationibus faciendis, Confessionibus audiendis, iniungendis Pœnitentijs, absolutionibus impendendis, sepultura, & quarta portione obuentionum tam Funeralium quàm relictorum, datorum in personis Fratrum Prædicatorum & Minorum, Ordinum, olim edidimus, in vestri Ordinis Fratribus per omnia volumus inconcussè seruari &c.

Confirmatio, & ampliatio priuilegiorum Fratrum Eremitarum S. Augustini, nec non totius Ordinis Congregationum, Fratrum, Monialium Corrigiatorum, Mantellatarum, ac Confraternitatum. Per Bullas Clementis 7. Die vlt. Octob. An. 1530. Dilecto filio Gabrieli Veneto, totius Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini Priori generali.

Origo Canonicorum regulatium Lateranen. Ordinis S. Augustini, ab Apostolis primùm originem traxerunt. Sed hęc congregatio post modùm, à B. Augustino diuinis regulis illustrata fuit, & cum per tempora varias habuissent reformationes, iuxta illas, diuersa nomina sortitas, & inter alias, prima fuit hæc Lateranensis Congregatio, quæ tandem in Italia in agro Lucensi An. 407. apud Canonicam S. Mariæ Frigionariæ prope ciuitatem Lucæ reparata fuit à quodam Clerico Romano nomine Bartholomæo, & ab eius socio Iacobo de Auoga. Sed prius per 800. annos, vsque ad Bonifacium 8. in Ecclesia Lateranen. de vrbe, à Gelasio R. P. instituti fuere sub Regula D. Augustini, licet plures inde eiecti sint, & iterum regressi, sub Syxto 4. illius Ecclesiæ possessionem amiserunt omnino non tamen Titulum & Priuilegia, quæ idem Pontifex ijs reseruauit, vnà cum Monasterio S. Mariæ Pacis, in quo adhuc Romæ perseuerant. Ex Collectiore Priuilegiorum sacrorum Ordinum Fratrum Mendicantium & non Mendicantium, per Ioh. Baptistam Confertium, Florentinum, Protonotarium Apostolicum, Theolog. Doctorem An. 1598.

Constitutiones ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini recognitæ & in ampliorem formam ordinémque redactæ, in eius Congregatione generali, Iubilæi An. 1575. à Fratre Thadæo, Perusino, Ordinis Eremitarum S. Augustini Priore generali, incipit Regula B. Augustini, Dilectio Dei & proximi, Omnes vnanimiter & concorditer viuite & honorate in vobis inuicem Deum, cuius templa facti estis, Psalmis & hymnis canoratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Carnem vestram domate ieiunijs. Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrimè finiatis, ne ira crescat in odium &c. Qui vobis præest, non se existimet potestate dominante sed charitate seruiente fœlicem. Circa omnes seipsum bonorum operum præbeat exemplum.

Constitutiones autem Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini in sex Partes. Prima continet quæ ad diuinum cultum spectant. Secunda quæ ad Ordinis Obseruantias. Tertiò agitur de electionibus & de omnibus Ordinis gubernationem spectantibus. Quarta de cura & regimine Monialium ac Mantellatarum d. Ordinis. Quinta de studijs, gradibus & officio prædicationis. Sexta de culpis, pœnisque eis debitis.

Frater Iordanus de Saxonia, Germanus, Ordinis Fratrum S. Augustini de Eremo, qui claruit An. 1410. scripsit vitas Fratrum d. Ordinis, Apologiam Ordinis, Vitam S. Monicæ, in Apocalypsin, Sermones de Sanctis, De Passione Domini. Obijt Viennæ Austriæ. De quo Tritemius Abbas Lib. De scriptoribus Ecclesiast. Et Iacob. Bergomensis, Lib. 14. Supplementi chronicor.

Henricus de Vrimaria, ex hoc Ordine Fratrum Eremitarum D. Augustini doctiss. & sanctissimus claruit temporibus Ludouici 4. Imp. & Benedicti P. 12. An. 1334. Quem tamen frater Iordan Saxonicus, in Vitis Fratrum scribit, se adolescentem vidisse Bononiæ in Italia.

Augustins fondez au Conuent de Brou, en Sauoye, par Marguerite d'Austriche, veufue du Duc Philibert 2. de Sauoye, l'an 1505. selon l'institution de S. Nicolas de Tolentin; Ex Lib 3. Chronic. Sabaud.

Les Conuents des Augustins d'Italie, à Pauie, Rome, Naples, S. Iacobi Bononiensis, S. Marci Mediolan. Eremitarum Parauinus, S. Stephani Venetus, S. Stephani Florentinus, S. Augustini Senensis, S. Augustini Genuensis, S. Nicolai Pisanus, & Augustini Anconitanus, S. Iohannis Euangelistæ Ariminensis, S. Augustini Pisaurensis, S. Margaretæ Taruisinus, S. Euphemiæ Veronensis, S. Augustini Firmensis, S. Augustini Panormitanus, S. Augustini Messinensis.

De Prædicationis Officio, Episcopum semper cogitare debere ait B. Gregorius, Lib. 2. Epistolarum. Cap. 39. & Carthaginen. Concil. 4. Cap. 20. Et Trident Concil. Sessione 24. Cap. 4. Sicuti Christus Apostolis quorum in vices successerunt Episcopi, specialiter injunxit. Ite in vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ.

Clementis. 6. Bulla, die. 19. Iulij An 6. Pontific. à Successoribus confirmata, die. 10. Mart. 1439. die vlt. April. 1450. & die. 7. Februar. 1474.

33. HORVM porro fauore Cœnobitarum, decreuit Clemens. 6. Pontifex, quòd ratione cuiuscunque delicti, contractus, vel rei, conueniri non possint coram quibusuis Diœcesanis alijsuè Iudicibus, tanquam perpetuò ab ijs exempti, fœlicis recordationis Innocentij. 4. Pontifex, & alijs Apostolicis Constitutionibus contrarijs nonobstantibus &c. Literis apud Auenionem exaratis. 14. Kalend. Sextiles Anno

1347. Quas Eugenius. 4. Pontifex firmauit tertio Calendas. Apriles Anno 1439. Nicolaus quintus pridie Kalendas Maias Anno 1450. & Syxtus. 4. ſeptimo Iduum Februar. Anno 1474. cum horum adiectione Capitum ſummorum. *Quòd prior generalis, quamprimùm eſt electus, facto ipſo eſt confirmatus: Quomodò & quando Fratres poſſunt communicare ſeculares: Quomodo Eccleſiæ parochiales, quæ veniunt ad Ordinem, ſunt exemptæ, nempe in Conuentu Fratrum in ijſdem Parochijs, vel ſi conceſſæ ſint Fratribus, vt per Cappellanum ab ijs ponendum Curam exerceant. Item de auctoritate Prioris generalis pro Fratribus abſoluendis: De Exemptione. Quartæ funeralium, ab ijs non dandæ parochiali Eccleſiæ. Quomodo poſſunt eligere Conſeruatores vbique, & de eorum auctoritate. Qualiter priuilegia & Indulgentiæ Fratrum Minorum, & Prædicatorum, Fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini communicantur.* His conſequenter, Iulius. 2. P. in Auguſtinianos præferuido ſtudio, produxit ſuperiora ipſorum Priuilegia ad ſacras Ædes, tum Paræciacas, tum cuiuſuis Ordinis alias, locaue quæcunque ad eos in poſterum peruenirent: Quorum ſuſcipiendorum copia illis poteſtáſque facta eſt. Ab eodem ſimul interdictum profeſſis Ordinem hunc, ad alterum, ſeuerioris Regulæ obtentu, tranſilire. Authenticis Chartulis, quindecimo Kalend. Quintiles An. 1508. ſecundùm ea, quæ, de Monachorum iſtorum tranſitu ad aliam Religionem prohibito, ſanxerat Innocentius. 8. (poſt Martinum. 5.) decimo ſeptimo Calend. Decemb. An. 1487. Adſciti quoque ſunt in huius Iura Familiæ populares ac plebeij vtriuſuis ſexus, quos *Auguſtiniana Zona præcinctos*, *Mantellatos* etiam vocitarunt. Talibus quippe indulta Ordinis priuilegia, demonſtrant Pontificiæ Tabulæ Bonifacij. 9. Septimo Idus Nouembres An. 1402. Pauli. 2. pridie Kalend. Septembres An. 1470. & Iulij. 2. Cuius diploma ſine Die ac Conſule retulit Ægidius Viterbienſis, Antiſtes Ordinis qui apud Iulium gratia auctoritatéque inſigni pollebat. Sanctas autem Conſtitutiones Auguſtinenſis Familiæ, typis mandandas curauit ille Viterbienſis: Quibus Notæ ſubiunguntur Thomæ de Argentina, Ordinis quondam Præfecti: cum ſtatutis quibuſdam ab Ambroſio Coriolano, qui ſuæ itidem Sectæ Principatum olim tenuerat. Eiuſmodi Conſtitutionum capita paucula obiter expendere iſtîc, non piguerit. Nam Caput. 2. inſcribitur. *De officio Fratrum illiteratorum, & de operibus manuum.* Caput. 4. *Qualiter ad culpas audiendas, in Capitulo quotidiano procedatur.* Cap. 14. *De cura habenda circa Fratres decedentes, & qualiter Res & Libri eis conceſſi diſtribuantur.* Cap. 17. *Qualis debeat eſſe Magiſter Nouitiorum, & de quibus ipſi Nouitij inſtruantur.* Cap. 20. *Vt Fratres ſine literis teſtimonialibus aliquò non mittantur.* Cap. 31. *De officio & auctoritate Prioris conuentualis, & pro quibus cauſis abſoluatur. Prior localis non poteſt, ſine Prioris prouincialis licentia, ferre excommunicationis ſententiam.* Cap. 32. *De forma celebrationis Capituli generalis Ordinis.* Ruſus nouæ Sanctionum Ordinis Appendices „ fermè ſunt hæ. Præcipimus ſub pœna furti, vt nullus audeat, bona ſua „ extra Conuentum retinere, niſi de licentia ſui Superioris, aſſignato „ priùs Inuentario bonorum illorum, quod debeat poni in depoſito „ Conuentus. Nullus Officialis adſcribat ſibi debita Conuentus tem„ pore adminiſtrationis ſuæ, ex eo quòd, cùm Conuentus ſatisfece„ rit creditoribus, adhuc Officiales remanent creditores in libris Con„ uentus. Nullus audeat quouis modo, ſecreta Ordinis ſecularibus „ reuelare, & aliquem noſtri Ordinis apud eos infamare. Quòd ad „ prandium vel cœnam ſeculares non admittantur, & contubernia „ fiant &c.

Hic Xyſtus 4. Eccleſiam & conuentum B. Mariæ de Populo, iuxta portam Flamineam de Vrbe, Ordinis Frat. Eremitarum S. Auguſtini, ſuſcepit in protectione Apoſtol. Sedis immediata, ei que Domui B. Mariæ de Populo vniuit Congregationem Fratrũ regularis Obſeruantiæ d. Ordinis, Prouinciæ Lombardiæ. Bulla. 10. Cal. Ianuar. An 1472.

Aurea Bulla Iulii. 2. die. 17. Iunii. Anno. 1508. ad Ægidium Viterbienſem, Generalem Ordinis.

Innocentii. 8. Reſcriptum die. 1. Nouemb. 1487. Quo, additur Fratres aſſumi ad Dignitates non debere.

Bonifacii 9. Literæ die 7 Nouemb. An. xi. Pontif Et Paul 2. die vlt. Auguſti. 1470.

In Epiſtola Ægidii Viterbien. qui Generalis erat Ordinis, edita publicè alendis Nouemb. An. 1508.

Statutorum Capita Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

Ordo Seruorum B. Mariæ cœpit à 7. nobilibus Florentinis in monte Senario propè Florentiam, Feſulanæ diœceſ. ex B. Mariæ Virginis, monitu, & Heremitico more diu deductus, mirabilis poſtmodum à B. Philippo Florentino ſub D. Auguſtini Regula An. 1233. ſub Gregorio 9. propagatur, ampliatur, & ab Alexandro. 4. confirmatur, & inter 4. Mendicantes relatus, eorum priuilegiis inſignitus eſt, iiſdemque Inſtitutis vixit eiuſque profeſſores, vna tantùm familia contenti, ab vnoquoque Priore generali regi conſueuerant. Sed poſtea defluentibus ijs, ab inſtituto regularis obſeruantiæ, quidam ex ijs cupientes primi inſtituti diſcipli-

nam arctioremque vitam colere, se à reliquis eiusdem Ordinis segregarunt, & creato sibi Vicario generali, cui subessent ex Apostolico Indulto, nouam familiam constituerunt, eamque congregationem Obseruantium Seruorum B. Mariæ nominarunt. Sed cum hæc quoque Congregatio progressu temporis à regulari Obseruantia prolapsa esset, Pius 5. P. eam & omnes eiusdem Ordinis ad Regularem Obseruantiam sub vno Generali Ordinis reuocauit. Bulla. An. 1573.

34 D. FRANCISCI Ordinem aggrediamur, cum sua ipsius Regula, cœlitùs emissa ac tradita: quam Honorius. 3. P. mirè commendauit An. 1223. Quo de Ordine, Legéque *regulari*, ei imposita Flamine ab Æthereo, egit B. Antoninus in Chronico, & Summar. Volumine. 3. Iuxta Historicum Vincentij Speculum, lib. 30. Cùm autem Franciscus ille, Assisiates, Ordinem auspicatus esset An. 1210. præside Christiani Cleri Innocentio. 3. huius in Solium successores vberrima contulêre certatim Munera in sacrosanctum istud Angelici viri Sodalitium. Nam Gregorius. 9. P. Seraphicis Fratribus indulsit, vti quùm apud Barbaros, Ethnicósque Populos degerent, noxa exoluere possent Christianos, qui Ecclesiastico fulmine perculsi essent: Tum vt Ordinis minister summus, Prouincialisuè, adhibito *Discretorum* consilio, suis liberè criminum veniam, sacra expiatione, condonaret: siue ea ante, siue post Franciscanæ Religionis ingressum contracta crimina proponerentur. Gemino Rescripto Nonis Maijs, & octauo Iduum Iuniarum An. 1240. Minoriticæ item Familiæ concessum fuit ab eodem Pontifice, vt Prouinciales monastici Antistites, accitis secum Diffinitoribus, instituerent Diuini verbi præcones, in suis Prouincialibus Comitijs: Franciscani, ad hæc, interdictis ab Ecclesia locis inhærent impunè, & ab eorum Incolis: tametsi interdictis, aut piorum societate amotis, sacram Stipem emendicarent. Ne Cistercienses insuper monachi, Seraphicos sodales, profugos suum in consortium admitterent, inscijs aut inuitis Franciscanæ Sectæ Præfectis, & inconsulta Sede Romana. Codicillis. xi. Kal. Ianuar. & 12. Kal. Quintiles An. 1240. Ac decimo quarto Calend. Iunias An. 1236. istuc quoque liceat aliud proferre Gregorij 9. Diploma Quarto Kalend. Octobres An. 1230. de pretio coëmptorum à Fratre *Minore* in necessarios vsus, commodè expeditéque soluendo. Deinceps Innocentius. 4. P. vetuit *Minoritas* quosdam, Ordine sedéque deiectos ad sacras Militias transilire, seu Equitum Ordines, qui pro voto in CHRISTI hostes arma induant. Episcopis pariter iussit, Franciscanos æquanimiter ferre, Christianæ veritatis Oracula è suggestu fundentes: sed in Eleemosynarios horum quæstores imperio vti illos posse decreuit. Bino Instrumento. 17. Kalend. Septemb. & 3. Calend. Octobres An. 1245. Præterea Alexander. 4. P. liberam fecit Ordinis Antesignanis copiam gratiámque, Fratres Apostasiæ reos compertos sacra communione pellendi, vinciendi, publicáque distringendi custodia, subsidio etiam, inuocata ciuilis Magistratus ope manúque militari. Tabulis insignibus. 15. Calend. Octobr. An. 1257. Porro Clemens. 4. sanxit, *Minores*, cœnobitas, quos diœcesum Præsules ad sacras Confessiones audiendas adsciuissent, his mortuis, eodem in munere obeundo ritè perstare, quoad nouus Antistes inauguratus esset. Bulla Charta 17. Calend. Quintiles An. 1265. Is rursùm Pontifex nouellis præcepit Monachis, qui, Franciscanæ Normæ tacita professione inita, profanum vitæ cultum repeterent, addicere se Monastico alicui Instituto. Literis Apostolicis Pridie Cal Septembres An. 1266. Idem antea gratificaturus huic Sodalitio, cui rescribebat, *Declaramus*, ait, *quod vos in temporalibus bonis, in quibus succederetis in seculo existentes, licitè possitis succedere, & bonorum ipsorum possessionem apprehendere, ac vendere liberè bona ipsa, eorúmque pretium in vtilitatem vestram conuertere, vt vobis expedierit melius.* Codicillis pridie Idus Februar. An. 1. Pontificat.: Qui tamen Codicilli, Gallica Lege exhæredibus scriptis Monachis, non sunt Vsu recepti. Hæc de profectitiis quidem parentum, agnatorumuè hæreditatibus: Sed de aduentitiis bonis diuersa causa est, vtpote donatis Franciscano Collegio latifundiis. Nam eo nomine Gregorius. 10. P. in Lugdunensi Galliæ Sy-

Chronic. Parte. 3. Tit. 24. Cap. 7. §. 4. Et Summar. Tomo. 3. Tit. 16. De Regulis. Religionũ § 8. Item. in Speculo Minorum, seu Mari magno, edito, An. 1509. sunt Constitutiones Martini. 5. P. super Regulam Fratr. Minorum.

Regulæ Minoritarum Expositio per Fr. Hugonem, eiusd. Ordin. Post S. Bonauenturæ Declarationes ad d. Regulam. 12. Capita continentes.

Gregorianæ Bullæ die. 7. Maij, & 6. Iun. An. 14. Pontif.

Pontificiæ Literæ die. 21. Decemb. & 20 Iunij An. 14. Pontif. Ac die. 19. Maii An. 1236.

Bulla, die. 28 Sept. An. 4. Pontif. Greg. Qua, Franciscanus rẽ sibi necessariam emet: volens, præsentabit nunciũ emptoris, vel alium ex volentibus sibi eleemosynam facere, qui soluet pretium &c.

Innocentianæ Chartulæ, die. 16. Augusti & 29. Septemb. An. 3. pontificat.

Alexandri. 4. Literæ. die 17. Septemb. An 5 Pontif.

Clemẽtis 4. P. Bullæ, die 15. Iun. An. 1. Põtif. Et die. vlt. Augusti An. 2.

Xystus 4. P. Bulla pridie Cal. Mart. An. 1471. concessit, Minoritas succedere posse, ac si essent in seculo (quod postea declarauit non habere locum in Obseruantibus) & capere posse institutiones, substitutiones: legata donata inter viuos, & causa mortis.

Romana Bulla, die. 12. Febr. An. 1265. de Hæreditario Franciscanorum iure in bona propinquorum: Quod minimè à Francis obseruatur.

nodo, ita edixit Seraphicæ Familiæ Præfecto, An. 1273. *Cùm Fratres ipſius Ordinis, ex profeſſione ſuæ Regulæ, nec in communi, nec in ſpeciali, proprietatem cuiuſque rei habere valeant, ſed vbi donatores quorumcunque bonorum ſibi non reſeruarint dominium, donata vel collata eidem Ordini, ad Roman. Eccleſiam immediatè pertineant, eaque, propter hoc, ſine eius licentia alienari non poſſint, Nos diſcretioni tuæ, quam credimus Inſtitutis regularibus ſollicitam, & honeſtatis obſeruantiæ ſtudioſam, tribuendi Fratribus d. Ordinis licentiam alienandi, & commutandi, aliaſque de bonis huiuſmodi mobilibus, quibus ipſi vtuntur, in res alias magis ſibi neceſſarias, cùm eis videbitur opportunum, diſponendi, liberam concedimus facultatem.* Secundùm iſthæc, Honorius. 4. immunitatem ſacrarum Decumarum irrogauit Franciſcanis virginibus titulo B. Claræ, Quinto Kalend. Decemb. An. 1286. Sic biennio pòſt, Nicolaus. 4. Pontifex, Ordinis Præfectura quapiam, Adminiſtrationeuè interdixit MINORITIS, qui ad alios Ordines, petita etiam venia, commeaſſent. Diplomate egregio, pridie Iduum Maiar. An. 1288. Deinceps Bonifacius. 8. Reſcripto cauit pridie Idus Nouemb. An. 1295. *Fratres Minores ab Epiſcopis rogatos, Monialium monaſteria ingredi poſſe, & eorum Prælatos, in correctionibus, Iuris apices ſeruare non teneri: ſed Ordinis Statuta ſequi poſſe, & inferioribus iuxta ea correptis appellationis auxilium denegari.* Reliqua multa promere liceret Franciſcanorum Sodalium priuilegia Apoſtolica: ſed quæ * πρὸς ἔπος exſcripta ſigillatim in *Firmamento trium Ordinum B. Franciſci*, comperiet illìc auidus Lector, aut in Seraphica Gonzagæ Hiſtoria, maioris Miniſtri Franciſcanæ Religionis, ſiue apud Petr. Rodulphium, Toſſiniani Æmiliæ oppidi ciuem, in agro Imolenſi, ad radices Apennini montis: Abs quo Toſſianenſi, *Minorita*, editus voluitur Hiſtoricus Codex Monaſticæ Sectæ Minorum.

Bulla Vnionis fratrũ Minorum, Obſeruãtiæ regularis, cum Reformat. 4. Cal. Iunii An. 1517.

Speculum minorum.

Exemptio decimarum pro Clariſſis ſeu Claretatis monialibus, data, die 27. Nouemb. An. 1. Pontificat. Honorii. 4.

Die. 14. Maii. An. 1. Pontific. Nicolai.

Die. 12. Nouemb. An 1. Pontific. Bonifacii. 8.

* ad verbum.

Nos de hoc Firmamẽti Volumine, & Apoſtolicis Fratrum Minorum Priuilegiis, Lib. 2 Sac. Polit. Tit. 8. Art. 8. 9. 10.

Fr. Franciſci Gonzagæ, Generalis Ordinis, ad Syxtum. 5. P. Opus, in 4. Partes diuiſum.

Le Lundy 20. d'Aouſt 1582. à S. Maur des Foſſez au Conſeil priué du Roy, fut vuidé le different d'entre Frere François de Gonzague, General de l'Ordre S. François, & les Cordeliers du Conuent de Paris. Et fut arreſté, que quatre des principaux dudict Conuent de Paris (qui faiſoient la diuiſion contre ledict General) partiroient hors dudict Conuent ſelon l'obedience que leur auoit parauant donné ledict General, pour aller en autres Conuents, & que le General feroit ſa viſite & reformation audict Conuent de Paris luy ſeul, ſauf que s'il interuenoit que la pretendue contrauention aux Statutz dudict Conuent de Paris & aux Priuileges de l'Egliſe Gallicane, trois en cognoiſtroient, à ſçauoir l'Eueſque de Paris, & les Preſidens Broué & Renart Preſidens aux Enqueſtes du Parlement.

Exemptiones ab exactionibus, datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus ex vtriuſque ſexus Religioſis perſonis Ordinum Mendicantium conceſſæ per Pium 5. Die. 29. Iul. An. 1566.

Alexander 4. P. An. 1257. 17. Cal. Nouemb. conceſſit Fratribus minoribus, quòd de malè acquiſitis & incertis relictis, poſſint licitè recipere. Idem alia Bulla. 7. Cal. Auguſti An. 1259. declarat conuentiones, & pacta in præiudicium Ordinis abſque licentia Generalis, aut Prouincialis facta, irrita & inania eſſe.

Martinus 5. P. An. 1417. 4. Cal. Aug. ſtatuit quod Mendicantes ad Monaſticos Ordines (Charthuſienſi duntaxat excepto) abſque Sedis Apoſtolicæ venia tranſire non poſſint.

Pius 2. P. An. 1458. 15. Calend Nouemb. ſtatuit quòd Generales Ordinum Mendicantium omnimodam habeant Iuriſdictionem ſuper ſuos fratres, cuiuſcunque Vniuerſitatis priuilegio gaudentes.

Gregorius. 9. P. declarat caſus in quibus licitum eſt fratribus Minoribus ingredi Monaſteria S. Claræ monialium 6. Non. Iul. An. 15. Pontiſic.

Les Cordeliers de Chaſteau-villain, en Champagne, bailliage de Chaumont, furent fondez par le Seigneur & Baron de Chaſteau-villain l'an 1291. & dotez ou augmentez l'an 1307.

Patentes du Roy François I. du 20. Decemb. 1543. ordonnant que les Statutz faictz par frere Iehan Chaune Miniſtre general de tout l'Ordre S. François le 4. de Septemb. dernier, ſoient par tous leſdicts freres gardez & obſeruez, enſemble ceux du 4. de Decembre enſuiuant, & ordonna que le nombre des Religieux eſtrangers eſtudians au Conuent de Paris cydeuant reduit au nombre de 18. ſera augmenté de ſix. Que tous les procès & differens d'entre leſdits freres de diuerſes prouinces, touchant l'vnion ou mixtion d'icelles, qui ne peut eſtre ſans confondre les Prouinces, ſont ſurceiz & renuoyez audict Miniſtre general ou à ſon Commiſſaire, ou au Chapitre generaliſsime, ſans que les Religieux dudict Ordre eſdictes choſes concernant l'eſtat de tout ledict Ordre, l'entretenement & regime d'iceluy, ayent à recourir à nos Cours ſouueraines, ne bras ſeculiers.

Sequuntur alia Statuta Conuentus Pariſienſ. fratrum Minorum An. 1543. confirmata à Miniſtris generalibus Chriſtophoro à Capite fontium, & à Franciſco Gonzaga, nempe Chriſtophorus die. 18. Octob. An. 1578. & Gonzaga die. 4. Octob. An. 1582.

L'Abbaye de ſaincte Claire, de Ciſteron en Prouence, de Religieuſes de l'Ordre de S. François.

Religieuſes du tiers Ordre de S. François en la ville de Rue en Ponthieu.

En France y a pluſieurs Conuents de femmes du tiers Ordre de S. François. Mais d'hommes y en a peu: mais en Italie y en a beaucoup dudict. 3. Ordre d'hommes. Il y en a auſſi vn Conuent à Rouen, à Limoges, à Tholoſe, à Velli en Soiſſonnois.

Rodulphius, Frater Minor Conuentualis De quo, Nos supra, Lib. 1. Tit. 1. Art. xi.

35 Ex Pio B. Francisci Instituto ac Sodalitio manarunt velut succenturiati Ordines S. Claræ seu B. Damiani, quique *Tertiarij* populariter appellantur. Franciscanas quidem secundæ Classis, Moniales illas dignatus fuit beneficio hoc Diplomatico, Bonifacius. 8. P. Nonis Iunijs An. 1296. *Indulgemus, vt ad præstationem decimarum, de quibuscunque possessionibus, & aliis omnibus bonis, quæ impræsentiarum habetis, & iustis modis acquisieritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, Legatorum, & Nunciorum Sedis Apostolicæ, & quibuslibet Taillis & Collectis, & ad exhibendum pedagia, thelonea, & alias exactiones quibusuis Regibus, Principibus, seu aliis personis minimè teneamini, nec ad id compelli aliqualiter valeatis, &c.* Cuiusmodi Romanæ Aulæ Rescriptum Eugenius. 4. P. comprobauit Idib. Sextilib. An. 1439. per consequentias similium Diplomatum Gregorij. 9. Innocentij. 4. Nicolai. 4. & Vrbani. 5. in gratiam Seraphicæ illius muliebris Familiæ. Nec dubitandum tamen est interea, sacras hasce Virgines, Pontificiæ vectigalium publicorum immunitati Principale suffragium consultò adiunxisse. Iuxta quæ, Syxtus. 4. P. qui Franciscanæ Sodalitati nomen dederat, Claretanas Vestales Priuilegiario munere decorauit, Pridie Nonas Quintiles An. 1475. verbis ita nuncupatis. *Concedimus, quòd ipsæ de quibuscunque terris & possessionibus ad eas legitime spectantibus, quas etiam per alios, quàm eorumdem Monasteriorum seruitores & subditos excoli faciunt, decimas, primitias, aut census, auctoritate tamen Apostolica non impositas, quibusuis personis, cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, aut conditionis fuerint, soluere minimè teneantur: nec ipsæ aut ipsarum terrarum aut possessionum cultores, ob solutionem decimarum, primitiarum aut census eiusmodi per quempiam molestari possint &c.* Porro tertium Ordinem D. Franciscus instituit An. 1221. eorum rogatu, quos coniuges, Numinis afflatus vocabat ad * *μετανοίαν*, prauèque admissorum pœnitudinem. Vnde Fratres hi *de Pœnitentia* dicti, in coniugali pudicitia Domino famulantes: Quorum primus extitisse, B. Lucius perhibetur. Huius necnon Seraphicæ Classis tertiæ Sorores descripsimus paucis, Lib 3. De Privileg. Rvsticor. Cap. 8. Art. 4. Eadem verò illa duce Regula, militant Fratres *de Familia* vocitati: quòd secedentes è Familia, condictis sibi propriis Legibus, ac peculiari Magistratu, viuere petierint, vnam spirantes B. Francisci Regulæ obseruationem. Quales Minoritas *de Obseruantia*, amplexi sunt Patres Constantianæ Synodi An. 1415. & in supremum Franciscanæ Sectæ Antistitem obsequio exemerunt. Id quod Martinus. 5. P. apud Florentiam Hetruscorum probauit Decimo tertio Calend. Februar. An. 1420. Verùm coacti sunt in ordinem isti posteriore Eugenii. 4. diplomate, maioríque illi Præfecto parere iussi: ea lege, vt vices hic suas impertire teneretur alteri, quem idcirco *Vicarium generalem de Familia* appellarunt. Sane multiplex huiusmodi Fratrum Minorum Secta argumentum præbuit Romanæ Sedi, variè statuendi pro tempore de Obedientia à singulis debita cuiusque Magistro Sodalitij. Vt liquet bino Leonis. 10. Rescripto, pridie Idus Iunias An. 1517. ac. 13. Kal. Februar. An. 1521. Aliorum quoque de eo Pontificum Codicilli, patent Historicis Gonzagæ Collectaneis Seraphicæ Religionis.

Secundus Fratr. Minorum Ordo, in fœmineis Monasteriis S. Damiani, & Minorissis S. Claræ. De quibus nos antea Lib. 1. Tit. 1. Art. 11.

Bonifacianum Priuilegium die. 5. Iunii An. 2. Pontific. in B. Claræ Sãctimoniales.

Die. 13. August. 1439.

Xysti. 4. P. Bulla, die 6. Iulii An. 5 Pontif.

* pœnitentiam, resipiscentiam.

Fratres de Pœnitentia tertii Ordinis S. Francisci: Quos proprio non carere, nec votibus, & pascisci testarique posse, concludit Angelus Perusin. in Concil. 218.

Constantiense Cõcilium.

Martini. 5. Bulla, die. 20. Ianuar 1420.

Bulla Concordiæ inter Ministrum generalem totius Ordinis S. Francisci & Magistrum generalem Fratrum Conuentualium, eiusd. Ordinis, Die 12. Iunii. 1517.

Altera Leonis Bulla, die. 20. Ianuar. 1521. de Vicario peculiari, cui Fratres Tertiarii obedire tenẽtur, iuxta Literas Nicolai. 5. P.

36 Interim verò Ordinum istorum varietas turbáque, nouas faces accendit pii religiosiquè *Capuccenorum* Instituti: qui ad profligãdas nostri æui corruptelas, puram syncerámque humillimi Francisci normam humiles consectarentur, riuulis ad Fõtes suos primordiáque reflexis. Cui piæ Societati initium dedit Fr. Matthæus à Basso, nobili Vmbrorum oppido ad Maridam fluuium: Qui in Cœnobio Montis-Florentini, apud Montem Feltrium in Vmbria, vestem sumpsit D. Francisci, colore cinericio. Talem cultum Sectámque probante summo Pontif. Clemente. 7. authenticis Tabulis, 5. Kalend. Iunias An. 1526. Vnde plaudentibus bonis omnibus, accini cœptum Disticho sequenti,

Relig. Capucins.

Apostolicæ literæ pro Capuccenis fratribus die. 28 Maii An. 1526.

Ecce Capucceni Matthæus nominis auctor,
Seraphici lumen suscitat ipse foci.

Idcóque Capvccenis Sodalibus priuilegia multa tribuit Paulus.

Confirmatio Priuile-

3. P. quæ deinceps à Pio. 4. firmata ſunt poſtridie Calend. Apriles An. 1560. Sic in Monaſticis penè Familijs quibuſque, collapſam, aut laxatam Maiorum diſciplinam reſtituit noua quorumdam pietas, in lucem priſtina Religioſæ Normæ ſemina reuocantium. Vti de Ciſtercienſibus, cœnobitiſque alijs ſcribit Antoninus, qui à Patrum veſtigijs quum declinarent ſenſim, rediuiuo paucorum in Numen ſtudio feruentiſſimo, redacti ſunt in ordinem, ac priſcis Legibus redditi, accuratioris vitæ Regulæque complexu. Chronicon Parte. 3. Ecquis verò, renouata B. Franciſci memoria, ſanctitatiſque admiratione non rapiatur ad æmulationem tantæ virtutis? Mos erat Diuino viro, nunquam otiari à Bono: quin potiùs, ſupernorum inſtar Spirituum, in Scala Iacobæa, aut aſcendebat ad DEVM, aut deſcendebat ad Proximum. De cuius Stigmatibus ſacris, dicatum ipſi hoc Epigramma.

In CHRISTVM tanto fueras ſuccenſus amore,
Vt data ſint membris Stigmata ſancta tuis.

Vnus porro hic, quùm longius radices acturum Ordinem ſuum mente præuideret, imprimis cauit præſcripta Sodalibus Regula, purpuratum quendam Romani ſacri Collegij Senatorem, Legatumuè Apoſtolicum Ordinis Protectorem eſſe nominatim debere, ac Rectorem correctorémque Fraterni huiuſce Sodalitij. Aiebat enim vir pius, cupere ſe, vt ſua Religio, S. R. E. ſubijceretur vſquequaque: Cuius præpotenti Eccleſiæ ferula terrerentur improbi ac corriperentur, filij autem DEI, in æternæ ſalutis augmento vbique plena libertate fruerentur. Cæterum monaſtica hæc Religio, in ſancta Solymorum Vrbe Regionéque, quatuor retinet Domicilia ſeu Cœnobia, vtpote Syonis Montem, Bethlehemiticum Redemptoris CHRISTI Sepulchrum, & Deiparæ Virginis cenotaphium in Valle Ioſaphati. Ex quibus Terræ ſanctæ Monaſteriis, tanquam ex equo Troiano, multi prodière Fratres, qui, vitæ cum Doctrina conſortio plurimum frugis in DOMINICVM horreum aduexerunt. Eos proinde Romani Pontifices eximiis honeſtarunt priuilegiis, Innocentius. 4. Alexander. 4. Clemens. 5. Iohannes. 22. Innocentius. 6. Vrbanus. 5. Gregorius. xj. Martinus. 5. Eugenius. 4. & alij: Quorum tabulas Seraphici Scriptores refricant exactiùs in Hiſtoricis Monumentis. Vnum ſilentio præteruehi nequeo, Calyxtum. 3. Pontificem, qui Montis Syonis Cuſtodi Franciſcano prærogatiuam ſuperioris imperij attribuit in Sacerdotes ſeculi, profanóſque adeo homines, eum quoque in partibus Orientis Solis, honorario inſignijſſe titulo Delegati Pontificij. Aſt præter Aſiaticos iſtos B. Franciſci Conuentus, innumeri propemodùm Seraphicis *Minorum* Libris recenſentur. Pauculos nunc, ex natali Andegauia mea, prompſiſſe ſufficiat. Fanum Sebaſtiani, in Ciuitate Andium, quod à Templariis pri-

giorum die. 2 April. 1560.

Ad Ordinem Ciſtercienſium in obſeruantia regulari tranſierũt Monachi quidam Abbatiæ Florentinæ, ſub Eugenio. 4. (Circa Annum 1436) collatio ipſis Monaſterio Septimi prope Florẽtiam. Sic ferè Cluniacenſes reformati ſunt Camaldulenſes, Valliſumbroſæ monachi &c. Ex Antonini Chronico, Tit. 21. cap. 23. §. 1. Parte 3. Scala Iacob. Geneſ. Cap. 28.

S. Paul diſoit, Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, ad Galat cap 6.

Cardinalis Romani, Protectoris Ordinis Minoritarum, auctoritas declaratur Bulla Gregorij xi. die. 27. Maij, An. 1371. Et Syxti. 4. An. 1472 die. 28. Ianuar.

Bellario Nicenus, Cardinalis Sabinenſis, & Patriarcha Conſtãtinopol. fuit Protector huius Ordinis, longè poſt Ianum de S. Paulo, Cardinalem & Epiſcopũ Sabinenſem, primum Ordinis Protectorẽ De eiuſdem Protectoris auctoritate. Fr. Galganus librũ compoſuit.

Guardianus Montis Syon poteſt, ex Priuilegio Apoſtolico vota commutare, dẽptis Hieroſolymitano SS. Petri & Pauli, & Religionis votis, participare cum excommunicatis, hæreticis, ſchiſmaticis, infidelibus &c.

Fratrum, Minorum Eccleſia S. Sebaſtiani Lauallenſis, in Cenomaniana, Domus ſacra Minoritarum, fundata eſt à pio Guidone Lauallenſi, & Iana vxore, ſub An. 1[illegible]96. Vbi etiam humati ſunt.

Arreſt de la Cour en la grand Chambre à huiz cloz, le Samedy 30. Iuin 1601. plaidant Robert pour Louys Benedictini *Prouincial des Cordeliers de la Prouince de Touraine en Poictou, appellant comme d'abus des Actes, procedures, & empeſchemens, faicts par l'Eueſque d'Angers, à la viſitation & reformation, qu'auoit voulu faire ledict Prouincial au Conuent de la Baſmette lez Angers: & Monthelon, pour les Religieux de la Baſmette intimez Seruin pour le Roy: La Cour dit qu'il a eſté mal & abuſiuement faict & procedé par ledit Eueſque, & que les anciens Religieux dudict Conuent de la Baſmette expulſez ſeront reſtabliz, & ſur les particularitez du reiglement & reformation monaſtique dudict Prouincial ſur ledict Conuent, a appointé les parties au Conſeil: & au ſurplus par ledict Arreſt, la Cour faict deffenſes aux Cordeliers de ſe pouruoir à Rome ny au Nonce du Pape, comme auoient faict les Intimez pour les faire Religieux de l'Obſeruance, ne de changer leur reigle ou ordre en plus eſtroit, ſans la licence & lettres patentes du Roy. Bouchel auſſi plaidoit pour Charles Miron Eueſque d'Angers, & Iacques Arnault Maire de la ville d'Angers intimez. Toutesfois depuis par Patentes du Roy a eſté empeſchee l'execution de ceſt Arreſt, & frere Iacques Garnier dict Chappon, Gardien du Conuent de la Baſmette, & les Religieux reformez ou Recollez dudict Conuent confirmez en iceluy, ſans qu'il en ſoient transferez par l'Ordonnance dudict Prouincial: & de faict ceſte Reformation de l'Ordre S. François par nos Recollez a eſté introduicte par Clement 7. l'an 1532. Pie. 5. l'an 1379. & Gregoire 13. l'an 1579. & par lettres Patentes verifiees en Parlement, comme plaida Montelon. Suyuant leſquelles Bulles, Gonzagues, General des Cordeliers aſſembla vn Chapitre general à Tolede pour ordonner ſur ceſte reformation; & audict Chapitre furent arreſtez Statutz que gardent à preſent leſdits Reformez. Et depuis ce temps il y en a eu pluſieurs Conuents fondez & eſtabliz tant en Italie, Eſpagne que en France. A ſçauoir en France y a la Baſmette, à Picquepuſſe pres*

Paris, à Beauffort en Vallee, à Tours, à Saumur, à Montargis, à Tulles en Lymosin, à Murat en Auuergne, à Verdun. Vide supra Lib. 1. Tit. 3. Art. 11. in margine.

Mauric. *Baron de Craon.*

D. Bernardinus Senẽ. fuerat olim Renato Andegauo Siciliæ Regi à Confessionibus sacris.

Die 28. Iulii. An. 1488.

Conuentus *de Saulmur*, priuilegiatus, Bulla aurea, die. 26. Iul. 1479.

Alexandri 6. Bulla, die. vlt. Mart. An. 1500. ad preces *du Sieur de Gye Mareschal de France.*

Religiosi *de la Baumette, lez Angiers*, instituti die. 30. Iauar. An. 1456 adprobante Rom Pont. die. 8. Dec. 1467.

mitùs incolebatur, ijs extinctis, transcriptum fuit Collegio Fratrum Minorum, Principali permissu. Qua in Æde sacra, Mauricius, Credonius Baro torquatus Eques, Sacellum D. Nicolao adstruxit, in quo & sepultus est An. 1287. Eodem in Templo, Andegauus Dux, Renatus, Sacellum Arãque dicauit memoriæ D. Bernardini Senensis, Franciscani: quo de, istud vulgatur poëma Encomiasticum.

Senensis colat vt meliùs Mysteria CHRISTI;
Bernardinus opes sperait, & imperia.

Minoriticum item Flechiæ, in Andibus, Cœnobium condidit Renatus Alençonij Dux, Comésque Vnellorum, cum Margaride Lotharinga, coniuge, in spem futuræ prolis, quam suscipere nequibant. Ex Pontificio Innocentij. 8. concessu, 5. Kalend. Sextiles An. 1488. Rursus Salmuri Andium Conuentus, sublatis Templariis, occupatur à Frat. Masseo B. Francisci socio, aut coæuo certè, qui Mortalibus cunctis communem ingressus est viam An. 1287. Huic gratiosum Conuentui Xystus. 4. P. Diploma edidit, quam *Bullam auream* vocant, Septimo Calend. Sextiles Anno 1479. Insuper Collegium B. Mariæ Angelorum, in Credonio, Andegauiæ, Baronatu, patronum conditorémque ciet Petrum Rohnaum, Franciæ militum Tribunum, ex venialibus Codicillis Alexãdri. 6. P. pridie Calend. Apriles An. 1500. Renatus verò Siciliæ Rex & Andium Dux, Conuentum exædificauit Fratrum Minorum Balmetæ, indito Eremitorij nomine ob reuerentiam DEI & B. Magdalenes: instar Eremi à Balma in veteri Phocensium Prouincia sitæ. Tabulis obsignatis. 3 Calend. Februar. An. 1456. Quêis suffragatus est Paulus. 2. P. Sexto Iduum Decembr. An. 1467. Ad hæc, Tertij Ordinis Franciscanæ incoluerunt pridem Cœnobiolum Castrigonterij

Frere Raoul de Vphalize, l'vn des Escuyers du Duc de Bourbon, Comte de Clermont, enuiron l'an 1480. se rendit Hermite en la forest de Hez a vne lieüe de Clermont, & luy ayant faict bastir son Hermitage, quelques Cordeliers passans par là, luy accorderent d'y demeurer en Religion & Conuent de Cordeliers, pourueu qu'il y fist bastir vne Eglise des Cordeliers. Ce qu'il fit à ses despens auec la permission du Pape au milieu de ladicte forest du Duc de Bourbon son maistre Comte de Clermont, & s'appelle les Gardien & Cordeliers du Conuent de nostre Dame de la Garde en la forest de Hez.

Pierre de Foix Religieux Cordelier & Cardinal fonda le College de Foix, de Tholose, enuiron l'an 1480: Il fut filz d'Archambault de Graillay, Captau de Buch, & de Ysabeau de Foix fille du Viscomte de Gastelbon Seigneur de Moneade.

Monasterium S. Claræ de Patiẽtia, Lauallis, in Cenomania, structum à Nicolao Comite Lauallensi, & eius vxore. Quibus Leo. 10. P. assensus est.

Andium oppidi, piè excitatum à Margareta, Alenconiensi Heroide An. 1507. Quæ suo orbata viro, An. 1492. iam inde solum meditabatur animo DEVM, sanctísque in Superos precibus ac operibus diu noctúque incumbebat. Ast paucos abhinc annos, Monastica Virginum illarũ Casa Larésque, Belli ciuilis ergò, traducti sunt in gentile nostrum auitúmque latifundium *du Buron*, præd. Oppido confine. Quo de prædio nobili Maiorum nostrorum, obiter Nos Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 48. Art. 4 CHOLETI præterea Conuẽtum, Andegauensem, (Maleacẽsis tamen Pictonũ diœceseos,) fundauit Maria Montalesia, Choleti, & Montil-Iani dynasta, An. 1406. Publicum Opus laudante Benedicto. 13. qui Aucnioni, tunc Pontificatum Maximum gerebat. Supradictis porro vetustis Mirabelleum habetur, Andegaui soli, Monasteriũ: ortu deducto à Magnate Rodulpho Brilayo, qui ex Syriacis oris duos secũ B. Francisci socios adducens istuc, Cõuentui præfecerit: Quem idcirco, in Mirabellea Arce sua, D. Frãcisco ponendũ curauit.

In hoc deinde Conuentu *de Mirebeau*, Philippus Turoniæ Prouincialis Minister, aliquot Fratribus sedem constituit, vnà cum Monastici gregis Custode, An. 1584.

De minimorum Ordine. Nos Lib 3. Sac. Polit Tit. 6. Art. 22. 23.

37 FRATRIBVS Minoribus Minimos subiungere, absonum non est: quùm hos etiam Pius. 5. P sacris Mendicantium Ordinibus adnumerarit: Bullata charta, Nouembris Luce. 9. An. 1567. in hanc formulã. *Singula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, indulta, libertates, & alias gratias tam per nos nuper, quàm quoscunque Roman. Pontif. prædecessores nostros quomodòlibet Mẽdicantibus Ordinibus concessas, ad præfatum Minimorum Ordinem de nouo extẽdimus, & ampliamus, ipsosque verè Mendicantes, & sub Mendicantium Ordinibus esse, & comprehendi debere: Necnon singula Concilij Tridentini decreta pro mendicantibus Ordinibus declarata & modificata, etiam pro Ordine Minimorũ huiusmodi declaramus & modificamus &c.*

Ita priùs statuerat Xystus 4. P. quæ Romani cuique Antistites Franciscanis & Dominicanis irrogassent priuilegia, in Eremitas Francisci à Paula, communi & æquo iure, conferri. Rescripto solenni 7. kal. Sextil. An. 1479. Ac, progrediente tempore, Alex. 6. P. cuncta Minimorum priuilegia confirmauit. Quarto Cal. Martias An. 1492. Quibus nec exignam subdidit Iulius 2. P. decumarum, sacrorúmque libaminum immunitatem, ac piè donatarum rerum, oblataramuè vsum perpetuum, nuda proprietate Apostolico Solio recepta. Præclaris Literis Quinto Cal. Augusti Anno. 1506. Postero autem An Pontif. idem, irrita manere iussit Pacta conuenta à Minimis cœnobitis, nisi quæ, auctore Præfecto Ordinis, contracta docerētur. Codicillis 4. Cal. April. An. 1507. Paulus demùm Quartus P. omnia Romanæ Sedis in Familiam hanc Munera, ipsi reseruauit. Insigni Diplomate 15. Cal. Octobr. An. 1555. Nec leuiore pietatis instinctu, Principes nostri fouerunt Minimorum Sectam monasticam. Quippe secundùm antecessores Reges, de quib. Nos alio loco. Karol. 9. effusa vectigalium immunitate donauit cucullatos hos ce Sacerdotes. Epistola aperta quinto Idus Decemb. An. 1560. Cui subscribere non dubitauit Lutetianus Senatus, decimo quarto Kal. Ianuar. posteriores Regia quoque huiusmodi Diplomata promulgarunt Rationales Parisienses sexto Iduum Augusti An. 1576. Et supremi Fiscalium Indictionum Iudices tertio Nonas Septemb. Eod. Anno. Denique Christianiss. Princeps Erricus 4. Maiorum singularia in illum Ordinem Iura beneficiáque comprobauit. Memorabili Charta Mens. April. An. 1594 quæ apud Patres Conscriptos lecta recitatáq; est Tertio Idus Sextiles, inde apud Præfecturam Ratiociniorum 6 Cal. Nou. An. præd. Summa veró publicorum Vectigalium Curia tales Literas in Acta sua regessit 7. Cal Iunias An. 1595. Eò certè commendabilior habetur Regia portorij mercium tributorumq; liberatio isthæc, quò plures etiam Minimorum vsui sacras Domos Galli Principes condidere. Vtut enim Franciscus, Ordinis Primicerius, struenda curarit apud Calabros, Siculæ oræ, Monasteria quatuor, Paulæ, Paterni, Spezani, & Coriliani: Rex vtique Carolus Octauus duo excitauit, apud Turonas, Cœnobia, Plessæum, & Ambosianum. Ex Rescripto Ann. 1497. Tertio nonas Februar. Vniuersim porro Gallica Ordinis Domicilia monastica, senis hisce distinguuntur Prouincijs, Turonensi, Francica, Campana, Lugdunensi, Aquitanica, & Massiliensi. Etenim Turonica in prouincia, octoni Conuentus existunt, Gyennus, Castriheraldi, Montgoguerius, Nānetensis Bosmierus, Pictauensis, Plessæus, & Ambosianus. Item Francico in Territorio, Collegia septem, feruntur, Nigeonum ad Lutetiam, Dieppense in Neustria, Ambianum, Abbæuillæum Pontiuensis agri, Suessionense, Nemoris Vicenarum, & Foublaineum in Bria. Rursus apud Campanos, seni Conuentus numerantur hi, B. Mariæ Angelorum apud Rhemos, Bracquencurtius, D. Ludouici Essuorum, S. Ludouici Vertoduensium, Nanceyus, Serreus ad Fanum Nicolai. Lugdunensi autem prouinciæ respondent, vrbanus Lugduni Minimorū Cœtus, Planeus ad Gratianopolim Delphinatium, Bellouisus Aruernorum, Cabilonensis Heduorum. Aquitanicis deinde oris inhærent tres Minimorum Cellæ monasticæ, B. Rochi ad Vrbem Tholosanam, Narbonensis, S. Mathani. Ad extremum, Prouinciali Phocensium Municipio adscribuntur quatuor Ordinis Casæ, Auenionēsis, Poireria, Aquensis, & Massiliensis. Denique Minimorum Sectam, ductu auspiciisque institutam Francisci Pauli, excussit Boërius aliquantulùm, in Tract. De statu & vita Eremitarum, Num. 9.

Syxti bulla die 26 Iul. 1479 Et Alexandri 6. P. die 26. Febr. An. 1. Pontif.

Iulii 2. P. Literæ, die 28 I. In An. 1506 de exemptione soluendi decimas & oblationes &c.

Mart. luce 29 An 1507

Die 17. Septemb. 1555. Ecclesiast. Polit. Lib. 3. Tit. 6. Art. 13.

Regiæ Literę *d'affranchissement de tous peages, passages, coustumes gabelles, subsides, de guet, garde de portes &c.* Die 9. Decemb An. 1560 Publicatæ in Parlamento Die 19 Dec seq.

Rescripti verificatio in Camera Computorum die 8. Aug Et in Curia Iuuaminum die 3. Septemb. 1570.

Recentioris Diplomatis publicatio in Senatu die xi Augusti, & in Camera rationū Regiae. die. 27. Octob. An 1594. tum in Curia Iuuaminum die 26. Maii 1595.

Patentes Caroli 8. die 3. Februar. An. 1497. *de la fondation des Bons-hommes du Plessis du Parc lez Tours, & d'Amboise.*

Montgoguier pres S. Espin, Bosmiers, Fonblaines pres S. Fiacre en Brie, Bracquēcourt pres Blaise le Chastel, S. Loys de Rethel, de la Plaine pres Grenoble, Nostre Dame de Beauregard en Auuergne de S. Mathan &c.

Il y a vn Conuent de Minimes, en la ville de Surgeres, pays d'Aulniz pres la Rochelle.

In Comitatu Prouinciæ siti Conuētus Minimorum.

L'an 1596. Messire Iean de Baudricourt, Mareschal de France, & Anne de Beaujeu sa femme fonderent vn Conuent de 13. Religieux des Bonshommes au lieu de Braquincourt, paroisse de Blaise, diocese de Langres à eux appartenant, & y bastirēt ledict Conuent. Mais apres leur mort Ioudaine Marguerite de Baudricourt sœur dudit sieur Mareschal, femme du sieur de S. Belin, & sa fille Catherine de S. Belin, femme de Iean d'Amboise, le 29. Decembre 1514. doterent ladicte Eglise d'vne rente annuelle sur leur terre de Blaise, Saxefontaine &c. Laquelle rente de 300. liures a esté confirmée ausdits Religieux par Arrest du 9. Mars 1548, Entre le Cardinal d'Amboise & autres proprietaires desdites Seigneuries.

38. Carmeli iam Montis Eremitas lustremus, qui in desertis Asiæ pri- *Les Barrez.*

D. Basilij Norma Monastica Grecæ seu Orientalis Ecclesiæ. Fr. Hugo de S. Theodorico, Cardinalis, & Fr. Gulielmus Episcopus Antecanensis, Dominicani, scripserunt Carmelitis, ex commissione Papæ specialia Regulæ suæ Capita quæ nûc profitentur & tenent.

Alexandri 4 Bullæ, die 3. Mart. & 24 Februar. An. 1. Pontific.

Bulla Nicolai 5 P. An. 1452 Nonis Oct. Decernit moniales, & Mantellatas Ordinis Carmelitarũ omnib. Priuilegiis gaudere quib. moniales Ordinis Prędicatorũ, Minorum, & Eremitarum S. Augustini gaudẽt & fruuntur. Priores Carmelitarũ conuentuales. Literæ Alexandri 4 die 11. Febr. & 17. Septemb. An. 5. Pont. Item die 29. Mart. An 7 Vrbani 4. Bullæ die 18 Augusti, & 16. Septemb. An. 5. Pontific.

mitus egere, variegata Chlamide induti: præuio Antiocheno præsule Almerico, præscriptaq; sibi Græcorum monachorum Regula, Basiliana. Verùm hi postea ex Eremis Asiæ in Europeas vrbes Cœnobiaq; vocati, nouam sumpsere Togam monasticam, Regulæque Appendices, varias Sanctiones Antistitum superiorum, Romaniq; adeo P. Innocentij 4. An. 1247. Vt eleganter refertur à B. Antonino, Summar. Parte 3. Tit. 16. §. 8. Et à Polydoro, de Inuent. rer. Lib. 7. Ordinis autem Priuilegia repetuntur ex complusculis Alexandri 4. P. Rescriptis *ad Generalem, & Prouinciales, Priores, & Fratres Heremitas Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo.* Altero enim cautum, hos Familiaribus suis Ecclesiastica ministrare sacramenta posse, ac fato functos Sepulturæ Christiano ritu mandare. 5 Nonas Mart. An. 1254. Alio Diplomate sanctum, Magistros Carmelitici cuiusque Sodalitij, curationem animarum habere Fratrum sibi subditorum. 6. Cal. Mart. Eod. Ann. Districte verò prohibitum est, eiusdem Codicillis Idib. Febr. An. 1257. ne Carmelitanæ Sectæ sodales, ad aliam quamlibet transgrediantur. Quo An. pariter, Carmelitanis Præfectis vis esse, voluit Alexãd. ille, publicis coercere vinculis, punireq; Fratres apostatas & maleficij reos. 15 Kal. Oct. An. 1257. Vice itidẽ versa, Põt. ipse, Carmelitarum primoribus viris potestatem copiamque fecit, anathemate ictos, in societatem piorum reuocandi, siue ingredientes, siue iam professos monasticam Religionem. 4. Cal. April. An. 1259. Deinceps vtique in Apostolicum Munus successor Vrbanus. 4 sacram hanc prærogatiuam renouauit. 5. Cal. Sept. An. 1260. Tum 16. Cal. Oct. eo An. ita rescripsit Carmelitano Antistiti & Cœnobitis. *Nos vestris supplicationibus annuẽtes, vt de vsuris, rapinis, & aliis malè acquisitis si quibus horum restitutio fieri debeat, ij omnino inueniri & sciri non possint, necnon de quibuscunque legatis indistinctè ad pios vsus relictis, dummodò Executorum testamentorum ad id accedat assensus, ac redemptionis Votorum, quæ fuerint auctoritate Diœcesanorum Pontificum commutata (Hierosolymitano duntaxat excepto) vsque ad summam centum Marcharum argenti recipere valeatis, auctoritate præsentiũ vobis duximus concedendum, si pro similium receptione aliàs non sitis à S. Apostolica huiusmodi gratiam consecuti &c.* Secundùm hæc, Clem. 4 P. statuit, Carmelitas minimè alligari Canonicæ portioni, ex iis pensitandæ, quę Diuinum in cultum, aliamuè causam sibi erogata essent. Nonis Sextil. An. 1265. Post Decretales Alexandri 3. & Innocentij 3. Epistolas, de iusta illa donatorũ parte Canonib. attributa parœciaco Tẽplo. Cap. de his. De sepult. Cap. Officij cap. requisisti de testam. Religiosis, ad hæc, *Mendicantibus* interdixit Clemẽs ille Pont. Ædium structura prope Carmelitanas, saltem infra spatium 140. *cannarum.* Bullato diplomate Nonis Nou. An. 1268. Rursus Ioã 22. P. vetuit, Carmeliticum Institutum complexos, in aliam quamuis Mendicantium Sectã transcribi. Codicillis postridie Nonas Sextil. An. 1322. Item Calyxtus 3. P. edixit 5. Idus Mart. An. 1450. Carmelitas, qui sacris Beneficiis fruerentur, ad Officia Ordinis assumi neutiquam oportere. Sensim inde Pius 2. P. sanxit, eius Sodalitij Primates quosque, pro imperio vincire posse, & merita pœna plectere Ordinis desertores, ac criminosos. Nonis Decemb. An. 1459.

Clementina Rescripta, die 1 Augusti, An. 1. Pontif. Et die 5. Nouemb. An. 4.

Die 6 Augusti An. 6. Põtific. Ioh. 22.

Calyxti 3. Tabulæ die 11. Mart An. 1 Pont.

Die 5. Decemb. An. 1459.

Statuta Carmelitarũ antea in Libellum redacta à Ioh. Balistario vt supra dictum est Lib 1. Tit. 1. Art. 16. Et Tit 2. Art. 14. Iubilæa sacræ Communionis solennitas.

39. CONSTITVTIONES porro Carmeliticæ, quæ, frequenti Ordinis Conuentu, præside Ioh. Bapt. Caffardo, Senensi recognitæ sunt promulgatæque An. 1580. multa produnt Christianæ pietatis dogmata: hoc imprimis, de IVBILÆO à Fratribus excolẽdo, ad vitiorum sordes eluendas. In 4. Parte Constitut. Cap. 26. Vbi solennes precum ceremoniæ, lustralium Confessionum, aliæque, prolixa serie, ad amussim seruãdæ proponuntur. IVBILÆI autem varia tempora notauimus in Præfatione huius Operis: quùm & Hebræi, 7. quoque Anno ipsum celebrarint, SABBATARIVM inde dictum: Quo nimirùm, remissionem Aruorum à cultura, debitique æris a proximo, amicouè, concesserint, vnà cum illorum libertate ab herili imperio, seruiliuè Ministerio, quale dominis sexennio antea prę stitissent. Vt colligere est, Exodi Cap. 23. & Deuteronom. 15. Quinquagenarium verò Indulgentiæ lætitiæque Annum sacrum pertractant egregiè Diuus Gregorius Nazianzenus, Oratione 44. in Sanctam Pentecosten. Diuus Chrisostomus, Homil.

23.

Statuts des Carmes de Paris en Latin, arreſtez par les Vicaires generaux en toutes les Prouinces de France, Commiſſaires Apoſtoliques, & le Vicaire general de la Congregation d'Alby, du 1. de Iuin 1572. pro reformatione ſtudij, & regimine ſtudentium in prædicto Carmelo, ſeu noſtri Ordinis Carmelitici. *Publiez en Parlement le 3. d'Aur.* 1573.

23. in Geneſin, & B. Gregorius Magn. Lib. 2. in Ezechielem, Homil. 19. Sed, vt ad rem, Carmeliticæ inſuper Leges prudenter definiunt Cœnobitica quæque munia ac Officia. Nam Conſtitutionum Parte 1. Cap. 17. decretum eſt, Theoſophiæ Magiſtros, qualibet *clauſtralis* Muneris functione arceri: peculiarium verò Conuentuum, Prouinciæuè ſacræ Præfecturam gerere poſſe, aut monaſticam Prouinciæ Viſitationem inire, procurationem Ordinis, ſeu Antiſtitis maioris ſocietatem. Cauetur, ad hæc, Conſtitut. Part. 2. (Cap. 2.) Prouinciales Sodalitij Magiſtros, peracto triennio, Magiſterium deponere cogi. Item Parte 1. ſtatutum, Monaſticæ pubis ſtudia publico in muſæo, vltrà ſextum annum, Conuentus ſui impendijs non prorogari: Eos autē, qui trieteride plena nil promouerint in literis, ex Academia domum reuocandos, Cœnobitis pariter ſua Lege non licet, Medicinā exercere niſi gratuitam, ex Pontificia quidem venia, nec vllo Ordinis ſui offendiculo. Ægros porro, quamprimùm morbus inuaſerit ſacra *Exomologeſi peccata luere expedit apud Conuentus Primatem. Inde grauiori laborans valetudine tenetur, profanas ſuas res, quarum vſum habuerit, adſtante bino teſte, liquidò profiteri: Relictas dehinc à moriente, deſcribi oportet minutatim ſolenni repertorio, ac publicis Chartis annotari. Cæterum de poſſeſſione rerum ſoli, ita præſcriptum fuit (Parte 3. Cap. 11.) *Nullus teneat bona ſtabilia, ſiue in commendam, vſum, vel vſumfructum, ſed omnia in commune redigantur. Bonorum verò mobilium vſus poterit à Superioribus permitti hoc modo, vt in Regularium ſupellectili ſit nil ſuperfluum, nilque quod ſit neceſſarium, denegetur.* Vetitum præterea Magiſtro Conuentus, res huius communes, vel aſſentiente Cœtu ipſo, Religioſo cuiquam, aut profano homini largiri: niſi auctore Principe Ordinis, vel Prouinciæ ſuæ, aut Prouinciali Conuentu. Rurſus Parte 2. (Cap. 5) indicta Fratribus pœna eſt, *Regias literas impetrantibus pro obtinenda aliqua Gratia contra voluntatem ſui Superioris.* Quò alludit proxima Ordinis Conſtitutio, *De recurrentib. ad ſeculares pro ſua promotione, aut defectuum purgatione.* Fuit quoque proſpectum Monaſtico ſingulorum Fratrum incolatui, vt quotannis mutent colonias, ex vnoque in alterū Cœnobium emigrent: donec quadragenum ætatis annum expleuerint. Sepoſitis hinc modò ſacræ Paginæ Doctoribus, Lauribaccis, ſeu quos alios ſupremus Familiæ Præſes ea lege ſoluerit, probabili de cauſa Parte illa 2. Cap. 5. Eadem Parte continetur, (11. Cap.) nummos à Sodalib. quæſitos publicarum Lectionum opera, vel Prædicationis ſacrorū Eloquiorum communi Arca concludendos. Plæráque alia inter Carmelitas rite ſancita, Partib. 5. digeruntur: Quæ hoc loco refricari ſigillatim, non eſt operæpretium. Sed prudens interim Politia iſthæc, Chriſtiano Orbi peperit eruditos cœleſtis Sophiæ præcones, ac Scholiographos. Qualis Gerardus Bononienſis, qui in Libros Sententiar. Commentaria edidit, ſacráſque Conciones ſuas, An. 1317. Tum Sibertus Beka, Germanus, qui de Ordinis ſui Regula ſcripſit An. 1320. Eam deinde in Claſſem redigitur Ioannes Bachon, Anglus, qui in Euangelicum Codicem Notationes publicauit, in Paulinas Epiſtolas, in Acta Apoſtolica: Quib. etiam Opuſculis addidit ille Ordinis ſui Apologeticum, contra Hebræos elucubrata de Paupertate CHRISTI, in Regulam Carmeliticam, in Volumen Sententiarum. Vulgatus eſt inſuper Iani Baliſtarij Tractatus de Bello militantis Eccleſiæ, & Anti-Chriſti ipſam oppugnantis: in Libros Sententiar. An. 1370. Sub idem tempus Ioannes Hildenshemenſis, Germanus, De tribus ſanctis Regibus multa contexuit, de Anti Chriſto, aduerſus Iudæos, de Monſtris in Eccleſia, cum Ordinis ſui Defenſione. Hubertus verò Leonardus non modò in Euangelium Lucæ Notas adornauit, ſed Eccleſiaſticam quoque Immunitatem, & ſacras Diuini verbi Declamationes, in Hæreticos Niuellenſes, expoliuit ingenij ſui Monumentis, Ann. 1490. Præterea Arnulphus Boſtius, Germanus, de patronatu Diuæ

Hoc Cap. 17. Quilibet Conuentus habens 8. Fratres, manuteneat vnum ſtudentem.

Priores locales.

Prouinciales

Generales.

Parte 2. Statutorum, Cap. 5. De Viſitatoribus Vicariis non licet vices ſuas aliis ſubſtituere.

Statut. Parte 2. Cap 3. Appellationes à correctione regulari penitus inhibentur.

* Confeſſione.

Cap. 2. Parte 2. Prouincialibus interdictum, Priores locales ad libitum deponere & pro culpis etiam, ſi intra Menſem Capitulum Prouinciale ſit celebrandum.

Parte 2. Cap. 2 Apoſtata ad Ordinem rediens, loco ſuo priuatur.

Doctores & Baccalaurei Theologiæ.

Pecuniæ exactæ reponantur in Capſa communi, ſcilicet introitus Conuentus, neque in manu cuiuſpiam Miniſtrorū, aut Exactorum retineantur

Gerardus de Bononia.

Præter Monachos Operum ſcriptores, de quibus nos antea, Germani veteres monachi quidam Hiſtoriographi innotuerūt hoc An. 1600. Editis, Francofurti, Annalibus Godefridi Colonien. monachi, Hainrici Steronis monachi Altahæ inferioris, Hainrici monachi in Rebdorff: Cū celebri mentione Monachi Paduani ex ſua Inſubrum Hiſtoria, Vvigornienſ. Monachi, Alberti Abbę Stadenſis, in ſuis Chronic. & aliorum.

B. Maria Patrona Ordinis Carmelitarum.

Mariæ, de illustribus viris Ordinis sui, & Carthusiensis, Libros exarauit An. 1494. Nec sibi defuerunt hac in parte Nicolaus Ritzon, & Philippus Ferrariensis, Tholosates, in lucem emisso Concionum Volumine, de cœlestibus Diuis, in sacra Euangelia: quæque speciatim Quadragenario Ieiunio propalam explanantur. Mitto Rupertum, Gallum, qui in Paulinas Epistolas, & in Sententiar. Libros stylum exercuit. Tilmanum simul Aquensem, Germanum, prætermitto, cuius, in Euangelium Matthæi, Scholia lectitantur. Reliquos denique piorum Operum Auctores, Carmelitas, Lectori suggeret Abbas Spanheimensis Trithemius, in Collectione Scriptorum Ecclesiasticorum.

D. Pauli Epistolæ.

40. CARTHVSIENSES anachoretæ postremas tenebunt in hac Monasticarum Religionum serie. Quippe qui haud alia Ordinis Lege ac Regula, quàm familiari sua Constitutione, quæ vicem Regulæ obtinet, vtantur, regantur, Antonino teste, Summar. Parte 3. Exin Carthusiensem Sectam merito Encomio prosequitur Vincentianum Historiæ Speculum, & Volaterrani Anthropologia. Ac ne Dionysij Carthusiani scriptis instemus (de Laudib. Ordinis Carthusien.) Bernardus ille, Claræuallis cœnobiarcha miratur accuratiorem & Angelicum viuendi morem talium Monachorũ: Quibus apud Cœlites suffragatoribus veniam erratorum comprecatur, Epistolari hac periodo. *Miseremini mei, non quia merui, sed quia ego: Miseremini, tanquam misericordiam consecuti à Domino: vt sine timore à Mundi tumultibus liberati, seruiatis ei &c.* Idem Orator, ad Bernardum de Portis Carthusiensem, Dominum, infit, & patrem nostrum Priorem vestrũ, cum cæteris Fratribus, per te deuotè saluto, & propitios habere apud DEVM, corde humili supplico, Epist. 153. Itaque Apostolici Præsules splendidis Priuilegijs, ceu stimulis virtutum, Religiosa prouexerunt Carthusianę Familię studia atque opera: ne apud eam, Monasticæ Pietatis æstus vnquam deferuesceret. Nam, vt silentio transigam Pontificia Alexandri 3. in hunc Ordinem beneficia, de quibus antehac, Lucius 3. qui proximè ad Apostolicum culmen euectus est, cauit nuncupatim, Carthusienses perpetua Romanæ Cathedræ tutela præsidiôque tectum iri: libera etiam ijs copia facta, Ecclesiasticos ordines sumendi à quolibet sacrorum Antistite, si quãdo rogati Diœcesani opera vti nequiuerint. Rescriptis 12. Kal. & 6. Idus Ianuar. An. 1184. Posthæc verò Clemens 3. P. indulsit pio Sodalitio, vt alterius Sectæ cœnobitas suã ipsius Religionẽ profiteri paratos, adsciscceret in consortium: Nisi intra annuum spatium illi à suopte Ordine condicerentur, repeterentur. Is pariter Monachis potestatem fecit, cuiusuis tùm adeundi Ecclesiarum Pontificis, cùm proprius in eos officio deforet: quò Templorum Aras sacraret, cucullatosuè ordinaret sacerdotes Literis pridie Iduum Apr. An. 1186. Alio autem Clementis Diplomate, interdictum est prouocatione à decretis monastici Conuentus, præterquàm ex ipsius permisso: quæque item maiori in Congressu Ordinis acta gestáque fuerint, confirmantur. Septimo Idus Iunias An. 1188. His consequenter, Cælestinus 3. P. Diris deuouit malè feriatos homines, qui piam in Carthusianos liberalitatem ac * ἐλεημοσύνας præpedirent. Bullata charta Kalend. April 1191. Cui, Anno vertente, accessit noua Sanctæ Sedis Indulgentia, ne Diœcesum Præfecti à Carthusianis obsequiũ extorqueant, quenquamuè è Cella sua inuitum abducant, neuè illorum Domos nummarijs exactionibus premant. Codicillis 4. Idus Quintiles An. 1192. Ab eo itidem Pontifice, exprompta Priuilegij formula vetitum legimus, 7. Idus Iulias eius anni, *Ne quis Episcopus cogat Carthusienses ire ad Synodũ, vel Conuentus forenses, aut iudicio seculari subiacere pro rebus eorum, siue etiam veniat ad Domos eorum pro ordinibus celebrandis, nisi vocatus, aut pro tractandis causis &c. Item quod non possint excommunicari, vel interdici, aut mercenarij, & benefactores eorum, vel etiam hi, qui cum eis laborant, quando alij ferias agunt. Item propter communia Interdicta terrarum non teneantur à Diuinis cessare: Nec liceat Fratribus, à Claustro recedere sine licentia, nec vllus audeat eos retinere. Laborum verò ipsorum, quos proprijs manibus aut sumptibus colant, siue de nutrimentis suorum animalium, nullus*

Summar. Part. 3. Tit. De regulis Religiosorum § 5.

Vincentii Beluacen. Lib. 28. Cap. 8. Et Volaterrani Lib. 21.

Bernardi Epist. 12. ad Carthusienses.

Alexandrinæ Bullæ suprà Lib. 1. Tit. 1 Ar. 6. & Tit. 2. Art. 10.

Lucius 3. P. confirmauit terminos Domus Carthusien. quæ suscepta est sub protectione Sedis Apostolicæ, & intra eos limites prohibita piscatio, venatio, aucupatio, pascua, & transitus animalium &c. Bullis die 21. Decem. & 8. Janua. An. 1184.

Die 2 April. An 1. Pontif. Clementis 3.

Acta in Capitulo generali Ordinis omnia, adprobantur Bulla, die 7. Iunii An. 3. Pontific.

Die 1. April. An 1. P. Cælestini 3. Eiusdem Bulla, die 12. Iulii An. 2. Pontif.

* Misericordiæ munera.

Die 9 Iul. 1192.

In hanc rem volue suptascripta, in Margine Art. 16. huius Tit.

Pius 2. P. singularum Domuum Carthusiensium Priuilegia, toti Ordini communia fecit Idibus Iul. An. 1460.

ab eis decimas exigat, &c. Qualia Celsissimæ Sedis in cœnobitas iura eximia constabilijt Innocentius 3. P. Nonis Decemb. An. 1202. Similiter dehinc Honorius 3. P. Decumanæ illius pensitationis immunitatem explicuit gratioso Carthusianis Rescripto huiusmodi, circa Idus Iunias Ann. 1216. *Vobis vniuersis, & singulis, vt laborum vestrorum, de possessionibus tam ante quàm post generale Concilium acquisitis, quas proprijs manibus vel sumptibus infra vestros terminos colitis, nulli soluere decimas teneamini, ad instar fœlicis recordationis Clementis P. 3. prædecessoris nostri, auctoritate præsentium indulgemus &c. Nonobstante, quòd aliquæ Domus vestri Ordinis decimas de huiusmodi laboribus aliquando persoluerint: Dummodò inter vos, vel aliquos vestrûm & Rectores Ecclesiarum, ad quas decimæ pertinent, de ipsis soluendis Pactum non interuenerit, vel tanto tempore eas non soluerint, quod sufficeret aliàs legitimè præscribenti &c.*

Innocentiana Bulla die 5. Decemb. An. 5. Pontif.

Honorii 3. Literæ Iunio mense An. 1. P. Aliæque, die 9. Febr. An. 2. quòd Fratres Ordinis non tenẽtur præstare iuramentum calumniæ, nec ad aliquod perhibendum testimonium.

Clementis 7. apud Auenionem priuilegio, Carthusiani possunt mittere ordinandos ad sacerdotium. An. 13. Pont. Literis die 19. Apr. An. 1391.

14. PRÆTEREA Gregorius 9, qui post honorium, S. R. E. Præsulatu functus est, decreuit, anathematis nexu districtos, qui Ordini huic sese ex professo vouerent, solui posse à Magistro Conuentus Carthusien. Dempto grauiorum noxarum genere, quarum expiatio, supremæ Rom. Pontif. auctoritati, sacris Canonibus, reseruetur. Codicillis 1. Nonas Nouemb. An. 1228. Gregorius necnon ipse, singula Ordinis priuilegia valere iussit, nec cuiquam subesse eum, prærerquàm Apostolico Solio, declarauit. Octauo Kalend. Februar An. 2. Pontif. Egregio rursùm Alexandri 4. P. munere, liberum fit Carthusiensis Familiæ Præfectis, sibi subditum, qui à Regulæ præscriptis prauè aberrarit, noxa liberare: Sepositis hinc maioribus flagitijs, quæ Romanæ Sedis iudicio recepta sint. Postridie Kalend. Apriles An. 1254. Is quoque posteriori Diplomate permisit Conuentuum Magistris, sacras Confessiones excipere Mercenariorum, ac Familiarium Cœnobij sui cuiúsque, & Ecclesiastica ijs sacramenta subministrare. Illos insuper, commeatus onere, victúsque leuauit suppeditandi Diœcesanis Episcopis, qui ad Monasticas eiusmodi Casas DEI appulerint. Sexto Iduũ Feb. An. 1256. Inde Clemens 4. P. sanxit Nonis Iunijs An. 1266. *Quòd Priores & Fratres Ordinis possint petere ac recipere portionem bonorum sibi competentium, mobilium ac immobilium, tempore ingressus & professionis: Ita tamen, quòd eadem bona, postquam ad manus illorum peruenerint, teneantur vendere iuxta Statuta Ordinis, in vtilitatem Domorum ipsius, dictorum bonorum pretium conuertendo.* Speciatim vtique Ioannes 22. P. Carthusianis irrogauit Decumani possessionum muneris vacationem: nisi cui vel Pactum conuentum, vel temporis præscriptio longissimi opponeretur. Quarto Nonas Iul. An. 1318. Imo & posteri Anni Idib. Quintilib. protraxit ille decimarum immunitatem ad Noualia, seu quæ nouissimè Cœnobijs accreuissent. Insuper decreta est ab eo, Carthusiæ Bonipassus, Cauallicensis diœceseos, perceptio sacrarum decimarum ex latifundijs, quæ Carthusiani ipsimet plebeijs colonis dederint excolenda. Luculentis tabulis Quarto Kal. Maias An. 1330. Quod amplius, Pontifex idem Monasticos istiusmodi Conuentus Annaria fructuum lege exoluit vacui Primatus singulorum ipsorum. Tertio Kalend. Maias eod. Ann. Secundùm hæc, Clemens 6 P. Carthusiæ Alumnis interdixit migrationem ad *Regulares* Mendicantium Sectas: nisi exorato ob id Pontifice Max. qui huic Sanctioni nominatim obrogaret. Literis exaratis, ad Idus Decemb. An. 1350. Quibus consonat Benedicti 13. P. Constitutio postridie kalend. Mart. An. 1402. Et Martini 5. P. Quinto Nonas Octobres An. 1424. At versa vice, Martinus hic cauit, Mendicantibus cœnobitis, ad disparem Ordinem desciscere, fas non esse, prærerquàm ad Carthusianum. Quarto Calend. Sextiles An. 1417. Vnde Lex isthæc deprompta, Viam ambitiosæ cupiditatis De Regular. & transeunt. In Extrauag. commun. Deinceps porro Innocentius 6. P. annuit Carthusiensium postulatis, vt sacri Interdicti tempore, Conuersi, Familiares, seu qui intra Monasterij septa degerent profanæ sortis homines, Diuinis interessent liberè, vnà cum sacerdotibus cucullatis: modò ne illi causam Interdicto prębuissent. Codicillis pridie kal. Mart. An. 1355. Cœnobio item Vallis-Benedictionis, apud Villamnouam,

Gregorianæ tabulæ, die . Nouemb. An. 2. Pontif.

Die 5. Ianuar. An. 12:8.

Priores Conuentuales monachum ab irregularitate possunt absoluere. Bulla, die 2. April. An. 1. Pont. Alexandri.

Die 8. Febr. Ann. 3. Pontific.

Clementina Bulla, die 5. Iunii An. 2 P. Quæ tamen in Gallia, quoad tacitam bonorum dedicationem & transitum, cum nouo monacho, in Monasterium non seruatur: nisi is expressim de illis ante professionem disposuerit, pro modulo quidem Consuetudini locorum præfinito.

Decimarum Exemptio Apostolica, die 4 Iulii An. 2 Pont.

Die 15. Iul. An. 1319.

Die 28. April. An. 14. Pontif.

Bulla, die 29. April. 1330. Quòd Carthusiani non tenentur ad solutionẽ primorum fructuum, vacante Prioratu Conuentuali.

Circa diem 13. Decemb. An. 9. Pontif. Clemenis 6.

Die 2. Mart. An. 10. Ponr. Benedicti 13.

Die 3. Octobr. An. 2 Pont. Martini 5.

Martiniana Bulla, die 29. Iul. An. 1. P.

Innocentii 6. Literæ, die vlt. Febr. An. 3. Pontific.

Bail à rente fonciere, à cens, ou emphyteose.

Auenionen. diœceseos, permisit Innocentius sacrorum fundorum permutationem, locationemuè perpetuam, Libellæ titulo, solarij, vel emphyteuticæ pensionis: Sed hoc ita, si ex dictatis rei Ecclesiasticæ alienandæ solennibus nil omitteretur, Actuique, superior intercederet Carthusiæ auctoritas Gratianopolitanæ. In eum simul Vallis-Benedictionis Conuentum Pontifex benignè contulit symbolum suum, Decimarúmque immunitatem ex prædijs, quæ Rusticano cuiuis inaranda transcripsissent monachi, aut in posterum transcriberent. Pridie Idus Sextiles Ann. 1362. Nec silendum est interim, Carthusianis Collegijs gratificatum piè Gregorium 11. Vt illegitimis orti Natalibus, sacro Altaris ministerio admoueri possent sacerdotes, & ad publicas adeo Sodalitij functiones vocari; adscito tantùm maioris Cœtus Ordinis consilio. Diplomate, 6. Nonas Mart. An. 1375, Gregoriano itidem beneficio, Carthusianæ Ædes vniuersim Decumano ære immunes fiunt, pecuniæque in Apostolicum Fiscum collatione. Decimo sexto Kalend. Octobres An. 1377. Haud aliter Clemens 7 apud Auenionem, rescripsit, Carthusianam almæ Crucis Basilicam in Iaresio, pendendis decumis non obligari ex possessionibus quas haberet habituraue esset, seu quas profanis etiam Agricolis fruendas tradidisset. Pridie Nonas Ianuar. An. 1391. Nunc prodeat in medium Christianæ Pastor Ecclesiæ Innocentius 8. Cui nimirùm rectè prudentérque placuit, Carthusienses Paulina Sanctione non teneri, alienationis prohibitoria fundorum Diuini iuris, inconsulto Rom. P. Kal. April. An. 1487. Postremò Iulius 2. fœminis aditum præclusit in Carthusiana virorum, & hominibus vtriusuis sexus in fœminea eiusdem Ordinis Septa monastica: Excepto tantùm, si Familiæ Antistes summus, & Diffinitores celebriore in Conuentu lecti, rogantibus veniam dederint introitus in muliebre Cœnobium. Bino diplomate, 7. Idus Ianuar. An. 1506. & 17. Kal. Quintiles An. 1508.

La grand Chartreuse près Grenoble.

Die 12. Augusti An. 1362.

Gregorianum Rescriptum, die 2. Mart. An. 1. Pontif. de nothis ad sacros ordines promouendis

Die 16. Septemb. An. 7. Pont. Gregorij 11.

Clementis 7. Antipapæ Bulla, die 4. Ianuar An. 12 Pont. Idem statuit 4. Idus Iunias An. 6. personas Ordinis, etiam Donatos, esse omni exemptos Iurisdictione, præterquàm Apostol. Sedis.

Innocentii 8 Bulla, die 1. April. 1487. Carthusienses non comprehendi Lege Pauli 2. P. alienationes vetante rerum Ecclesiæ, sine Apostol. auctoritate.

Iulii 2. P. Literæ, die 7. Iannar. 1506. & 15. Iunii 1503.

La Chartreuse de S. Donatian & Rogatian ès Faux-bourgs de Nantes en Bretagne, fut fondée le 14. d'Octob. l'an 1445. par le Duc François 1. de Bretagne, pour 13. Religieux, & dotée de 780. liures de rente sur la recepte de la Preuosté de Nantes. Depuis par Bulle Apostolique 5. kalend. Mart. An. 1570. *le Prioré de S. Leonard d'Isseron vallant 800. liures de rente, dependant de l'Abbaye de S. Michel en l'Air a esté vny à la Mense desdicts Chartreux. Mais y a eu appel comme d'abus de ceste union gratieuse par vn titulaire nouueau de ce Prioré. Lequel appel comme d'abus fut plaidé au Grand Conseil en Aoust, l'an 1584. & appoincté au Conseil. Mais depuis, & le 27. d'Octob. audit an 1584. par Arrest dudict Conseil, a esté dit auoir esté mal & abusiuement vny ledit Prioré d'Isseron, comme faict par Gregoire 13. l'an 1573. nonobstant l'Arrest du Parlement de Rennes omologatif de ladite vnion gratieuse,* & in forma geatiosa, *contre led. Arrest de Rennes y a eu aussi eu Requeste Ciuile par Henry du Bois, titulaire Prieur d'Isseron, & demandeur, &c. cõplaignant, pour le tiltre dud. Prioré. Depuis, après le decez dud. du Bois titulaire, y a eu nouuelle Sentence d'Vnion de l'Euesque de Nantes pour lesd. Chartreux, auec cognoissance de cause, donnée le 28. d'Auril 1603. Et autre pareille dud. Euesque du 30. May audit an, sur le nouueau consentement à ladite vnion, de par les Religieux, Abbé, & Conuent de S. Michel en l'Air, dont descend ledict Prioré. De laquelle nouuelle vnion y a eu appel cõme d'abus par René Courtin pourueu à Rome, qui a perdu sa cause par Arrest du grand Conseil en Septemb. 1604. & l'Vnion confirmée au rapport de Monsieur Laduocat Conseiller audit Conseil.*

Statuta Ordinis Carthusien. impressa Basileæ, die 11. Ianuar. An. 1510. Et Acta Capituli generalis expedita, An. 1154.

42. ROMANIS in Carthusianos Priuilegijs ritè subnectuntur Familiares ipsorum Constitutiones, Lib. edito apud Basilcam Rauracorum, collectæ vulgatæque An. 1510. Præter quas Ordinis Constitutiones, feruntur Comitialia Decreta quædam, istud cumprimis de esu carnium vsquequaque repudiato ab vniuersa Familia, definitũ An. 1254. die Lunæ Dominicã Ascensionem sequenti. Hac igitur seueriori vitæ Disciplina Carthusianis proposita, tum à principibus Ordinis, tum ab Apostol. Sede, emerserunt insignes ex eo Sodalitio sacræ Doctrinæ Magistri, qui suis lucubrationibus Christianam Rempub. magnoperè adiuuerunt. Nam Brunonis exemplo, Carthusiæ conditoris, cuius Theologica Opera extant, Guido 5. Prefectus Carthusianæ Familiæ, scriptis publicauit, inter alia, sui Ordinis institutionem, cum vita Hugonis, Gratianopolitani Episcopi. Sub Annum 1130. Ludolphus, in Æde Carthusiæ Argentinensis, Saxo, Libros exarauit in vitam DOMINI IESV, in Psalterium, aliáque multa, An. 1330. Henricus de Cosueldia. Germanus, Exodum Scholijs mysticè interpretatus est, ac Paulinam Epistolam ad Romanos. In tria quoque Vota *substantialia* Tractatum edidit, ac Circuncisorium mysticum, circa Ann. 1410. Erricus ab Hassia,

Brunonis Coloniensis Commentaria in Psalmos, in Epistolas Pauli. de Ornatu Ecclesiæ, &c.

Ludolphus, Carthusianus, in Psalmos.

iunior, Libros Sententiar. Genesin, ac Exodum Commentarijs illustrauit. Annum circiter 1426. Gerardi verò Stredani Monumenta visuntur, de Cura pastorali, de Decem præceptis, de 7. Sacramentis, cum Speculo Religiosorum, & Concionibus de Diuis. Sub Ann. 1440. Ioannes, Hagenus scripsit De vita Religiosorum, de casu Religionis, in Regulam Sancti Benedicti, aduersus Bohemorum Errores. De auctoritate Pontificis summi in Concilijs Ecclesiæ, de Visione Danielis, &c. An. 1460. Ioannis autem Teneramundæ Volumina inscribuntur De notitia DEI, de Natura & lapsu hominis, de Reparatione Lapsi, de Sacramento Altaris, de Fide Christiana, de Conceptione B. Mariæ. Sic Iacobus Gruytrodeus, Germanus, in lucem emisit suas Commentationes, de veris virtutibus, de 7. Peccatis mortalibus, de quatuor nouissimis, de vita DOMINI IESV, de præparatione ante Missam, de *Lectionario* Mensæ, de Speculo *Prælatorum*. Item Dionysij Rikel, Germani, Opera vulgò prostant, cunctos ferè prisci Fœderis nouique Libros explicantia. An. 1472. Henricus Arnoldus, Saxo, Basilien. Conuentus, Orationes de Cœlitibus varijs pertexuit, Concordiam Euangeliographôn, de passione DOMINI, Meditationes de Vita CHRISTI, de Conceptione immaculatæ Virginis MARIÆ, de recta

Hic *de Gruytrode* Prior Domus omniũ Apostolorum, iuxta Leodium.

Dionysius Carthusian* Domus *de Bethleem* in Ruremunda, Gueldriæ oppido, scripsit in Vetus & Nouum Testamentum.

D. Guerneri, Carthusiani olim Coloniæ, De venerabili Sacramento, missarúmque valore Paradoxa vndecim. De quo Trithemius.

Le Conuent des Chartreux du Val S. Pierre, en Laonnois, prés de Nostre Dame de Liesse, dedans les Bois, est de la fondation de l'Abbaye de S. Remy de Reims. Depuis les Abbez & Religieux de S. Michel en Thierasche y ont faict des dons & augmentations, & aussi l'Abbé de Vaucler.

Gregorius quidam Carthusianus, fuit à confessionibus sacris Maximiliano Cæsari, & An. 1519. Maximilianus moriens illum Friburgo acciri iussit, virum doctrinæ & sanctimoniæ commendatione insignem : Cui vbinam & quomodo sepeliri vellet præcepit, & vltima sacra ab eo rité percepit. Austriacæ Hist. Lib. 2. Gerardi de Roo olim Bibliothecarij Ferdinandi Austriæ Archiducis.

L'an 1300, Messire Guillaume de Mascon, Euesque d'Amiens, fonda les Chartreux prés d'Abbeuille, & leur achepta des Templiers leur Maison & Eglise.

Nouitiorum Institutione, Chronicon Domus Carthusien. Circa annum 1480. His supersedeo, déque alijs, è Carthusia polygraphis Theologis, Lectorem reijcio ad Trithemium, Spanheimensem cœnobiarcham. Lib. de Scriptorib. Ecclesiastic. Vitæ porro sanctimonia conspicui in omnem posteritatis memoriam, celebrantur DIVI, Bruno Carthusiæ Patriarcha, Stephanus, Hugo, & Ancelinus Episcopi, cum Guiguone Ordinis Antistite, Vilhelmo, Nicolao, & Basilio. Quoniam, ad hæc, variæ passim Ordinis Cellæ monasticæ, Orbi dederunt clarissimos istos literis ac moribus cœnobitas, haud absonum erit, nonnullas illustrium virorum altrices, ex hac Familia Domos in medium producere. Ac ne Gallicarum regionum finibus egrediamur istic, apud nostrates Francos prædicantur, cum elogio. Carthusianæ Casæ, Vallis-Dei, Luuigniaci, Ligeti, Appoinaci, Bellilarrici, Vallis S. Georgij, Domus Parci, Vallis-viridis ad Lutetiam, Vallis Profundæ, Basseuillæ, Fontis B. Mariæ, Fontaneti ad Belnense Burgundionum oppidum, Diuæ Mariæ de Pratea ad Trecas Campaniç, Almæ Trinitatis iuxta Diuionem vrbem, Rosæ D. Mariæ ad Rothomagum, SS. Donatiani & Rogatiani prope Nannetas Armoricarum, Campi S. Michaëlis d'Auraij. In Belgica pariter Ambianorum Gallia, Veromanduorum, & Flandrorum, habetur Carthusiense Fanum B. Honorati ad Abbatisvillam Pontiuensium oppidum, Montis S. Ludouici ad Nouiomum, Domús Montis-Dei, Vallis S. Petri, Vallis S. Spiritus iuxta Gosnayum, Montis S. Mariæ ad Betunam Atrebatum, muliebre Cœnobium B Mariæ *de Macort* prope Valentianas Hannoniæ, Vallis D. Aldegondis ad * Odomaropolim, B. Mariæ de pratis iuxta Monstroliense Ambianorum oppidulum, Montis S. Andrææ apud Neruios Tornacenses. Rursus in Gebennensi prouincia, incolitur Domus Carthusiæ maior, Ædes Valonis, Angionis, Repausatorij, Vallis S. Hugonis, Allionis, Pomerij, Vallis Sãctæ, Calesij, Partis-Dei, S. loci de lancea, Vallis-Virtutis, Domus Correriæ, principi Carthusiæ adunata.

Spanheimense hoc seu Spanhense Monasterium, in Germania, fuit sub Cõgregatione Bursfeldensi Saxoniæ Benedictina reformata: Cuius Congregationis Statutorũ, & Ceremoniarum Codicem legi, manu descriptum 10. Kal. Ianuar. An. 1502. in Cœnobio Egmundensi, Ordinis S. Benedicti, diœcesis Traiectens. Prouinciæ Colonien. De qua Congregatione, Nos supra Lib. 1. Tit. 2. Art. 18.

Nomina Domuum Ordinis Carthusien. in Prouincia Franciæ.

Carthusienses Domus in Prouincia Picardiæ: in qua, Philippus 4 Rex fundauit Domum Montis S. Ludouici.

Le Mont S. Louys, aliàs, *Le Mont Regnault, prés Noyon, lequel Reginaldus estoit de la maison du Roy S. Louys.*

* Vrbem S Audomari, in Artesia.

Gebennensis prouinciæ Domus Carthusianæ.

Aquitaniæ Prouincia. Cadurcorum Episcopus Iacobus, dein summus Pontifex, Iohan. 22. dictus. Ex Fontano Brugensi, in eius Vita.

Comitatus Prouinciæ, Ædes Carthusianæ.

Virgineum quoque est Carthusianum, in Flandria Cœnobium, prope Brugas.

Insuper apud Aquitanos situm est Carthusiense Monasterium Bonæfidei, Portus B. Mariæ, Glanderij, almæ Crucis in Iaresio, Vallis Claræ, Bellhuisus, S. Saluatoris, & Caduici. Quod Albiæ Cadurcorum cœnobium, Templarij quidem primitùs tenuerant, sed iis profligatis ad Carthusianos transtulit supremus Antistes Ecclesiæ Iohannes 22. Vti Franc. Petrarcha memorat in Epist. ad Sagramorum, Equitem & monachum. Deinceps in Massiliensi prouincia effulgent sacræ Basilicæ d'Vrbonis, Montis Riui, Vallis S. Mariæ Verne, Vallisbonæ, Bonipassus, Vallis-Benedictionis, Pratimollis, monialium: Bertaudi, Sanctimonialium, annexa Ædi d. Vrbonis. In Burgundiis itidem oris, florent Carthusianæ Domus Portarum, Siluæ Benedictæ, Maiorcui, Aruerix, Vallisclusæ, Sellionis, Boniloci, Montismerulæ, Siligniaci, Petrecastri, Poletens, monacharum: Saletaium Virginum. Plusculas nunc missas facio Carthusiæ Cellas, quæ in exteris semotisque à nostra Gallia Regionibus positæ, Diuino cultui planè sacrantur.

Lib. 2. Tit. vlt.

Bernardi Epistola pro Abbate Latiniacensi, de Lagny.

Vide hanc clausulam suprà Lib. 1. Tit. 3. art. 7. in fine.

Petrus Venerabilis.

D. Cypriani Lib. 1. Epist. 2.

43 DENIQVE Monastica aliorum Ordinum Collegia huc adduci possent ex Sabellico, Volaterrano, Polydoro, cæterisque huiusmodi Ecclesiasticorum Operum Auctoribus neotericis, præter vetustiores. Sed nec Collegia illa omisimus in Forensi nostra Ecclesiæ Politeia, nec tam multitudine quàm meritis singulorum dignitatem metimur Apostolici in cœnobitas Priuilegij, in quo versamur. QVOD superest igitur, cucullatis nostri æui Clericis enitendum sedulò, ne a Maiorum norma vitáque degeneres, antiquis simul illorum Priuilegiis, ceu Palladio, excidant, suo: neue in eos preterea torqueatur obiectum à D. Bernardo olim probrum istud in pseudomonachos quosdam suæ tempestatis. Quæso, dolete vos, qui Monachi estis, vicem Magistri vestri beati Benedicti: cui iam, vt videtis, prope est vt vbique contradicatur, & pereat omnis vigor monasticæ Disciplinæ, Monachis aduersus Abbates suos cornua sumentibus de manu forti. Epist. 230. cui talis quoque subijcitur clausul. A SECVLO NON EST AVDITVM, &c. Eò refertur propemodùm, æqualis Bernardo Petri Cluniacensis Abbæ censura, ad sui alumnos Monasterij. SI MONACHVS ES, inquit, VBI EST HOC QVOD PROFESSVS ES? QVID DEO MENTIRIS? QVID TEIPSVM FALLIS? &c. Lib. 6. Epist. 17. Omnimodò sane, Cæcilij Cypriani verbis, oportet Sacerdotes & ministros, qui Altari & Sacrificiis deseruiunt, integros atque immaculatos esse: cùm DOMINVS in Leuitico 21. loquatur, HOMO, in quo fuerit macula & vitium, non accedat offerre dona Deo.

I. NOVORVM

Guido Delphinus Viennens. filius Andrææ Delphini fundauit hoc Carthusiense Pratimollis Monialium Cœnobium, Gratianopolit. diœcesis, in eoque sepultus est. Eius vero vxor Beatrix filia Petri Sabaudiæ Comitis sepulta est in Monasterio de Melans, Carthusien. ordinis, Gebennen. diœcesis, quod ipsa fundauit. Ex libro libertatum Delphinalium.

Verne, au diocese de Tholon, en Prouence, c'est vne Chartreuse de nostre Dame, fondée l'an 1202. Renuoy de quelques Religieux de ladite Chartreuse de Grenoble, & les Gentils-hommes voisins dud. terroir de la Verne, se faisans là Religieux, ils donnerent la seigneurie dud. pays, qu'ils y auoient à lad. Chartreuse de la Verne, par tiltre de Raymundus de Foulqueriis *l'vn d'iceux de l'an 124, &c. & iusques à l'an 1223. que Raymundus Beranger Comte de Prouence confirma toutes lesdittes donations, & aussi Louys 2. Roy de Sicile l'an 1400.*

1. NOVORVM *Ordinum Monaſticorum ſtatus pendet à Romanæ Sedis adprobatione.*
Terreni Principis officium, Pontificia Eccleſiæ decreta vt poteſtate tueri, ſic pietate complecti & ſeruare.
Cæſarum, Regumque priſcorum, in Sacerdotes Prælatóſque *Eccleſiæ, obſeruantia religioſa.*
Sancta Imperatorum, Regumque monita, ad Filios proximè in imperium ſucceſſuros.

2. *Annuæ penſiones alimentariæ, è Fiſcalibus tributis primitus Eccleſiis adſignatæ.*
Eccleſiaſtici fundi, publicis Vectigalibus exempti ac immunes.
Cæſareæ quædam Leges, immobilium rerum donationis in Eccleſiam prohibitoriæ.
Boioariæ, & Vviſigothorum Leges, tutrices bonorum Eccleſiaſticorum.

3. *Impèrialia, & Regia in Ciſtercienſes monachos Priuilegia.*
Claræuallenſis Cœnobij lites ſeculares, *ab vno Iudice* gardiatore *Priuilegiorum monaſticorum, tractandæ.*
Ciſtercienſium exemptio, à vectigalibus & tributis Fiſci.
Abbatia de Challis, *ſub* immediata *Regum protectione & cuſtodia.*
Muliebris Abbatiæ du Lis *fundatio, & exemptio ab omnibus* pedagiis *& portoriis.*
Senatorij fori Priuilegium, Claræuallis Monaſterio datum.

4. *Euſdem liberatio Regia à vectigali Salis Lotharingici in Monaſticam domum aduecti.*
Campanorum Comitum beneficia in Claramuallem, Religionis Ædem.
Tholoſani Comitis Statutum, *pro Monachorum libertate, Ciſtercienſium præſertim.*

5. *Cæleſtini, Fiſcalibus nummorum ſubſidiis, & Indictionibus quibuſque liberi ac vacui.*
Salaria ex publicis Horreis perceptio annua, Cœleſtinis à Principe gratis adſignata.
Speciales Iudices, eorum cauſis, tanquam Conſeruatores, *delegati.*

6. *A Viarum munitione, Monachi, aliique Priuilegiarij non excuſantur.*
Vetus de eo Areſtum Parlamentare, *in Ciſtercienſes* Barbelli *cœnobitas.*
Alterum, in Religioſos Abbatiæ *S. Victoris, Pariſien.*
Simile pro Conſulibus Vrbis, in Clerum Lemouicenſem.

7. Burſæ *communis regiorum* Secretariorum *participes ſunt, Cæleſtini Lutetiani.*
Eodem, cum Secretariis, *Priuilegio vtuntur iſti.*
Nec, dum litigant, Greffariis *quicquam ſoluunt Cæleſtini, inſtar* Secretariorum.
A Banno & Retrobanno, Feudorum *ratione debito, ijdem exempti ſunt.*
Gabellam *quoque Salis ex Fiſcalibus horreis deſumpti, non penſitant.*

8. *Carthuſienſes, omnium Tributorum immunitate donati.*
Qualis exemptio prodeſt etiam Familiaribus, ſeruis, & Donatis cuique Carthuſiæ.
Tailliarum, *& ſubſidiorum Fiſcalium immunitas Eccleſiaſtica, intelligitur tam pro nouis, quàm antiquis poſſeſſionibus prædiariis.*

9. *Ex Salaria annona* Gabellam *Fiſco non præſtant Carthuſiani.*
Neque Sigilli *regij emolumentum ſoluunt in* Cancellaria, *in* Præpoſitura *Vrbis, aliſque Tribunalibus regiis.*
Pro Regibus Franciæ, Clerus orare tenetur.

10. Cruciferi, *nihilo magis quàm Carthuſiani, coguntur alere Oblatum à Rege Veteranum.*

Fori priuilegium Regium pro Cruciferis.

Abbatiæ de Liury *lites commissæ sunt Præposito Parisiensi.*

Canonici Nemoris Vicenarum, Cœnobitæ S. Iuliani Turonen. S. Capella *Biturigum, pari gaudent priuilegio Fori, apud Regium sui cuiusque Municipij Iuridicum.*

11. *Causarum delegatio Cœnobiorum, & Ecclesiast. Collegiorum, Consiliariis* Requestarum Palatij *Parisien.*

In eo genere sunt Archiepiscopus & Capitulum *Turonense, Maius Monasterium, & Ecclesia* collegiata *S. Iohannis Euangelistæ prope Turonicam vrbem.*

Canonici S. Hilarij Pictauensis, B. Mariæ Carnutensis, B. Mariæ Melodunensis, S. Capellæ Palatij *Parisien.*

Abbatia de Ioüerre, *Religiosæ* Longicampi *ad Lutetiam.*

Fontis-Ebrardi Abbatiæ *fundatio, & Priuilegium forense.*

12. *Monastica libertas in* seculares *omnes Exactiones, &* Laïcales consuetudines.

Longicampi *Sanctimonialium exemptio ab vniuersis Tributis.*

Sumptuum contributioni, pro Regio in Vrbem introitu, obnoxia est Ecclesia.

13. *Cleri liberatio generalis à* reparatione *sacrarum Ædium, per Bella ciuilia dirutarum*

Edictum vetus, de reparationibus Ecclesiarum *Franciæ.*

14. *Maioris Ecclesiæ Priuilegia competunt vnitis ei.*

Concessa loco Priuilegia, eo postea vnito alteri pariter vniuntur.

Abbatiarum *Vniones variæ.*

Vnionum Ecclesiasticarum aliæ personales, *aliæ* reales.

Episcopatus simul vniti.

15. Abbatiæ *Burgi-Dolensis, Ordinis S. Benedicti, Priuilegium regium.*

Hospitale Mathurinorum *Parisien.*

Appellationes à Cluniacensi Abbate, in profanis, veniunt ad Parlamentum immediatè.

16. Mendicantium *Religiosorum exemptio à* Fiscalibus subsidiis.

Multiplex de eo Rescriptum, & Arestum pro Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus.

17. Minimorum *Ordinis, Priuilegia Regia.*

Mutatio nominis, in ipsa Monachorum Professione, vbinam Terrarum, & cur introducta.

Votiua cœnobitæ Professio, quasi secundus Baptismus.

Benedictinorum monachorum, à Rom. Sede immediatè dependentium, *sub* Capitulis generalibus, *Congregatio, & Reformationis Acta.*

Numerus Abbatiarum, *Congregationis Monachorum S. Benedicti exemptorum.*

18. *Longobardiæ, & Italiæ Monasteria multa, à Regibus fundata.*

Imperialia Cœnobiorum, & Cleri Italici priuilegia.

Germaniæ Fana monastica, Bohemiæ, Sabaudiæ, Hispaniæ, Poloniæ, Daniæ, Scotiæ à Cæsaribus, & Regibus condita.

19. Abbatia de Meobec, *aliæque, Dagoberti regis Galli pietate constructa.*

20. *Senonense cœnobium B. Petri, & S. Luciani Bellouacense.*

Monasteria S. Iohannis de vineis, B. Mariæ de Turpenay, *& S. Menenny, à quibus fundata.*

S. Nicolai, Andium, Abbatiam *dedicauit Vrbanus 2. P.*

Flandrica Cœnobia, fundationis Comitum, plurima.

21. *Carthusia Villænouæ iuxta Aueniouem, quorum muneribus creuerit.*

Admortizatio *regia bonorum Ecclesiæ, & Diœcesis Nouiomensis.*

Vnioni beneficiorum Ecclesiast. accedere debet Regis patroni consensus: & Regij procuratoris, in ea Iudicio examinanda, elogium.

Ebroensium Canonicatuum *Vnio Apostolica, in Senatu, ex appellatione, disceptata.*

22. *Ad Principem, eiusque Magistratum pertinet ciuilis & externa Politia Ecclesiæ.*

Arestum Parlamentare, *nullam Regi* finantiam *solui debere ex acquisitis, diuque possessis à Monasterio ipso.*

Cathedralis *Ecclesiæ priuilegium, ne appellationes* laïcorum *ipsius subditorum, deuoluantur ad alium, quàm merè Regium Iudicem.*

23. *Curiæ Aresto præscripta inter* Abbatem commendatarium, *& Religiosos, de* temporali *Bonorum regimine,* Officiorum, *& Beneficiorum Monasterij.*

S. Dionisij, in Francia, Abbatiæ, *adiudicantur Imagines Regum mortuorum, Ornamentáque* accessoria, *quæ Regio in funere spectanda portantur.*

Imperialium, & Regiarum exequiarum celebritas prisca.

24. *Angliæ rex Rufus, malæ tractationis Ecclesiarum, & rerum Ecclesiastic. insimulatus.*

Pij Reges, quinàm, Regnis relictis, Monasticum habitum votúmque complexi sint.

Reginæ, & Principes fœminæ, ex voto Cœnobiis inclusæ.

25. *Eremitæ, núm inter Religiosos habeantur.*

Ægyptij Anachoretæ.

Græci, & Latini Eremitæ.

Qui sunt sub obedientia alicuius Superioris, vel Episcopi, Eremitæ gaudent priuilegio Clericali.

26. *Eremiticæ domus Vnio, cum proximo Religiosorum Conuentu.*

Archiepiscopo non licet, Beneficiorum Vniones in Diœcesi Suffraganei *sui constituere.*

Vacante Sede Episcopali, Capitulum *potest Beneficia vnire cum causa.*

Mendicantium *Ordines, nouas Domos, Ecclesiasuè aliorum sibi vsurpare prohibentur.*

TITVLVS II.

DE REGIIS, IN MONASTICOS ORDINES, BENEFICIIS.

S. Quintini Ecclesia à *Beauuou*. Quo in Monasterio S. Quintini, aut Mōtis Quintiniani Karolus Caluus galliæ rex, placitum tenuit cum suis Consiliariis An. 874. Ex Aimoyni Appendice, Lib. 5. De Gest Franc. Cap. 31. Fuit quoque a D. Bernardo celebratus Abbas Montis S. Martini Godescalus vir religiosus & sanctus, in Epist. 214. ad Innocent. P. P.

Isidori Can. 19. Caus. 23. Quæst 5.

Regestum Gregorianum.

* Principes obediant Cæsari, milites Principibus, diaconi presbyteris, sacrorū præfectis: presbyteri, diaconi, & reliquus Clerus, vna cum omni Populo, & militibus, & Principibus, & Cæsare, Episcopo: Episcopus Christo, sicut Christus patri obediuit: Et hac ratione vnitas per omnia custoditur.

VT SACRA PROFANIS, sic Pontificia Regiis præstruximus Monachorum Priuilegia: quo, isthæc redderemus illustriora tantò, quanto certius, Monasticæ Religionis auspice Præsule summo, dignis irrogarentur à Principe. Ex consimili Quintinianæ Bellouacorum Ecclesiæ exemplo apud Yuonem Carnutensem, quæ communibus stetit Roman. Antistitum, Regúmque Franc. auxiliis & beneficiis. Epist. 208. ad Gottofredum, Bellouacensem Episcopum. Quemadmodum enim Principali potestate munitur Ecclesiastica disciplina, Isidiori dicto. Ita Pontificale in Ecclesia decretum sectari decet Reges ac Monarchas, seu quæ Ecclesiasticis placitis semel recepta ac probata sint. Id quod, Gregorio. I. Sacerdote Max. reuerenter obseruatum à Childeberto Francorum Rege, testatur Regesti Caput. 97. Lib 4. Vetustius etiam, de Cæsareo in sacros Proceres obsequio, prōmitur D. Ignatij elogium istud, ad Philadelphienses Epist. 6. * Οἱ ἄρχοντες, πειθαρχείτωσαν τῷ Καίσαρι· οἱ στρατιῶται τοῖς ἄρχουσιν· οἱ διάκονοι τοῖς πρεσβυτέροις, ἀρχιερεῦσιν· οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ ὁ λοιπὸς κλῆρος, ἅμα παντὶ τῷ λαῷ καὶ τοῖς στρατιώταις, καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ τῷ Καίσαρι, τῷ ἐπισκόπῳ, ὁ ἐπίσκοπος τῷ Χριστῷ, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ οὕτως ἡ ἑνότης διὰ πάντων σώζεται. Ideóque Reges, ac Cæsares præsto sunt maioribus Ecclesiæ Conciliis, non vt imperent ac præsint, sed eorum vt auctoritatem, vnitatem, ac concordiam tueantur: quæque salubriter in iis constituta fuerint, eadem vt seruentur ab omnibus, prouideant. Iosaphati illius more Hebræorum Regis, qui Iudices populi sedulò hortabatur indies, vt suum ipsius in Superos officium fidémque euoluerent assidua cura inculcandæ ciuibus, exequendæque Diuinæ Legis, cœlestium Mandatorum, præceptorúmque Ritualium. Lib. 2. Paralipom. Cap. 19. Sic regiam Iosiæ Hebræi pietatem æmulatus Karolus Magn. profitetur publicum suum in Religionem studium propensionémque animi: vt lustrandis omnibus Regni gallici oris, monendis Popularibus, emendando formandóque vitæ Instituto, Diuina iis dogmata prorsus instiller. In Præfat. *Capitulorum*, seu Legum Francicarum Caroli. Hanc quoque ciuilis supremæ Potestatis prouinciam esse eximiam agnoscunt Theodosius & Valentinianus Cæss. leg. 1. Cod. Vt nemini liceat, signum SALVATORIS, &c. Gennadio necnon Patritio & Exarcho Africæ scripsit gregorius I. P. nobiliorem victoriæ lauream ex publicis Ecclesiæ hostibus referri à Principe, quàm ex suis priuatim, ac propriis, quos conserta acie debellasset. Lib. 1. Epist. 72. Equidem karolus ille, cui præclarè acta gestáque Magni cognomen peperêre, quùm sibi fatalem instare horam perspiceret, accersiit vndecunque Regni primores, & Optimates, tum Episcopos, tum Du-

Gregor. Can. sicut excellentiam, Caus. 23. quæst 4.

ces & Comites: ac circunstante Pop. corona, in sanctiore Basilica Aquisgrani commonefecit Ludouicum filium, vti piè supernum Numen veneraretur, Ecclesias Dei regeret, nec prauorum hominum contumeliis violari vllatenus pateretur: Sacerdotibus insuper honorem, ceu patribus, exhiberet, reliquisque amorem subditis, veluti filiis. Haud aliter Basilius Græcorum Augustus filium exhortatus est, cognomine Philosophum, Imperiíque collegam, sententia istiusmodi. Sana mente, fili, capesse, quæ ad Religionis Orthodoxiam pertinent, meritísque honoribus prosequere matrem tuam Ecclesiam: quæ te, almo Spiritu afflante, lactauit, tuóque capiti, in Numinis decus, mecum imposuit Diadema Imperatorium. Honora ergo inclytam Dei Ecclesiam, vt ab ipso vicissim, honore afficiare. Sacerdotes eiusdem reuerère, ceu spiritales Patres, ac Populi oratores apud Devm. Iuxta hæc, Diuæ memoriæ Rex noster Ludouicus, proxima obitus sui hora, Nate, inquit, primum hoc, summúmque aduertito, vt Devm Opt. adames, eíque inuisa ac infensa vitato. Clericos omnes honorificè complectere, & monasticis votis addictos. Eorum census, sacráque latifundia enixè tutare: ne profana impiorum manu illis eripiantur. Sicuti de his copiosiùs Iohan. Ioynuilla, coætaneus Ludouici 9. Regis Chronographus, Cap. 93.

Basili Imper. Constantinopolitani, ad filium, Exhortationũ Cap. 66. de Religione, quæ Tom. 5. attexuntur Bibliothecæ sacræ, seu Ecclesiast. Scriptorum.

2. Exin Romani Cæsares, ac Reges primitùs, annuis è Fisco suo prouentibus sacras fouerunt Ecclesias, cum patrimonialium munerum vacatione amplissima. Illis enim Constantinus Imp. oppidatim regionatímque adsignauit publicorum Vectigalium partem ac Tributorum. Auctore Sozomeno, & Niceph. Callisto, in Christianis Annalib. Pari modo, Thraciæ Augustum ferunt, Michaëlem Comnenum, Monasticis Sodalibus ex Ærario suo pendi iussisse in annos singulos tantam pecuniæ summam, quanta ad victum vestitúmque indigerent. Ex Græca Nicetæ Historia. Francorum itidem Chilpericus Rex quotannis erogauit Lupicino Abbæ & monachis triticeam, vinique pensionem in alimenta, nummariámque adeo, in vestium comparationem & indumentorum. Gregorio Turonensi, scriptore, in Vitis Patrum, Cap. 1. Quùm autem priuati interim multas largirentur possessiones Templis Guntchramnus Rex pias largitiones vsquequaque confirmauit. Vt est apud eundem Turonum Antistitem, patriæ Histor. Lib. 7. Cap. 7. Quibus, velut auctario quodam, subiunxère Principes nostri libertatem immunitatémque prædiorum, quæ Phanis Diuûm semel parta essent. Qua de immunitate, Diuini iuris possessionibus debita, agit nominatim Gregorius 1. P. ad Theodoricum & Theodebertum Galliæ Reges. Epist. 114. Regesti Lib. 7. Ac vniuersim deinde, Carolus Magn. liberas, Tributariúsque vacuas oneribus sanxit Ecclesiasticas facultates. Capit. Lib. 6. Cap. 107. Qualis igitur hic Orbis Imperator, quantùm alienus ab illis, qui vetuerant, Clero quicquam donari, etiam testamento? Valentin. Valens, & Gratian. leg. 20. & 27. Cod. Theod. De Episc. Eccles. & cleric. Quò spectare videtur B. Hieronymi, ad Nepotianum, expostulatio isthæc.
„ Pudet dicere, sacerdotes Idolorum, aurigæ, mimi, & scorta hæreditates
„ capiunt: solis Clericis & monachis id lege prohibetur, & prohibetur non
„ à persecutoribus, sed à Principibus Christianis: nec de Lege conqueror,
„ sed doleo, cur meruimus hanc Legem. Boioariorum autem Constitutiones, Religioni oblatas res eripuere mortalium potestati, tutelaréque in patrocinium Ecclesiæ transtulerunt: Ita vt eas à profana quauis seruitute in Ecclesiasticam libertatem asseruerint. Vvisigothorum pariter Lege sanciuntur, & commendantur, quæ Dei cunque Basilicis erogata sint à priuatis, nedum à Principe. Lib. 5. Tit. 1.

Sozom. Lib 1. Cap. 8. Et Lib. 5. Cap. 5. Nicephori quoque Lib 7. Cap. 46.

Nicetas, in Annal. pag. 104. & seq

De Cæsareis, ac Regiis Ecclesiæ Priuilegiis immunitatum, Nos cumulatè, Lib 3. Sacræ Polit. Tit. 2 Et Domanij Franc. Lib. 1 Tit. 13 Art 8. Tum in oratione nostra forensi, pro Clero Gallico edita, An. 1580.

Hieronym. Oper. Tom. 1.

Leg. Boioarior. Tit. 1 De donatio. Ecclesiast.

Tit. De donationib. Ecclesiis datis.

3. Propivs nunc aggrediamur, Cæsarea, Regiáque cœnobitarum Priuilegia, quibus peculiarem hunc Cœnobitis tractatum nuncupamus. Trenorchium D. Valeriani Cœnobium, quod Cabilonensi Burgundiæ Territorio insitum est, multis affecit beneficiis Karolus Caluus Imp. & Galliæ Rex, in gratiam Geilonis tùm Cœnobiarchæ. Codicillis 14. Calend. Apriles,

Die 19. Mart. An. 875.

Abbatia de Tournuz cuius habentis sub se multos Prioratus, de

Regni An. 35. quos descripsit ad verbum Petrus San-Iulianus, Libello Trenorchiensium Antiquitat. Hoc quoque Diploma Franci Reges posteri sanxêre, Henricus 1. An. 1059. Philippus 2. Ann. 1196. Carolus 5. Ann. 1367. Decemb. Mens. Et Karolus 7. An. 1439. Ne Pontificium multiplex omittam in illud Cœnobium Munus, Iohannis 8. P. Literis consignatum in Trecensi Campaniæ Synodo, imperante Ludouico Balbo. An. 878. Cuius Synodi fidem facit Rhemensis Historia Flodoardi. Lib. 3. Cap. 1. Rursùm Fridericus 2. Cæs. qui Romana Sceptra tenebat An. 1240. professus fuit in celeberrima Cisterciensium *Abbatum* frequentia, Ordinis patronum se, assertorem, ac vindicem: eiusque Sodalitio ascribi postulauit. Duodecimo Calend. Septemb. Indictione 3. E Gallis verò Monarchis, Philip. Pulcher insigni beneficentia prosecutus est Cisterciensem Familiam. Authentico Instrumento, Quintil. Mens. An. 1304. Eandem posthæc Familiam Ianus 2. exemit forensi ciuilium Magistratuum imperio, præterquàm Barrensis ad Albam flumen Iuridici, velut Monasticorum iurium Seruatoris, Iudicísque tutelaris. Rescripto ad libellum Claræuallensis *Abbæ*. Ianuar Mens. Ann. 1361. Neque officium hac in parte deseruerunt posteri, Ludouicus xj. & Carolus filius seriatim Reges: vtpote qui, Cistercienses monachos Tributorum immunitate plenissima cohonestarint: Ille Septimo Idus Ianu. An. 1461. Hic postridie Nonas Martias An. 1483. Quinimò in ipsis etiam Cistercij cunabulis, Gallum Principem Ordini fauisse plurimùm, arguit vetus Charta Belæ Pannonum regis An. 1183. de libertate illi donata Ordini apud Hunnos suos, quanta iam apud Gallos ipse, Regio concessu, vteretur. Nam & paulò anteà, Hugo Burgundiæ Dux, Cistercium quum appulisset, in publico Religiosæ Sectæ conuentu, irrogauit ei Priuilegium. *Quod Monachi securè pergant per Terram suam, ducantque & vendant res proprias absque pedagio, minagio, venta, & omni alia coustuma.* An. 1170. Hos quoque mercium portorio & vectigalibus leuarunt omnino Philippus vicissim, Flandriæ ac Veromanduorum, Gerardus, Matisconis, Comites An. 1173. G. Comes Lugdunensis, Guigo, Foresiorum, An. 1225. Gottofredus Barralis, Massiliæ Procomes, & Raynaldus Transiuranæ Burgundiæ Regulus. Quorum beneficæ, in Cistercienses, Literæ singulorum, inscribuntur ad verbum domestico Tabulario Cœnobij maioris. Ne externa Gallicis admisceam Munificentiæ paris exempla, Danorum Regis, & Illyrici, in cucullatos hosce sacerdotes. Codicillis postridie Calend. Mart An. 1229. Quòd si penitiùs sacra hæc Sodalitia introspicere lubuerit, En tibi Caroliloci Monasterium, Syluanecten. diœceseos, à Regibus conditum: Quod Princeps noster Carolus 5. augustiore Diadematis tutela præsidióque tectum voluit Priuilegij Seruatrice data, Senatoria Classe, quæ Palatinis libellis supplicibus Lutetiæ præest. Diplomate Mart. Mens. Ann. 1378. Cui & Reges nepotes sanctionem suam adhibuêre, Karolus Septimus 3. Nonas Octobres Ann. 1441. Ludouicus xj. Septembri Mens. An. 1461. Carolus 8. Quintili 1484 Ludouicus 12. Septembri 1498. & Franciscus 1 Aprili 1515. Rursus Lilio, ad Melodunum, Cœnobio, Cisterciensi, impertiit Philippus Longus, Francorum & Cantabriæ Rex immunitatem Fiscalium indictionum vberrimam, selectósque Iudices dedit, qui sacra Monialium iura apprimè tutarentur. Epistola aperta Febr. Mens. An. millesimo trecentesimo decimo nono, in hanc phrasin.

Notum facimus, &c. Quòd cùm charissima mater inclytæ recordationis B. Ludouici prædecessoris nostri, Blanca, Dei gratia Francorum quondam Regina illustris, Abbatiam B. Mariæ regalis, Cistercien. Ordinis, prope Melodunum, pro remedio animæ suæ, & animabus progenitorū nostrorum & suorum construxerit, Volumus & præcipimus, quòd dilectæ nostræ Sorores præd. Abbatiæ, & omnes res, & seruientes ipsarum, sint quieti ab omni exactione & consuetudine seculari, & liberum transitum per terram & aquam habeant in omni loco Potestatis nostræ: Ita, vt de rebus propriis ipsarum, quas emerint vel vendiderint, aut deportari fecerint ad vsus suos proprios, vel ad vsus ædificiorum suorum, pontagium, pedagium, theloneum, passagium, rotagium, & modiationem vini, vel aliquas alias consuetudines, aut seculares exactiones nulli omnino reddere

teneantur

S. Pourçain, Cunault, Nermoustier, le Godet, Lodun, &c Priuilegia varia citat Petr. de S. *Iulian.* Lib. Antiquit. *de Tournus.*

Fridericus 2. Cæs. & Siciliæ Rex.

Cisteaux.

Die 21. Augusti.

Garde gardienne aux Relig. de Cleruaux, en la Preuosté de Bar sur Aube.

Regiæ Patentes die 7. Ianu. 1461. Et die 8. Mart. 1483.

Hungari Regis in Cistercienses Priuilegium.

Capitulum generale, *tenu a Cisteaux* in Burgundia.

Angliæ rex Ricardus dedit Cistercio Ecclesiam suam parochialē *de Scarbourg*, cum omnibus Capellis & pertinentiis suis in Eboracensi Archiepiscopatu. Die 14. Maij An. 9. Regni.

Daniæ, & Sclauorum Regis, in Cistercienses, Priuilegium. Die 2. Mart. Ann. 1229. Guidonem Caroliloci Cisterciense valde cōmendat D. Bernardus apud Innocentiū 2. P. in Epist. 158.

Abbatia *de Chaalis*, in Gardia speciali Regū eique Iudices gardiatores dati, Consiliarij Requestarum Palatij Parisien.

Die 5. Octobr. Ann. 1441.

Virginea Abbatia *de Nostre Dame la Royal, dit du Lis, prés Melun*, priuilegiata.

Grandimontanum vtrique Prioratum ad Turonensem vrbem,

teneantur. Item prohibemus, ne quis eas, aut homines earum in aliquo vexet vel disturbet: Quia tam ipsas, quàm quæ earum sunt, sicut res nostras proprias, in manu, protectione, & custodia nostra retinemus, &c. Prohibemus etiam, &c. Religosis ex certa scientia & de gratia speciali concedimus, ne de aliquibus bonis suis quibuscunque ponantur in placitum, nisi coram Nobis, aut certis Commissarijs à nobis super hoc specialiter deputandis. Concedentes insuper ex gratia speciali, vt huiusmodi libertates, custodiæ, & franchisiæ, tam ad Caput quàm ad Membra, necnon res & personas ipsius Abbatiæ vniuersaliter extendantur, &c. Quale Immunitatis Rescriptum, mandatæque Iurisdictionis Senatoriæ, comprobauit Valesius Rex, quum eo in Cœnobio diuersaretur. Postridie Kalend. Ianu. An. 1348.

exemit Henricus Angliæ rex & Andium Comes fundator, omnibus costumis & exactionibus, tailliagio, pontagio, theloneo passagio, pasnagio, minagio, fossagio, exercitu & equitatu &c. Literis, postea transcriptis die 17. Decemb An. 1405.

Philip. 6. Valesij Literæ confirmatrices Priuilegiorũ Monast. Die 2. Ianu. 1348.

Du Prieuré de S. Iehan de Nemours, Chartre de fondation du Roy de l'an 1170. *Louys le piteux, lequel à son retour de la terre saincte a donné à l'Eglise S. Iehan de Sebaste,* & fratribus inde ad nos transmissis, concedente filio nostro Philosopho. 20. libras in censu nostro apud Castrum Landonis, *& quand il y aura Eglise bastie pour eux en ce Royaume, ladicte rente leur appartiendra: Et iusques à ce ladicte rente sera enuoyée à l'Eglise de Sebaste, confirmé par le Roy Philippes l'an 1189. Donation faicte par Guillaume Archeuesque de Sens Legat du S. Siege l'an 1170. à la requeste du Roy à l'Eglise de S. Iehan de Sebaste,* Ecclesiæ de Nemorosio, *qui est l'Eglise parochiale de S. Pierre,* & Ecclesiæ de Vlmequin liberè & quietè, secundùm consuetudinem & libertatem Ecclesiæ S. Iohannis Senonens.

Chartre de la protection de l'Eglise de Sebaste de Nemours par Clement 3. & leur exemption, appellant rectà au S. Siege, de l'an 1188.

Transaction de l'an 1397. le 17. Decēbre entre le Prieur de S. Iehan de Nemours, & le grand Vicaire de l'Archidiacre de Gastinois: Par laquelle ledit Vicaire declare n'auoir aucun droict de visitation de lad. Eglise, & en quitte led. Prieur.

4 CLARÆVALLIS Item Monachi, Cistercienses, sua Priuilegia accepta ferunt, post Campanos Comites, Iano 2. Galliarum Regi (de quo suprà) exin, Karolo 5. paternas Literas confirmanti, Iunio Mens. An. 1366. & Maio 1376. Sigillatim vtique, Ludouicus xj. perpetuò remisit Cœnobitis Salariæ mercis portorium: quam ijs gratuitam Mercem annonariam adsignarat è Salinis suis Carolus Lotharingiæ Dux, in Francicum Claræuallis Cœnobium quotannis transuehendam, tertio Idus Sextiles An. 1424. Regia Chartula Mart. Mens. An. 1481. summæ Vectigalium Curiæ probata Nono Calend. Augusti An. 1482. Cui denuo karolus 8. auctoritatem suam accommodauit Postridie Nonas Mart. An. 1484. ac Erricus 4. Ianuar. Mens. An. 1599. Præterea karolus ille Octauus profanarum Monasterij litium notionem delegauit Senatoriæ Parisiorum Decuriæ, quæ Palatinis libellis decidendis præficitur. Codicillis Quintili Mens. Ann. 1484. Ludouicus autem duodecimus, omnia Campani huius Cœnobij iura singularia sanxit Iulio Mens. An. 1498. Et Franciscus, 1. Decemb. Mens. 1518. Solennibus tabulis in Senatu promulgatis 13. kalend. Mart. An. 1535. Primitùs verò, Campaniæ Briæque Comites priuati splendidis ornarunt muneribus Casam illam Claræuallensem. Verbi gratia, Theobaldus Comes: *Regulari* huic Conuentui piè erogata à Matre, firmauit, neque his contentus, adiecit infrascripta, Aprili Mens. An. 1231. *Sciendum etiam, quòd ego concedo in perpetuum iamdictis Fratribus Claræuallis, quicquid ipsi de feodo antecessorum meorum, & de feodis meis, & quicquid ab hominibus meis, cuiuscunque conditionis sint, & quicquid in toto Comitatu Campaniæ & Briæ qualitercunque acquisierint, &c. Et hæc omnia sub mea & successorum custodia, protectione, & defensione suscipio: Ita quòd, nec ego, nec successores mei poterimus, dictam Custodiam, protectionem, & defensionem aliquo modo alicui concedere, vendere, nec alienare: Sed quicunque tenebit de cætero pro tempore dominium & Comitatum ciuitatis Trecensis, volo firmiter & statuo, quòd habeat & teneat immediatè sine aliqua diminutione Custodiã, protectionẽ, & defensionem omniũ prædictorũ, &c. Ideoq; ad maiorem securitatẽ d.d. Fratrum, me & successores meos ipsis Fratribus obligo in perpetuũ, vt non possimus aliquo modo aliquando alienare Barrum super Albam, nec Firmitatem super Albam, nec etiam Villam de subtus Firmitatem &c.* De hac obiter Clara Campaniæ Valle monastica, referã sui Archimandritæ elogiũ, qui Christiano etiã Orbe Clarissimã reddidit. Nam D. Bernardus cœnobiarcha, ad Alexandrũ Lincoliensem pontificẽ Epist. 64. Claræuallis, ait, ipsa est Hierusalẽ, ei quæ in Cœlis est, tota mentis deuotione, & conuersationis imitatione, & cognatione quadã spiritus sociata. Hæc ille in Narbonensi pariter

4. Modij salis in perpetuum donati die 11. Augusti Ann. 1424. *à les prendre tous les ans le 4 d'Auril sur les profits & yssues des Salins de Rosieres en Lorraine, pour la prouision de Cleruaux.*

Literæ regiæ, apud Generales Iustitia Iuuaminum, verificatæ die 24. Iulij 1482. Aliæ Literæ die 8. Mart. 1484. registratæ apud Generales Financiarũ die 17. Iul seq.

Claræuallensis Abbatiæ Priuilegiorum Confirmatio regia, publicata in Parlamẽto die 17. Februar. An. 1515.

Blanca Theobaldi mater dedit Monachis in puram eleemosynam Domum & Grangiam, *de Morains* &c.

Sic Trecensis Campanorum Comes Hẽricus Largus, Theobaldi Comitis Blesensis frater, exemit tailliis & subsidiis, suáque adeo iurisdictione Canonicos S. Quiriaci Priuiensis, in Bria. Literis An. 1617. quæ adhuc obseruantur.

Bar sur Aube.

Lafferté sur Aube.

Cleruaux.

Pays de Languedoc.

Tholosani Comitis Raymundi Statutum die Febr. Ann 1213. Quod nec omisit Papir. Massonus, Franc. Annal. lib 3.

Gallia, Cistercienses Mandras suo fulciit patrocinio Raymundus Tholosatium Regulus, edita in nouatores Religionis Albios Constitutione 12. Kal. Mart. An. 1233. ex antiquis Membranis sic decerpta. *Statuimus, vt nullus sit tantæ temeritatis, quòd Domos Religiosas, & præcipuè Cistercien. Ordinis, offendat in aliquo, in rebus vel personis, palam vel occultè. Et si quis contra hoc fecerit, bona eius occupentur, de quibus, passis damna plenariè satisfiat, & persona ipsius debita animaduersione puniatur. Item statuimus, ne Barones, milites, & alij homines nostri, Abbatias, Grangias, & alias Domos religiosas nimia importunitate albergandi opprimere præsumant. Et si quis contra voluntatem Custodum nostrorum, quos in singulis Domibus ad requisitionem ipsarum ponemus ibi continuè moraturos, qui iurati nobis suo ministerio auctoritate nostra huiusmodi albergatores reprimant importunos, reipsa Domos prædictas albergauerit, si eques, in 5. solidis Tholosanis, si pedes, in 2. solid. puniatur.*

Pro Cælestinorum Ordine, exemptio Regia *de toutes tailles, aydes, & empruntz mis ou a mettre.* Die 21 Iul. An 1383. Verificata à Generalibus Iustitiæ Iuuaminum die 30. eius Mens.

5 COMPAR vtique Religionis fauor mouit Christianissimos Reges, ad Cælestinos Sodales multis iuuandos Beneficiis, eorúmque in Superos Ministerium pium feruentius prouocandum, augendum. Nam Karolus 6. publicorum munerum vacationem iis dedit, regiarúmque Indictionum. Gratioso Diplomate xj. Calend. Sextiles An. 1383. quod supremi vectigalium Iudices propalàm recitari iussêre Tertio Kalend. Augusti seq. Idem Princeps Salariam annonam Cælestinis tribuit, gratuitámque ex Fiscalibus Horreis perpetuò adsignauit. Sexto Calend. Octob. An. 1413. Cuiusmodi Munus Rex Cœnobitis Ludouicus xj. reseruauit. Epistola aperta quindecimo Calend. Mart. An. 1461. quam Præfecti Ærarij probarunt 16. Calend. Apriles Eod. An. Regiam quoque largitatem illam sanxêre Caroli 8. Codicilli Maio Mens. An. 1484. quibus Rationales Parisienses subscripserunt 6. Calend. Septemb. consequentes. Insuper Carolus 6. Cælestinos cunctis mercium portoriis exemit, nummariisque in Fiscum Oblationibus ac subsidiis. Rescripto Calendis Martiis An. 1402. & 12. Calend. Octobr. An. 1412. Quod Erricus 6. Britanniæ Insulæ Rex, Gallicique Imperij æmulus, ratum habuit Lutetiæ Parisiorum, Quarto Calend. Octob. An. 1424. Ac deinceps, pulso æmulo, Carolus 7. iustus Rex, duodecimo Calend. Octob. An. 1440. huiusque filius Ludouicus, Calendis Octob. An. 1465. Quorum Tabulæ Principum vicissim promulgatæ sunt in Curia summa Vectigalium Regiorum, decimo Cal Ianuar. Eod. An. 1465. Et apud Præfecturam Ratiociniorum publicorum, quindecimo Calend. Septemb. An. 1471. Nec minore in tales Monachos studio, Ludouicus 12. priscam sanxit eorum immunitatem Quintili Mens. An. 1498. quæ tamen Sanctio, in Acta Rationum Principalium iis legibus relata est septimo Cal. Octobres sequent. vt Cœnobitarum coloni, redemptorésue partiarij, pro suo modulo, dependerent vectigalia. Religiosi item ipsi minutatim duntaxat vinum suum promercale diuenderent, quò Regia immunitate fruerentur. Franciscus demùm Galliæ rex in liberalem Maiorum suorum sententiam pedibus ijt Mart. Mens. An. 1514. Cuius proinde Codicilli actutum Regestis inscripti sunt Lutetianæ Rationalium Decuriæ Nono Kalend. Apriles præd. Anni. Sigillatim autem Parisiensi Cælestinorum Conuentui gratificatum voluit Karolus 5. rex conditor patronúsque Cœnobij Codicillis Octob. mens. Ann. 1369. ita calamo exaratis. *Religiosos Priorem & Conuentum Monasterij Cælestinorum, Ordinis S. Petri dicti Cælestini, per nos in loco de Barratis nuncupato prope nostram Domum seu Hospitium iuxta S. Paulum Parisius fundatos, & membra d. Monasterij speciali ac beneuolo prosequentes affectu, attento quòd ipsi Religiosi promiserunt, & exnunc tenebuntur perpetuò Deum orare pro nostro, prædecessorúmque & successorum nostrorum Regum Franciæ animarum remedio & salute, ipsos Religiosos tam in capite quàm in membris eiusdem, vnà cum eorum gentibus, familiaribus, singularibusque personis d. Monasterij, & Membris eiusdem, hominibus de corpore, possessionibus, locis, terris, in nostra protectione, ac salua & speciali gardia suscipimus per præsentes, eisdem Religiosis Gardiatores concedimus & deputamus vniuersos Hostiarios Parlamenti nostri, & Seruientes nostros, &c. Et si in casu nouitatis inter ipsos Religiosos, gentes, familiares, singularésque personas d. Monasterij, & membrorum eiusdem, ac homines præd. & aliquos alios oria-*

Prouision de sel, sans payer gabelle, ayde ou impost, pour le Conuent de Paris, & 14. autres de cest Ordre & Prouince. Die 26. Septēb. 1413 & 15 Febr. 1461. Verificata à Generalibus Financiarum die 17. Mart. seq.

Literarum publicatio in Camera Computorum die 27. Aug An. 1484.

Exemptio *de toutes Aydes, tailles, entrées, Issuës, trauers, rouages, vinages, quatriesme, empruntz, gabelles, &c.* Die 1. Mart. 1402. 20. Sept. 1412. 28. Sept. 1424. 20. Septemb. 1440 & 1. Oct. 1475. Verificatio Patentium Regiarum die 21. Decemb. 1465 18. August. 1472 15. Septemb. 1498. & 24. Mart. 1514.

Cælestinorum Parisiensium Priuilegium regium.

Ad Lugdunensem Cælestinorum Conuentum erigendum dedit Ludouicus 2. Allobrogum Dux suam Domum Lugdunensem (*l'Hostel de Sauoye*) quæ incendio conflagrauit die 8. Septemb. An 1501. Ex Lib 3. Lugdunens. Histor. Cap. 13.

tur oppositio vel debatum, locis de ablatis, si sint in rerum natura, alioquin de valore & æstimatione ipsorum, ante omnia realiter ressaisitis, d. debatum & rem contentiosam ad manum nostram tanquam superiorem ponant, & opponentes, & etiam nostræ saluægardiæ, infractores coram dilectis & fidelibus gentibus Requestarum Palatij nostri Parisius adiornent ad certam diem processuros, &c. Has porro Regiæ pietatis testes obsidésque Literas Carolus 6. vt æquas censuit, sic porrexit quoque ad alia Cælestinæ Sectæ Collegia, pridie Nonas Octobres, & Mense Februar. Anno 1384. ac Maio Mens. An. 1405. De forensi item Monasticarum rerum ac litium disceptatione statutum fuit à Carolo 7. ne quis eam sibi Magistratus arrogaret, præter Regiæ Vrbis Prætorem, aut Senatoriam Decuriam, quæ Palatinis libellis primaria cognitione ius dicit. Epistola aperta Quintili Mens. An. 1459. cui Ludouicus xj. suam dehinc auctoritatem interposuit Nouembri Mens. & 14. Calend. Februar. An. 1461. Carolus 8. Maio Mens. Anno 1484. Et Franciscus 1. Martio An. 1514.

Patentes Regiæ, die 6. Octob. An. 1384. pro Conuentu B. Mariæ de Amberto, S. Petri de Monte de Castris, B. Mariæ Senonen. & S. Crucis prope Ausemontem.

Cælestinorum Iudex gardiator, Præfectus Vrbi Parisien aut Consiliarij Requestarum Palatij.

Die 19. Ianuar. An 1461.

6. Interea obseruatu dignum est, Priuilegiarios huiusmodi, queîs publicorum munerum vacatio tributa est, Viarum munitione non eximi, seu mercimoniorum portorio, quod instruendis Viis dicatum sit. Hæ quippe itinerum publicorum instructiones, auctore Calistrato, locorum munera sunt, non personarum. l. honor. §. munus ff. De muner. & honor. Tametsi enim quæ ad tempus extra ordinem exiguntur, vt munitio viarum, non præstentur ab immuni solutóque publicis oneribus. Iaboleni Prisci iudicio, in leg. cui muneris. D. eod. Tit. Æquissimè tamen placuit Iulio Paulo, cum qui viam publicam exararit, ad eiús instaurationem & purgationem compelli leg. si in agrum ff. De via publ. & itin. publ. refic. Siquidem Antonini Imp. sententia, cunctis obeunda sunt, quæ possessionibus munera indicuntur, communis vtilitatis gratia. leg. 2. De muner. patrimon. Lib. 10. Cod. Iustin. Huc pertinent Cæsareæ Constantini, aliorúmque sanctiones 1. 2. 3. De itin. munien. In Cod. Theodos. Quinetiam Caroli Magn. Lege proditum fuit, Religiosæ familiæ res prædiarias, quæ fauorabili munerum vacatione patrimonialium subnixæ sint, Viarum constitutione aut Pontium districtè teneri Capit. Lib. 6. Cap. 107. Ac plusculis ædepol Sen. Consultis patriis definita res est secundùm curatores Viarum pontiúmque publicorum, aduersus Monasticam immunitatem. Ita namque priscus Francorum Senatus, cognita causa pronuntiauit, in peruigiliis sacræ Pentecostes An. 1273. *Cùm dominus Rex hominibus de Meledun o concessisset falsam costumam, vsque ad triennium Meleduni leuandam, pro ponte & calceia eiusdem loci reparandi, Monachique de Barbello dicerent, se non teneri ad huiusmodi costumam persoluendam, cùm sibi indultum esset per Regale Priuilegium, quòd de rebus ad vsum suum necessariis pedagium, theloneum, & aliam quamcunque consuetudinem non exoluant. Visis Chartis dict. Monachorum, dictum fuit per ius, nihil inuentum pro eis, quare à præstatione d. costumæ debeant esse quitti.* Nostra itidem ætate, Patres Conscripti decreuêre, cucullatos Sacerdotes templi Victoris, Lutetiani, qui prædia nonnulla ad Aureliam sita possiderent, vectigali pendundo obnoxiôs, quod Aureliæ viæ refectioni destinaretur. Aresto 9. kal. Iunias An. 1583. quùm Chauuelinus, pro cœnobitis D. Victoris, egisset Robertus autem pro iis, qui talis Viæ curationi præfecti essent. Neque ab his multùm abludit *Parlamentaris* Curiæ Francicæ Iudicatum vetus, ad Pentecostes An. 1283. pro Ædilio Lemouicum Collegio, in Clerum Vrbis Lemouicen. hoc verborum schemate. *Cùm discordia verteretur inter Consules & Communitatem Ciuitatis Lemouicen. ex vna parte, & Clericos Ciuitatis prædictæ, ex altera, super eo quod dicebatur ex parte Communitatis & Consulum prædictorum, Consules & Communitatem esse in possessione imponendi tallias super hæreditates Clericorum Ciuitatis præd. Episcopo & Clericis Ciuitatis hoc negantibus, & contrarium asserentibus. Visa Inquesta super hoc facta, auditis rationibus hinc & inde, saisina imponendi taillias super hæreditatibus Clericorum prædictorum est adiudicata Consulibus & Communitati prædictis, propter reficere fontes, puteos, muros, vias Ciuitatis præd. & propter caualcatam & exercitum Regis.* Quò relabuntur etiam Senatoria

Droict de Barrage & Peage des Marchandises & denrées, pour la reparation des grāds chemins, ponts, & chaussées.

Iudicia, Consilia, & Aresta in Parlamento Pentecostes An. 1273

Abbatia de Barbeau prope Melun, in qua humatus est eius fundator Ludouicus 7 Franciæ rex An. 1180.

Decretum Curiæ Parisien. die 24. Maij An. 1583. *pour les Maistres prouiseurs des Chaussees d'Orleans, contre les Religieux de S. Victor, à cause de leur Prioré de Bussy.*

Inquæstæ & Aprisiæ expeditæ in Parlamēto Pentecostes, Anno 1283.

Arestū aliud Parlamentare, latum An. 1299. Sabbati post Candelosam. Quòd habentes hæred tagia

decreta An. 1384. & 1593. aduersus priuilegiarios quosdam Aureliæ ciues: Qui, Priuilegij ratione omni posthabita, pecunias conferre damnati sunt in pontium instaurationem ac mœnium Vrbis. Apud Ioh. Gallum, Quæst. 40. & 321. iuxta Leonis Imp. Legem vlt. Cod. Ex quib. munerib. nemini se liceat excus. Lib. 10.

debent contribuere in reparationibus. Ex alio Lib. Inquestarum Parlamen.

7. VERVM, vt à quibus digressa est, ad Cælestinos reuocetur oratio, Karolus 5. Galliæ Prorex, eos aulicorum Scribarum priuilegiis donauit Parisienses, velutique Secretarij vnius regij vicem implentibus istis, referri in medium iussit menstruo quoque spatio communia Principalis Anuli commoda, quæ à Collegio regiorum Amanuensium inuicem de more distribuantur. Authenticis tabulis Sextili Mens. Ann. 1358. & 3. Calend. Decembris. Ann. 1359. Quas Ianus Rex tabulas postmodum sanxit, Octobri Mens. An. 1361. & ipse adeo Carolus, patre mortuo, Diademate insignitus, Literis Decemb. Mens. An. 1368. Secundùm hæc Ludouicus xj. Secretariorum Albo, Monasticum Lutetiæ Conuentum, ceu ex illis vnum, accensuit, consortémque fecit menstruorum Officij præmiorum, quæ communibus loculis Scribarum Principalium adseruantur. Rescripto Quintili Mens. An. 1465. cui affine sacri Prætorij Decretum geminum victores retulêre Cælestini hi, aduersus Regios Diplomaticæ Officinæ Burdigalen. Amanuenses, & Administros. Decimo quarto Calend. Ianuar. An. 1576. ac Pridie Calend. Apriles 1579. Ex quo, cœnobitæ etiam isti, Secretariorum instar, nullum æs Actuariis exoluunt, forensium Actorum nomine, quæ, litigantibus ipsis, apud Præturam Vrbis, vel in Senatoria Basilica Parisiorum, expediantur. Quemadmodùm ab Ordine Amplifs. pronunciatum fuit. Decimo Calend. Sextiles Ann. 1574. secundum hosce Cælestinos, contra Nicol. Generum, protoscribam in Foro Castelli Parisien. & Nicol. Drouartum, illius in Scribatu Vicarium: Qui Magistris libellorum supplicum in Prætorio, Senatum appellarant, Britone appellantium: Normano, Cælestinorum: & Thuano, Fisci causam orantibus. Regia insuper Militum Euocatione aut Subeuocatione liberi vacuique feruntur Cælestini omnes, licet militarium nobiliúmque fundorum possessores. Principali Indulgentia Ludouici xj. Quinto Nonas Iulias An. 1465. Eodem desine Principe, lata est à selectis Iudicibus fiscalium Indictionum Sententia pro libertate colonorum Monasterij: ne equos, nummosuè conferant in vecturam bellicarum Machinarum & tormentorum. Quarto Nonas Maias An. 1476. Is rursum Ludouicus rex Diplomate cauit, Cælestinos Salaria pensitatione annua ex Fiscalibus Horreis fruituros. Duodecimo Calend Maias An. 1483. Cui diplomati calculos admouêre Præfecti Ærarij, septimo Kal. Maias subsequentes. Consimilem Salis annonam Franciscus I. Rex vniuersis tribuit Gallicæ prouinciæ Cælestinis, Tertio Idus Decemb. An. 1518. Subscribente his Curia publicarum Indictionum 12. kalend. Apriles posteriores. Quin & priuilegiaria isthæc gratuiti Salis concessio, nuper est publicitus probata supremæ Vectigalium Curiæ, 14. Calend. Septembres An. 1581. in rem Cælestinorum Lutetiæ, contra Viscardum Faurum, Decuriones Vrbis, & Claud. Daubreum Salariæ mercis negotiatorem, qui hac ipsa tùm merce Lutetianum Horreum muniebat. Nimirum paulo antea, Secretariorum insigne Collegium, cui Cænobitæ hi adscribuntur, pari Curiæ iudicio euicerat Salariam illam perceptionem annuam, Idibus Februar. in euntis An. 1581. Singula postremò huius Monasticæ Sectæ priuilegia Henricus 3. Francorum Rex constabiliit. Præclaris codicillis Postridie Idus Februar. An. 1576.

Bina Charta Latina Caroli, Rectoris Regni, Delphini Viennensis & Ducis Normaniæ, An. 1358. Et die 29. Nou. An. 1359. Quòd Cælestini Lutetiani habebunt vnam Bursam in Cancellaria quolibet a. e. se super portione Secretariorum.

Iudicata duo intimi & arcani Consilii regij Die 19. Decemb. An. 1576. & vlt. Mart. 1579.

Placitum Senatus Parisien. die 23. Iulij 1574. d'exemption aux Celestins de payer aux Greffes, pour les droicts du Greffier, comme eux estans du corps des Secretaires du Roy contre le Greffier en chef, & son Commis au Greffe du Chastelet de Paris.

Literæ exemptionis Banni & Retrobanni pro Cælestinis Die 3. Iul. An. 1465.

Sẽtentia des Esleuz de Paris die 4. Maij An. 1476. pour les Fermiers des Celestins, qu'ils ne baillẽt Cheuaux ne argent, pour mener l'Artillerie.

Droict de prendre sel aux Greniers, francs de Gabelle du Roy, & à la charge de payer seulement le droict du Marchant. Literis die 20. April. 1483. Verificatis a Generalibus Financiarum die 25. April. seq.

Francisci I. Rescriptum die 11. Dec. 1518. publicatum in Curia Iuuaminum die 21. Mart. seq.

Decretum Curiæ des Aydes die 19. Aug. 1581.

Arestũ pro Secretariis die 13 Febr. 1576.

Priuilegiorum Confirmatio, die 14 Febr. 1581.

Sentence des Requestes du Palais du vingtneufiesme Octobre mil quatre cens septante huict, pour les Religieux Prieur & Conuent des Celestins de Lyon, opposans contre les Religieux Abbé & Conuent d'Aisnay de Lyon demandeurs & complaignans. Veu, &c. Les defendeurs bien opposans, & sont maintenus en possession qu'à cause des fruicts de leurs heritages qu'ils labourent en leurs mains, ou font labourer à leurs frais & despens, ils ne seront tenus payer aucune disme, &c. Arrest en Latin confirmatif de ladicte Sentence du septiesme Septembre 1479.

Pareil Arrest en Latin die 8. Maij An. 1445. *sur le procés pendant deuant les Maistres des Requestes de l'Hostel du Roy Commissaires en ceste part, entre les Religieux Prieur & Conuent de S. Pierre* in Monte de castis iuxta compendium, Suessionen. diœcesis, Ordinis Cœlestinorum *complaignant, & Don Robert de Souplainuille Prieur de Neuf fontaines prés Pierrefonts, & Iehan Guyonnet Curé de Pierrefonts deffendeurs & opposans à ladicte complaincte formée*, ratione possessionis & saisinæ non soluendi par. d. Actores quibuscunque personis decimam fructuum excrescentium in terris vel hereditagiis, quas præfati actores colunt aut coli faciunt propriis eorum sumptibus & expensis, iuxta tenorem priuilegiorum suorum Apostolicorum. *Surquoy par Sentence lesdicts demandeurs ont eu la recreance, & au principal de lad. exemption appointez à informer, & l'Arrest susdict confirmé.*

9. Religiosissimi item Principes nostri effusa benignitate res auxerunt Carthusianæ Familiæ. Nam Karolus 5. rex, Carthusiæ Alumnos cunctis nummorum Intributionibus vacuos sanxit, quocunque nomine, aut bellorum occasione, Populo imponerentur. Epistola aperta 14. Calend. Februar. An. 1369. quam Carolus filius ratam habuit 7. Iduum Februar. An. 1381. Carolus 7. Mens. Septemb. 1446. Ludouicus xj. Nouemb. An. 1461. Carolus 8. Quintili 1484. Franciscus 1. Octob. 1520. Erricus 2. Octob. 1547. Carolus 9. Decemb. 1563. Henricus 3. Quintili 1575. ac Erricus 4. Octob. mens. Ann. 1597. Hæc autem Principum Rescripta Senatus promulgauit Tertio Nonas Iulias An. 1485. pridie Calend. Maias An. 1548. Postridie Cal. Martias An. 1563 & 7. Idus Septembr. An. 1576. Eorum quoque anteriora summi Vectigalium Iuridici publicarunt decimo Calend. quintiles Ann. 1383. tertio Calend. Febr. An. 1521. ac pridie Iduum Sextil. An. 1552. Principalium itidem Rationum Magistri, pridie Idus Maias An. 1548. Enimuerò Ludouicus xj. rex Monasticam illam vectigalium Immunitatem ampliauit, disertè professus, Cœnobitas non modò ipsos, sed eorum quoque familiares, seruos, & *Donatos* cuiuis Carthusiæ, liberos exemptósque plebeiis Indictionibus, portoriis mercium, ac nummariis in Fiscum collationibus indiscriminatim. Codicillis pridie Cal. Nouemb. An. 1465. quos Præfectis Ærarij placuit executioni demandari 6. Idus Nouemb. Ac supremis Vectigalium Magistratibus 17. Cal. Ianuar. Eod. An. Verùm in summa ista Fiscalium Indictionum Curia agitatum scio, illanè patrimonialium munerum vacatio produceretur ad res soli recèns partas Monasteriis, post Diplomaticum immunitatis beneficium. Primo quidem intuitu, Priuilegiariis obstare videbatur Lex Pontificia, immunes præstatione decimarum ex patrimoniis suis, eas ipsas debere ex aduentitiis fundis, & post Lateranam Synodum comparatis. Cap. Nuper Abbates De decim. Ad hæc, protrita Iuris regula, humanæ constitutiones, seu dispositiones rerum, de præsentibus solum intelliguntur. Iulij Pauli leg. Si ita esset legatum. ff. De aur. & argen. legat. Nec, post bonorum criminosi publicationem acquisita, sequuntur Fiscum l. si mandauero. §. is cuius D. Mand. Leg. Cùm ratio §. vlt. ff. De bon. damnat. Neque Rescripta delegatæ Iurisdictionis, ad mouendas in posterum lites porriguntur. Cap. vlt. De Rescript. Clem. literas Eod. Tit. Ast in superiore facti specie diuersa sententia iudicanti applausit Curiæ vectigalium regiorum Postridie Calend. Sextiles An. 1585. Roberto, Carthusiæ Dionysianæ d'*Orques*: & Bossantio, Vicanorum loci, causidicis. Nam fauorabiliter indultum est Ecclesiasticæ popularium Tributorum immunitati, vt futura, nedum præsentia, complectatur. Alexand. 4. sanctione 1. De immunit. Eccles. Apud Bonifacium 8. Et Decumani vectigalis exemptio cœnobitis data ipsos purè liberat, tametsi noualis agri recènsque exculti possessores. Vt vult Innocentius 3. P. Cap. 27. De decim. Cui pariter Ecclesiæ diœcesanus Antistes sacras decumas remisit, eidem futuras perinde, ac præteritas condonasse creditur. Alexandri 3. Cap. 22. De priuil.

Carthusian rū. Priuilegium regium die 19 Ianu. 1369. A Carolo 6. confirmatum die 7. Febr. 1381.

Verificatiò in Senatu, die 5 Iulij An 1485 die vlt April. 1548. 2. Mait. 1561. 7. Sept. 1576 & in Curia Iuuaminum die 22. Iun. 1383. 30 Ianu 1521. 12. August. 1552. Item in Cameracomputorum die 14. Maij 1548.

Patentes literæ die vlt Oct. 1465 Verificatæ a Generalibus Financiarum die 8. Nou. & à Generalibus Iustitiæ Iuuaminum die 16. Dec. seq. *de ne contribuer aux tailles, aydes, dixiesmes, quatriesmes, fortifications & reparations de Villes, impositions, emprunts, gabelles, ny des gardes, peages, acquits, pons, passages, trauers, entrées, yssues, rouages, vinages, aualages, & autres mis ou à cause de vēte de leurs bleds, vins, bestiaux, &c.*

Arestum Curiæ Iuuaminum die 1. Aug. 1585. inter Habitatores Pagi S. Dionysij d'*Orques*, Cenomanos, & Carthusienses *du Parc en Charnie audict pays.*

Priuilegium de non soluendis decimis, Ecclesiastico concessum, noualia comprehendit.

Es pays de la France, où les Tailles sont purement reelles & patrimonialles non autem *personnelles, lesd. Chartreux ont esté condamnez y contribuer: Assauoir les Chartreux de Villeneufue lez Auignon, à cause de leurs fonds roturiers siz au territoire de Roquemaure, diocese d'Vsez en Languedoc. Par deux Arrests de la Cour des Aydes de Montpellier: le premier prouisional du 6. Decembre 1559. & au principal à informer que les biens desd. Chartreux estoient assiz aud. territoire de Roquemaure, s'ils estoient roturiers ou feodaux, entre eux, & les Consuls de Roquemaure, & le Sindic dudict diocese d'Vsez, incidemment appellé à garend par lesdicts Chartreux, comme payans decimes à raison desdicts fonds, de laquelle*

ubsidiairement ils demandoient estre deschargez, au cas qu'ils fussent declarez taillables. Depuis par Arrest diffinitif de ladicte Cour du 8. Nouembre 1571. lesdicts Chartreux sont condamnez payer la taille pour certains fonds comme roturiers. Et en ce faisant sont deschargez des decimes, pro rata *vers led. Sindic, & aussi declarez exempts des tailles*, pro manso seu pro prima dote Ecclesiæ. *Toutesfois contre cest Arrest, lesdicts Chartreux ont eu requeste ciuile en l'an 1582. euoquée au grãd Conseil du Roy.*

Immunitas censetur in dubio concessa, etiam quoad bona postea quæsita. Bartol. in Consil. 59. ex l. peculium ff. de legat. 2. & Cap. quia circa De priuileg. Baldus in Consil. 401. & 112. Lib. 2. Alexander in Consil. 178. Volum. 2. Atque ita Senatum Augustæ Taurinorum iudicasse refert Octauianus Cacheran. in eodem Præses, Decis. Pædemont. 136.

9. HAVD tenuiora prædictis Iura singularia irrogauit Ludouicus xj. Carthusianæ Parisiorum Familiæ. Hanc enim annua Salis quantitate Sextariorum 4. donauit, in vsum diurnum victumque Cœnobitarum. Regia Charta Mart. Mens. An. 1482. quam Magistri Ratiociniorum promulgarunt. Decimo Kalend. Iunias An. 1483. hoc adhibito temperamento, *promisso, quòd quantitatem salis intra quatuor sextaria receptam ipsi impetrantes non vendidisse, nec donasse, nec quouis modo alienasse, aut permutasse, sed in proprios vsus Fratrum, & virorum eorum seruitorum conuertisse fideliter annis singulis affirmabunt, certificationem quoque de eo Grenetario tradente, quam super suo Compoto afferre tenebitur.* Inde Rationales ipsi, postmodum obsignatis Literis mandarunt regio Lutetiæ Salinatori curam Salariæ annonæ Carthusianis dispensandæ. Octauo Calendas Februar. An. 1515. Queîs consequenter, decretum fuit in Auditorio Principis 14. Calend. Apriles An. 1579. Ecclesiastica Lutetiæ Collegia, quæ Salarij vectigalis immunitate prędita forent, eadem liberè frui, ac redemptorem Vectigalium eiusmodi. Viscardum Faurum sacræ Libertati acquiescere debere. Id quod Enricus 3. rex solennibus Codicillis sanxit, Carthusiensium rogatu 16. Calend. Octobr. An. 1582. & Sexto Calend. Quintil. Ann. 1586. Assentiente his Fiscalium tributorum Curia Max. 16. Calend. Octob. Eod. An. Ac Præfectis rationum Principalium, Idibus Nouemb. seq. Quinimò antequàm Carthusia Salariæ perceptionis gratuitæ commodis vteretur, eam Ludouicus xj. noxæ pœnæque exemerat Salis aliunde quæsiti & comparati, quàm ex publicis Horreis. Venali Rescripto 4. Idus Maias 1480. quod Præfecti Ærarij legerunt ac recognorunt Pridie Calend. Sextiles Eod. An. Is præterea pio feruore succensus, Ludouicus gratuitam præstitit Carthusiæ Parisiorum, immunémque nummaria mercede, Regij Anuli functionem & expeditionem, in Diplomatica officina, Prætura Vrbis, aliouè regio Tribunali, ex quo iudiciaria litium Acta depromerentur. Epistola aperta Mart. Mens. An. 1481. cui Rationum regiarum Præfectura calculum adiecit xj Calend. Iunias An. 1483. Eimque Forensium sumptuum immunitatem renouauit Carolus 9. authenticis tabulis Septemb. Mens. An. 1566. & quindecimo Kalend. Sextiles 1572. Quas quidem Tabulas Senatus propalàm recitari iussit Pridie Nonas Decemb. hoc eod. An. Ad extremum, Ludouicus ille, profanis Carthusiæ controuersiis Fori, selectos dedit Iudices seu Recuperatores, initio vtique Prætorem almæ Vrbis, intra quadragena passuum millia, 14 Kal. Octob. An. 1461. Curiæ dehinc Consiliarios, qui supplicibus litigatorum libellis notionem suã interponebant. Diplomate Febr. Mens. An 1476 cui auctoritatem denuo accommodauit Karolus 9. Septemb. Mens. An. 1566. Cuncta demùm Ordinis priuilegia summatim Henricus 4. Rex nouis stabiliit Codicillis Maio Mens. An. 1596. qui PATRIBVS C. acceptissimi fuêre 12. Kal. Iunias, tum Rationalibus Principis 11. Kal. Quintiles, & Curiæ publicorũ Vectigalium 15. Kal. Sextiles An. supradicto. Haud æquior videlicet Lex vspiã fuit, quàm vt spiritale æternúmq; Cœnobitarũ in omnes munus tẽporario demererentur Monarchæ, & sacras illorum ad Superos Orationes, profanis vitæ subsidiis vicissim remunerarentur. D. Cyprianus, VNI, inquit, DEO CHRISTIANI SERVIMVS, HVNC NOCTE DIEQVE DEPRECAMVR PRO

Droict de franc Sale, auec exceptiõ du droit de Gabelle, iusques à quatre septiers de sel par an en payant le droict du marchant. Literis registratis in camera computorum die 23. Maii An. 1483.

Mandatum Cameræ Cõputorum Grenetario, *de deliurer la prouision de sel aux Chartreux.* Die 25. Ianuar. An. 1515.

Decretum arcani Consilii regii, die 19. Mart. 1579.

Regiæ literæ, die 16. Sept. 1582. & 28 Iun. 1586. Publicatæ in Curia Iuuaminum die 16. Sept. Et in Camera computorum die 13. Nouemb. 1586.

Patentes die 11. Maii An. 1480. verifficatæ a Generalibus Financiarũ die vlt. Iul. seq. *de remise aux Chartreux de Paris de toutes amendes & forfaitures, pour auoir vsé de sel non gabelé, & prins ailleurs qu'aux Greniers.*

Exemptio soluendæ pecuniæ, *pour l'emolument des Seaux des Lettres de Chancellerie, du Seil royal de la Preuosté de Paris, ny d'autres Seaux royaux.* Registrata, in Camera cõputorum die 22. Maii 1483.

Confirmatio regia Caroli 9. die 18. Iul. 1572. in Senatu publicata die 4. Dec. seq.

Literæ *de garde-gardiẽne, addressées au Preuost de Paris dans les 20 lieuẽs*, die 18 Sept. 1461 *Et depuis aux Requestes du palais.*

Priuilegiorũ Confirmatio generalis, in Senatu registrata die 21. Maij, vt in Camera computorum die 21. Iunij, & in Curia *des Aydes*, 18. Iul. 1596

Pro Regibus oret Clerus. De quo, Nos in Præfat. Sacræ Polit. & Lib. 2. Doman. Franc. Tit. vlt. Art. penult.

La Chartreuse de Bourg fontaine ayant esté fondee par Charles Comte de Valois, elle fut paracheuee de fonder & doter par son fils le Roy Philippes de Valois.

OMNIBVS, ETIAM PRO IMPERATORIBVS, qui tamen à Christiana tum * Orthodoxia alieni erant. Vt est in Passione Cæcil. Cypriani, à Pontio eius Diacono edita. Quò studiosiùs deinceps pro Christianis suis Principibus orarunt Cœnobitæ? Quales, Lupo *Abbate*, monachi Ferrarienses: qui pro Karoli Caui salute, hymnis in Cœlites canticisque diu ac noctu personabant. Sicuti Lupus ipse testatur, scripta ad Caluum Imperat. Epistola 45. Quinetiam Clemens 5. Pont. Max. in Numen preces fundendi cuique pro Gallo Rege, veniam impertijt maleficiorum. Ioan. Feraldo auctore, in Priuileg. Francor. Regum. Et Benedicto, in Repetit. Cap. Raynutius De Testam. Vers. si absque literis. Ast nonnunquam olim, cogentibus malorum Principum flagitijs, vetitum fuit, Regum eiusmodi, vel Impp. nomina in Templis, inter Sacrorum solennia, recitari. Quemadmodùm de Philippico Byzantiorum Cæsare tradidit P. Diaconus, Lib. 8. Beda, De Tempor. ac secundùm eos, Gottofredus Viterbiensis, Chronicôn Lib. 16.

* recta Fide.

Carthusiæ Burgifontis, diœceseos Suessionẽ Monachi, tanquã Oratores pro Regibus, priuilegiati sunt in multis a Philippo 6. Carolo 5 & 8. Ludouico 12. & Francisco 1. Quorum Literæ posteriorũ sunt Mens. Nouemb. An. 1494 Nouemb. 1495. Maio 1514. Aprili 1515. Die 29. August. 1516. Verificatæ in Curia antepenultime, die 8. Iulii 1514. Exemptio recipiẽdi ac nutriendi Militis, seu Religiosi laici, à Rege præsentati Carthusianis, ex causa votiuæ ipsorũ solitariæ vitæ. Literis die 11 Octob. 1559. publicatis in Curia die 1. Dec. seq.

10. ADMONENDI sumus istic, Francos Reges haud solis Carthusianis iure suo cessisse Veterani militis Cœnobio offerendi, verùm & Cruciferis, Augustinianæ Normæ, cœnobitis. Nam vt illis Erricus 2. & Franciscus filius indulserunt hac in parte, Diplomatis, Nouemb. Mens. An. 1553. & 5. Idus Octob. 1559. quæ Senatus Regestis consignata sunt Kal. Decemb. seq. Ita Carolus 9. id iuris remisit condonauitque fauorabiliter Monasticæ Sectæ Cruciferorum. Epistola aperta 4. Kalend. Quintiles Ann. 1568. quam CONSCRIPTI CVRIÆ probarunt tertio Nonas Sextiles consequentes. Eadem porro immunitate honestauit Erricus 4. cucullatos Ædis Germani Sodales. Parisijs suburbani: Aliorum instar, Casæ Benedicti, Cœnobiorum, quæ, hospitali & alimentorum onere huiusmodi in Oblatos à Rege, iampridem liberantur. Rescripto egregio 11. kal. Ianuar. An. 1599. Iuxta quod, obtinuêre iudicio, D. Germani Cœnobitæ: in Francisc. Alanum, militem, alendum Monasterio à Principe exhibitum. Senatorio decreto postridie Kalend. Iunias An. 1600. post forensem patronorum Actionem, Baussantij, pro monachis appellantibus à Palatino Iuridico: & Morini, pro clientulo, aduersarum partium, litigatore. Sed Cruciferorum Familiam illam vt persequamur, Ludouicus 12. Rex eam decorauit Codicillari munere, Iun. Mens. An. 1514. ita concepto. *Nostros Religiosos Priorem & Conuentum Monasterij S. Crucis Ordinis S. Augustini, in Vico Gallicè* de la Bretonnerie, *per prædecessorem nostrum S. Ludouicum fundatos, speciali ac beneuolo prosequentes affectu, ipsos tam in capite quàm in membris, eorum gentes singulari úsque & hominibus de personis corpore, si quos habent, possessionibus, bonísque & rebus ipsorum omnibus in nostris protectione, tuitione ac salua & speciali gardia suscipimus per præsentes. Eisdemque Religiosis Gardiatores deputamus vniuersos Parlamenti nostri Hostiarios & Seruientes nostros: Et ex gratia ampliori, Præpositum Parisien. aut eius locumtenentem, eisdem Religiosis in Gardiatore, vnà cum præd. Hostiarijs & Seruientibus nostris, committimus & deputamus, in litigatores qui sunt de Præpositura & Vicecomitatu Parisiensibus nostris, & qui sex Leucis tantùm ab eisdem Præpositura & Vicecomitatu vltra fines eorum sunt distantes. Cæteros verò adsignari volumus coram Iudicibus nostris, ad quos rerum spectauerit notitia &c.* Quod Principis quidem Beneficium forensibus Vrbanæ Præturæ monumentis intextum reperitur Pridie Nonas Nouemb. eiusdem Anni 1514. Et à Francisco 1. reseruatum Fratribus almæ Crucis Quintili' Mens. An. 1515. denuò inseritur Tabulario Castelli Parisiorum, 6. Kalend. Augusti subseq. Nec absimili Priuilegio Fori innititur Liuriacum, Augustinianæ regulæ, Cœnobium, in sacro Parisiensi Territorio. Ex diplomate regio Ludouici 12. Decembr. Mens. Ann. 1507. ac Francisci Prisci Martio, Ann. 1515. quod propalàm recitatum fuit apud Præfecturam Vrbis regiæ Quinto Kalend. Iunias Ann. 1516. Sic Canonicorum Societas in Nemore Vicenarum, Diplomatico suffulta est beneficio Mandatæ Iurisdictionis Magistratui ordinario Franciæ Metropolis huiusce, aut Senatorijs Libellorum suppli-

Priori & Religiosis S. Crucis Immunitas data *de receuoir Oblat ou Frere lay, comme n'estans de fondation Royal, Ducal, ne Comtal, ou de peu de chose, & ayans peu de reuenu.* Die 28. Iun. 1568. Cum Verificatione in Curia die 3. Aug. eod. An

Regiæ Patentes, die 22. Decem. 1599. pro Abbatia S. Germani Paris.

Placitum Curiæ, *en plaidant*, die 2. Iun. An. 1600. Quo infirmata est Sententia Baiullivi Palatii, dicta, die 18, Febr. An. 1598.

Priuilegium *de Garde gardienne*, publicatũ in Castelleto Paris. die 4 Nouemb. 1514. & 27 Iul. 1515. pro Religiosis S. Crucis apud Lutetiam.

Pro Abbatia *de Liury en Launoy*, Literæ *de Garde gardienne*, registratæ die 18. Maii An. 1516.

Garde gardienne pour le Threforier, Chanoines, & Chappelains du Bois de Vincennes, au Preuost de Paris, ou aux Requestes du Palais. Literis die 14. Februar. An. 1385. alijsque Registratis in Castelleto, die 21. Ianuar. 1519.

Ceste Abbaye de Liury, fut fondée l'an 1213. par Guillaume Gallada sieur de Liury, qui donna aux Religieux, Abbé, & Conuent, leur maison Abbatiale de present, iardin & closture, auec toute Iustice audit encloz. Peu apres, la Comtesse de Grand-pré leur donna vne belle terre là aupres, auec toute Iustice. Toutesfois l'an 1583. Sanguin seigneur de Liury les troubla en leur Iustice hors ledit encloz, contre lequel ils ont formé complainte, comme pretendans aussi auoir toute Iustice hors ledit encloz, iusques à certains confins & limites.

cum Iudicibus. Menſ. Ianuar. Ann. 1383. ac poſtridie Idus Februar. 1385. Id quod Franciſcus 1. benignè piéque repetijt ſolenni Inſtrumento, Ianu. Menſ. Ann. 1517. Cuius exemplar viſitur in Foro Caſtelli Pariſien. 12. Kal. Februar. An. 1519. Haud aliter Cœnobitæ Fani Iuliani, Turonenſis, adeunt regium Turoniæ Iuridicum Seruatorem Priuilegiorum ſuorum, aduerſus patrios Municipes ac populares ſuos: in exteros verò, Senatoriam inuocant Lutetiæ Decuriam libellorum ſupplicum. Ex Principali Reſcripto Ludouici 11. Ianuar. Menſ. An. 1477. quod, vnà cum Priuilegiarijs in Cœnobium alijs, confirmauit Franciſcus 1. Aprili Menſ. Ann. 1515. Clariſſimo Ordine iſthæc promulgante Ann. 1517. pridie Idus Ianuar. Per hunc modum, ſacri Sodales, qui in regio Biturigum Sacello Diuinis operantur, leuioribus in cauſis ſortiuntur Iudicem Auarici Biturigum: in grauioribus, CONSCRIPTOS CVRIÆ Lutetianæ, à Palatinis Libellis vulgò nuncupatos. Epiſtola aperta Caroli 7. Regis, qui, à patruo, Bituricenſi Duce Iano ſtructum Delubrum, inſigni priuilegio muniendum duxit. Mart. Menſ. An. 1422. Et hoc quidem Forenſe Ius eximium, in Commentarios Curiæ relatum eſt à Senatu Pictauis ſedente, 11. Kalend. Septembr. Ann. 1424. Reliquas planè eius ſingulares ac priuilegiarias Sacelli dotes conſtabilijt Franciſcus 1. Mart. Menſ. An. 1514. Quæ in publicis Biturici Fori Scrinijs annotatæ ſunt, 13. Kalend. Maias Ann. 1515. Eadem in Ciuitate, D. Sulpitij Abbæ & Conuentui datus fuit cauſarum Diſceptator tutelaris, Præfectus Prouinciæ. Luculentis Codicillis Menſ. Octobr. Ann. 1455. Qui deinceps, probante Ludouico 11. Menſ. Februar. Ann. 1466. inſcripti ſunt Biturico forenſi Chartophylacio, 4. Nonas Octobr. Ann. 1471. Nec multò ſecus, Ludouici parens Carolus 7. in Antiſſiodorenſi Municipio, prorogauit Iuridicum Legati eius Prouinciolæ imperium ad quadragena paſſuum millia, in profanis Cœnobij litibus D. Germani, Antiſſiodorenſis. Charta memorabili 6. Iduum Nouembr. Ann. 1448. quam filius Regios Faſces adeptus confirmauit Septimo Kalend. Septemb. An. 1466.

Abbatia *de S. Iulien de Tours*, ſeculares Iudices, Balliuus Turoniæ, aut Conſiliarii Requeſtarum Palatii Pariſien.

Verificatio Curiæ, die 12. Ian. 1517.

S. Capella *de Bourges*.

In Parlamento Pictauenſi regiſtratum Fori Priuilegium die 22 Auguſt An. 1424. Et in Actis Bituricæ Sedis iuridicialis, die 14. Octob. eod An.

Die 19. April. 1515.

Iudex gardiator bonorum & iurium Abbatiæ S. Sulpitii, Balliuus Bituricus.

Regiſtrum *du Greffe de Bourges*, die 4. Octob. 1471.

Garde gardienne pro Abba & Religioſis *de S. Germain d'Auxerre*, die 8. Nouemb. An. 1448 Cõfirmata An. 1466 die 26 Auguſt De cuius Abbatiæ priuilegiis regiis ſeculariq; Iuridictione ſcripſimus plura Lib. 3. Sacræ Polit. Tit. 6. Art. 10.

II. PLVSCVLA autem Monaſteria, purè ſubnixa ſunt Regio fori priuilegio Senatorij, in quo Palatini litigatorum libelli decidantur. Nam Ludouicus 11. beneuolo in Maiuſmonaſterium Turonum ſtudio, *Ipſos*, ait, *Religioſos, Abbatem & Conuentum, tam in capite quàm in membris, tam coniunctim, quàm diuiſim vnà cum eorum Officiarijs, Familiaribus, & ſubditis, in noſtra protectione, tuitione, & ſpeciali ſaluagardia pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in futurum ſuſcipimus & ponimus de gratia ſpeciali per præſentes, ac eiſdem Gardia ores concedimus & deputamus vniuerſos Seruientes noſtros, & in caſu litigij Gardiatores Conſiliarios noſtros gentes Requeſtarum Palatij noſtri Pariſius, &c.* Diplomate Menſ. Decemb. Ann. 1466. quod poſteri Reges nouarunt, Carolus 8. Martio Menſ. An. 1483. Ludouicus 12. Octobri 1498. & Franciſcus 1. Iunio 1515. Turonenſi item Collegio B. Ioannis Euangeliſtarum principis tributum fuit à Ludouico vndecimo, fundatore, ius Fori Recuperatorij in Lutetiana iudiciali Baſilica apud Libellarios Iudices, ex Ordine illo Ampliſſ. Literis ſolennibus Iun. Menſ. Ann. 1483. quæ in Senatu promulgatæ 4 Kalend. Sextiles, refricantur à Carolo 8. Decembri eiuſd. Anni, tum à Ludouico 12. Octobri 1498. à Franciſco 1. Iunio Menſ. 1515. Hiſque nouum interim acceſſit Ornatiſſimæ Curiæ ſuffragium, regias Ludouici 12. tabulas comprobantis Decimo tertio kalend. Februar. An. 1500. Sic Carolus 7. Eccleſiaſtico Fani Hilarij Sodalitio Pictauenſi decreuit profanarum litium

Cõnſiliarii Requeſtarum Palatii Pariſien.

Mairemonſtier lez Tours.

Decanus, Canonici, & Capitulum S. Capellæ S. Ioan Euangeliſtæ, *fondée en l'Hoſtel Royal des Montils lez Tours.*

Die 19. Iul. 1483.

Literarum verificatio in Curia, die 20. Ianuar. An. 1500.

Eccleſia collegiata *de S. Hilaire le grãd à Poictiers.*

Iudices, Consiliarios Curiæ, qui Palatinis libellis iuridicam operam nauabant. Quintili Mens. An. 1425. Quo anno, Senatus Parisiorum, occupata ab Anglis Lutetia, apud Pictonas ius dicebat auspicijs legitimi Galliæ Regis. Tale autem Iurisdictionis mandatę Rescriptum Karolus 8. repetijt, Mart. mens. An. 1485. Ludouicus 12. Nouemb. 1498. & Franciscus 1. Sept. 1520. Nec dubitarunt PATRES PARISIENSES, regijs Codicillis addere calculum, hoc modo, *prout hactenus iustè & ritè vsi sunt & gauisi*, Septimo kalend. Iulias An. 1501. Consimile Fori priuilegium sibi vindicant Almæ Triadis cœnobitæ Vindocinenses, ab Principali benignitate Ludouici xj. Mens. Quintili An. 1476. Quam vltrò consectati Sceptrorum successores, illis reseruarunt expressim Codicillare munus antecessoris Karolus 8. Febr.

Die 25. Iun. 1501.

Abbatia S. Trinitatis *de Vendosme* apud Andes. *De laquelle le Prioré de S. George en l'Isle d'Oleron, en Xaintonge, vallant 1600. escuz de reuenu, est membre dependant.*

Le Prioré de la Chartre sur le Loir, au Maine, est aussi membre dependant de l'Abbaye de Vendosme, & s'appelle le Prioré de S. Nicolas de la Chartre sur Loir.

Mens. An. 1483. & Franciscus 1. Maio 1515. Turonum rursùs Archipræsul, sanctiúsque eius Collegium, alibi litigare non tenentur, quàm in Senatu Parisien, aut Senatoria eorum Classe, qui Palatinos supplices libellos iudicio definiunt. Rei auctore Carolo 5. Rege, tertio Nonas Septemb. Ann. 1372. Cuius Literæ, in Auditorio Curiæ promulgantur. 5. kalend. April. posteriores. Id quoque beneficij firmum fixúmque stare voluerunt Karolus Sextus, xj. kalend. Ianuar. An. 1408. Karolus 7. Martio Mens. An 1443 & Maio 1454. (adstipulante Senatu 4. kalend. Sextiles An. 1455) Ludouicus 12. Quintili 1498. Franciscus 1. Maio 1515. Aprili 1519. & postridie Idus Sextiles An. 1522. Nec diuersum forense ius sibi arrogat Melodunensis Canonicorum Societas Diuæ Mariæ, ab Regia Karoli 8. Indulgentia, Mens. Nouemb. An. 1485. in hanc formulam. *Ipsam Ecclesiam collegiatam B. Mariæ de Mileduno, Senonen. diœcesis, de fundatione regia, & iamdudum in nostra speciali & prædecessorum nostrorum gardia existentem, cum suis pertinentijs vniuersis, tam in capite quàm in membris, ipsósque Cantorem, Canonicos, & Capitulum præsentes & futuros, Vicarios, Capellanos, clericos, officiarios, familiares, & seruitores, vnà cum hominibus de corpore, ac domibus, grangijs, possessionibus, territorijs, in nostra & successorum nostrorum Franciæ Regum protectione & saluagardia speciali suscipimus, & ex certa scientia & gratia speciali Consiliarios nostros gentes tenentes Requestas Palatij nostri in suo Auditorio Parisius, speciales Gardiatores eisdem deputamus &c.* Id quod summoperè etiam Ludouico 12. placuit, Sept. Mens. Ann. 1498. & Francisco 1. Martio 1521. Nec dispar huic forense Priuilegium sibi asserunt Sacrifici Palatini apud Lutetiam. Præclara Karoli 6. Venia ac Gratia Septemb. Mens. Ann. 1384. quæ testatò redacta est in Præfecturæ vrbanæ Commentarios Tertio Nonas Octobres posteriores. Virgineis, ad hæc, Cœnobijs suffragantur delegatæ Iurisdictionis Diplomata similia, vtpote Iotrensi Meldorum, Sextili Mens. Ann. 1528. Franciscanis B. Claræ apud Longumcampum, Augusto Mens. An. 1359. & Iunio, An. 1364. Monialibus Fontis-Ebrardi, Pictauensis, Martio Mens. An. 1423. Hæ quippe DEO dicatæ Virgines Fontis Ebrardi vt Henricum 2. Britanniæ Insulæ Regem, patronum cient, Pictonum Comitis Leonoræ maritum: Ita ab Errico 6. Angliæ Rege, qui Gallicum Regnum inuaserat, selectos Iudices acceperunt, Cautione istiusmodi. *Dilectas nostras Religiosas, Abbatissam, & Conuentum Monasterij Fontis-Ebraudi, & membra d. Monasterij speciali prosequentes affectu, attento, quòd ipsæ Religiosæ pro se & successoribus suis spontaneè promiserunt facere celebrari & cantari anno quolibet perpetuis temporibus vnam Missam solennem, quandiu vitam duxerimus in humanis, & post decessum nostrum, de defunctis, pro nostro, prædecessorum & successorum nostrorum Regum animarum remedio, præd. Religiosas,*

Archiepiscopali huic Turonum Ecclesiæ Ludouicus 7. Rex confirmauit An. 1117. donum Caroli Regis *de la Quinte*, iacentis in circuitu vrbis Turonicæ, cũ terris &c.

Patentes *de Garde gardienne*, die 3. Septemb. An 1372. Verificatæ in Curia die 28 Mart seq. Et cõfirmatę Literis die 22. Decẽb 1.08. Martio 1443 Maio 1454. regestis in Parlam. die 19. Iul. 1455. Item Literis die 14. Aug 1522.

Collegiata Ecclesia B Mariæ, *de Melun*.

Ita maiori Carnutum Ecclesię, suarum causarum Iudicem Carolus 6. dedit Parlamentum, & eo non sedente, Consiliarios Requestarum Palatii. Rescripto die 20. Nouemb. Anni 1380. quod renouauit Ericus 6. Angliæ Rex die 17. Sept. An. 1423.

Thesaurarius, Canonici, & Capellani Sanctæ Capellæ Palatii

Die 5. Octob. 1384. Registratum priuilegium *au Greffe du Chastelet de Paris*.

Abbatia *de Ioar e, en Brye*. Regiis sumptibus extructa, & aucta.

Religiosæ *de Longchamp lez Paris*.

Fontis-Ebraudi Sanctimoniales, primitùs institutæ & congregatæ à pio Roberto *de Bruxelles*, auxilio Petri Episcopi Pictauen. in fundo, quem propterea Baro *de Monstreubellay* Monialibus dederat. Sed Anglus Rex ibidem magnificentiùs struxit Cœnobiticas Ædes. Sub Ann. 1160. Ex Aquitan. Annal. Parte 3. Cap. 1.

tam in capite quàm in membris, vnà cum earum gentibus & famulis, singularibúsque personis d. Monasterij & Membrorum eiusdem, hominibus de corpore, & bonis ipsarum in Regno Franciæ existentibus, in nostra protectione, tuitione, salua speciali Gardia suscipimus per præsentes: Eisdémque Religiosis Gardiatores concedimus vniuersos Seruientes nostros, quibus, & eorum cuilibet committimus, quatenus Religiosas, familiares, singularesque personas d. Ecclesiæ, & Membrorum eiusdem, ac homines de corpore defendant ab omnibus iniurijs, violentijs, grauaminibus, &c. Lites autem, quæ illis interuenient, committimus Parlamento, Præsidentibus quoque, si non sedeat Parlamentum, seu coram gentibus Requestarum Palatij nostri, sedeat vel non sedeat Parlamentum, &c.

12. QVVM verò vrbanus litium Iudiciorúmque strepitus minimè deceat quietum Monachi silentium, cui *Oppidum carcer, solitudo Paradisus esse debet*, Hieronymi verbis, idcirco Forensi illo supersedemus Principum in Religiosos priuilegio, vt commodiorem ipsis Fiscalium tributorum Immunitatem postliminio repetamus. Iusta enim Cæcilij Cypriani sententia, Patrimonium DEO creditum nec Respub. eripit, nec Fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. Sermone 1. De eleemosyna. Gallus imprimis Rex Ludouicus 7. ex Maiorum suorum vestigijs, sanxit vniuersas Monasticæ Ædis Sulpitij Biturigum possessiones, *libertatem videlicet Burgi sui, cum omnibus consuetudinibus suis, vt nullus aliquam alicui pro aliquo forisfacto violentiam inferre præsumat &c.* Diplomate Ann. 1168. quod Karolus Septimus constabilijt Octobri Mens. Ann. 1455. Illius autem Ludouici Crassus genitor DEO sacrauit profanas Calensis Parthenonis Vestalium facultates, Ann. 1127. *Ita, vt nullius Potestatis, siue iudiciariæ, siue Fiscalis, aut etiam Reipublicæ iuridica administratio, intra vel extra, in mansionibus illarum, vel in agris, aut ad aliqua ibidem placita tenenda, aut homines illarum distringendos, vel feoda exigenda, aut fideiussores tollendos, eósque capiendos, vel telonea requirenda, vel mansionaticum, vel paratas recipiendas, aut illicitas occasiones obijciendas, vel componendas, seu requirendas ingredi audeat, &c.* Clarissæ porro, Seraphici Ordinis, Sorores apud Longumcampum, deprædicant non modò Ludouicum 9. Regem patronum, suíque conditorem Cœnobij, verùm & Carolum 5. abnepotem, plenissimæ vectigalium immunitatis donatorem beneficum. Publicis tabulis Sextili Mens. An. 1359. & Iunio 1354. Quas insignes Tabulas Sextus Carolus nouo Rescripto communijt Maio Mens. An. 1396. & Henricus 6. Britannus Rex, Quintili 1425. Hisdem solenne accessit iudicium & comprobatio Præfecturæ Ratiociniorum postridie Nonas Septembres, tum supremæ Iudicantium de Vectigalibus Decuriæ 17. Kalend. Octobres, ac Præturæ Vrbis regiæ Nonis Septemb. illo An. 1425. Ast priuilegiarij vtique Principum Codicilli huiusmodi, non prestant vrbano Clero omnium promiscuè excusationem munerum ciuilium: Putà si reliqui Ciuitatis Ordines, pro auspicato Regis in eam introitu sumptus faciant, testandæ Popularis lætitiæ gratia, Æquum fuerit, Sacris addictos, qui eam Ciuitatem incolant, ad festam Regij aduentus celebritatem, pro suo modulo conferre pecunias. Aduentitium enim munus istud, & Honorarium, haud commentitio Iure receptum est, sed à priscæ vetustatis moribus repetitum: quippe quod ingredienti Prouinciam Cæsari Romano præberi soleret. Vt tradit Spartianus in Hadriano. Eòdem alludunt Vlpiani dictata, Lib. 1. De offic. Proconf. Inde etiam Aurum illud coronarium, quod licet à Prouincialibus erogaretur vltrò, nec imperaretur. leg. 1. De aur. coron. l. vn. Cod. Publicæ lætit. nunciat. Lib. 12. Tamen ab læto gratóque municipibus in suos fines Principis appulsu, Aurum illud constat, grandem in molem excreuisse. Apud Appianum, lib. 2. Bell. ciuil. Quasi de auro coronario, Nos pluscula, Fisci Gallici Volum. 1. Demus igitur, Sacerdotes, aliosuè dignitate illustres, plebeijs oneribus non subijci patrimoniorum. Cæsarea leg. Maximarum De excusat. muner. Lib. 10. Cod. Iustin. Ac leg. 1. De Episc. Ecclef. & cleric. in Cod. Theod Honorarium certè in Principem, cuius sancta nobis persona esse debet, munus detrectare, licet nemini:

Hieronym. ad Rusticum.

Ludouici Iunioris, Regis priuilegium, in Abbatiam S. Sulpitii, Ordinis Casalis Benedicti.

Regiæ Ludouici *le Groz* Literæ pro Religiosis fœmineæ Abbatiæ *de Chelles pres Paris*, An. 19 Regni.

Religiosæ *de Longchamp, lez Paris*, Ordinis S. Claræ fundatæ Ann. 1259 Quibus Priorissa initio præfuit Ysabella Ludouici Regis fundatoris soror

Affranchissement de toutes coustumes, guets, seruices seculiers, pontages, peages, panages, barrages, rouages, tôlieux, tailles, vicomtez, minages, & autres Impositions reelles ou personnelles.

Registratæ Literæ in Camera computorum die 6 Septemb. An. 1425. Et apud Generales Iustitiæ *des Aydes*, die 15 Septéb. Ac in Castelleto Paris. die 5. Sept. eodem An.

l. solent. ff. De offic. Proconf. & Leg.

De Doman. Frãc. lib. 1 Tit. 9 Art. penult. Delphinal. Parlaméti Decis. 458. Francisci Marci. Parte 2. Si fuerit facta collecta in aduentu Principis, Prælati Ecclesiarum

Quùm & illum sacra Ecclesia patronum, tutorem, suæque auctorem Immunitatis acclamitet, Leonis 4. P. Epistola ad Lotharium & Ludouicum Augustos. Can. Reatina, & seqq. Distinct 63. Bald. ad Cap. quanto De iudic. Abbas in Cap. 15. De accusat. Quare suprema Vectigalium Curia, Trecensem, Campaniæ, Clerum intercessione summouit, ab eo interposita nummariæ collationi in ciues omnes indictæ, Regij solennis in Vrbem ingressus nomine: Quando & hic Clerus, similem in causam, Ludouico 12. & Francisco 1. Regibus, pecunias sponte contribuisset. Decreto Parisiensi fiduciario postridie Nonas April. An. 1596. post facundam Gouterij orationem pro Ædilibus Trecarum: Chauuelini, pro Sacerdotio: Et Lebreti, Fiscalis Aduocati, disertissimi.

...tinentur. Ex Ioan de platea in l. cùm ad fœlicissimam C. De quib. mune. ib nemi. lic. Lib. 10.

Prouisionale Arestum Curiæ Iuuaminum, die 6. Apr. 1596. *contre l'Opposition du Clergé de Troyes à la contribution pour les fraiz de l'entrée du Roy à Troyes.*

13. TOGATIS palliatum, & Equestrem monasticæ Religionis Ordinem subtexere hîc, non est necesse: cuius nimirùm Regia Ordinis Hierosolymitani priuilegia perstrinximus Tit. superiore, Art. 24. Sed præter vulgaria Immunitatis vectigalium beneficia, quibus sacri isti Milites, vt reliqui Cœnobitæ, affecti sunt à Regibus nostris, Indultum fuit illis vniuersum, ac Clericis seculi, à Carolo 9. Principe: ne sacra Ædificia, quæ ab intestinis Galliæ Motibus corruerint, reficere teneantur ac instaurare: Saluo eo, vt quæ extant, sarta tecta tueantur. Edicto gemino, 14. Kalend. Octobres An. 1571. Et 3. Nonas Nouemb. An. 1572. Cui Senatus subscripsit, anteriori quidem, pridie Kalend. Ianuar. eod. Ann. 1571. Posteriori autem, xj. Kal. Ianuar. 1572. Rectè profectò, quùm vim maiorem Fructuarij non præstent, ad quos etiam modica sola ædium refectio pertineat. Celsi I. C. leg. 7. l. arbores vi tempestatis, non culpa fructuarij euersas ꝟ. De vsufr. l. 7. Cod. eod. Sic ab Ornatiss Curia pronuntiatum quondam, Ecclesiasticas domos & tecta, quæ Hostili lasciuie collapsa dirutáque fuerint, non esse priuatis Episcopi impendijs resarcienda, ac restituenda in pristinum statum. Bino Decreto Parisiensi, prius An. 1385. secundùm procuratores rei testamentariæ Iani Nicoti, Aureliæ Pontificis, in huius successorem Præsulem: Alterum latum An. 1386, pro Dispensatore legatorum Gonterij Senonum Antistitis, in Vidum Royam, nouum Archipræsulem. Vt Ioan. Gallus refert, Quæst. 69. Ne autem Cœnobiarchæ, ac Sacerdotes seculi, Ecclesiasticos census reditúsque aliò proteruè effundant, quàm in necessariam sacrarum Ædium fulturam ac instaurationem, maturè præcauerunt Reges nostri: quibus, ciuilis externáque Politia curatioue Templorum ritè defertur. Consultissima Lege Caroli 6. quam ex autographis Curiæ Regestis hausimus, in hanc sententiam. *Carolus &c. Ordinamus, quòd Præpositus noster Parisiensis, necnon Seneschali, & Balliui nostri, vel eorum Locatenentes, videlicet eorum quilibet in Prouincia sibi commissa, fructus & reditus temporalitatis beneficiorum Ecclesiasticorum, in quibus, defectus supratactos repererint, quæ d. Cardinales, & alij Ecclesiastici, quicunque maximè extra Regnum nostrum suam moram trahentes obtinent, & etiam annuas pensiones, quas d. Cardinales, & alij, super beneficijs Regni nostri percipiunt, ad manum nostram realiter ponant: Ipsas verò Ecclesias, ac ipsorum Beneficiorum ædificia in ruinam lapsa, & cætera hæreditagia, ex fructibus & reditibus eorumdem beneficiorum reparari, & d. hæreditagia excoli minoribus sumptibus, quibus rationabiliter & vtiliùs fieri poterit, faciant. Religiosis etiam, ac cæteris Deo famulantibus in d. Beneficijs iuxta numerum antiquum, vel alium minorem, secundùm Beneficiorum ipsorum facultates per Abbates, vel alios ad quos spectabit, ordinatis vel ordinandis, de victualibus, ac cæteris sibi necessarijs, vt circa Diuinum officium intendere possint, prouideri, ac hospitalitatem, & cætera charitatis opera, in locis vbi consueuerint fieri, necnon creditoribus, quibus d. Beneficia obnoxia repererint, satisfieri procurabunt. Certos Commissarios Ecclesijs nullatenùs onerosos, & idoneos, vbi d. Beneficia ruinosa situantur, aut ex propinquioribus locis, absque stipendio, & cum moderatis expensis, ad hoc committendo &c. Quos quidem Commissarios ordinari volumus cum consilio Religiosorum aut Fratrum d. Monasteriorum, & Hospitalium, si qui sint in d. locis: Alioquin, cum consilio Abbatum & aliorum de Conuentu, quibus d. Prioratus, aut alia Beneficia præd. subsunt, vel saltem consilio Abbatum, & eorum Conuentuum, Priorum,*

Præceptores, & Equites ... S. Ioannis Hierosolymitani.

Ordinatio regia, die 18 Sept. 1571. & 3. Nou. 1572. Publicata in Parlamento die vlt. Decemb. 1571. & 22. Dec. 1572.

Girardus Maynardus Senator Tholosanus Lib. 1 Quæst. Iuris Iccpti Cap. 6 *escript, que par Arrest de Tholose contre l'Euesque de Castres, du 9. de Sept. 1599. il auroit esté condamné faire les reparations de son Eglise ruinée par les dernieres guerres ciuiles. Et auparauant auoit aussi esté iugé audit Parlemẽt pour le Patriarche d'Alexandrie Administrateur de l'Euesque de Carcassonne.* Ex eodem Maynardo.

Parlamentaris Curiæ Aresta, pro Executoribus testamentarijs Prælatorũ mortuorũ, in nouos Prælaturæ successores.

Edictum regium, die 6. Oct. An. 1385. de Reparationibus Ecclesiarum huius Regni.

Aresto quoque Magnorum Dierum Pictauensium, prolato, die 17. Nouemb. An. 1579. prouisum fuit generatim reparationi Ecclesiarum Lucionensis Episcopatus, Maleacensis, Lemouicen. Xantonensis, simul & Visitationi Ecclesiarum parochialium, Leprosariarum, &c.

seu Decanorum Ordinis eiusdem, sua Beneficia magis prope d. Beneficia ruinosa habentium. Volumus etiam & ordinamus, quod statim quod aliquem Episcopum Regni nostri, Abbatem, vel Priorem, aut Orphanotrophum, seu Domus Dei, vel Hospitalis Administratorem, aut alium virum Ecclesiasticum alicuius Beneficij administrationem habentem, ab hac luce migrare contigerit, d. Praepositus Parisien. Seneschalus, vel Balliuus, seu eius Locumtenens, in cuius Praepositura, Seneschalia, vel Baillia, bona ex decessu talis decedentis relicta reperta fuerint, illa realiter & de facto ad manum nostram apponant, si per Executores, aut haeredes ipsius Episcopi mortui, vel per Religiosos Conuentuum Monasteriorum, vel per Fratres Hospitalium, vel Domorum Dei requisitus fuerit, aut si d. Collectores aut subcollectores Papae bona praed. capere, aut ad manum d. summi Pontificis apponere vellent, aut iam apposuerint: Et d. bona Executoribus aut haeredibus decedentis, cui licitum est testari, iuxta ipsius testamentum: & si sit Abbas, aut Religiosus, qui testari non potest, Ecclesiae, cui praesidebat, dimittat. Et insuper ordinamus, quòd d. Praepositus, Seneschali, & Balliui, aut eorum Locatenentes, fructus & reditus Beneficiorum, quorum collatio vel praesentatio ad nos, aut alium patronum laïcum pertinet, vel ad quod, nos; vel alius patronus laïcus, aliquando praesentauerimus, illi, ad quem de antiqua consuetudine spectabat, dimittat: Absque quòd d. Collectores aut Subcollectores, ex d. Beneficijs inde quicquam sub quarumcunque praetextu Literarum habere permittant.

Ex hac Ordinat. regia colligit Benedictus, in Cap. Raynutius in ver. Et vxorem nomine Adelasiam Num. 266. Clericos in Francia liberè testari de fructibus suorum Beneficiorum, & aliis suo nomine acquisitis: Specialéque de iis priuilegium Apostolicum pro Clero Cadurcensi ait se vidisse, & Tholosanum Clerum idem ius habere, ex Pacto conuento cum Archipraesule suo, die 27. Apr. An. 1397.

An. 1181. moritur Rogerius Eboracensis Archiepiscopus, qui ab Alexandro Papa priuilegium impetrarat vt si clericus suae iurisdictioni suppositus, testamentum conficeret, & proprijs manibus bona sua moriens non distribueret, Archiepiscopus haberet facultatem injiciendi manus in bona defuncti. Sic tamen mortuo isto Archiepiscopo, quaecunque reperta sunt in thesauris eius, iusto sunt Dei iudicio confiscata. Quorum summa, xj. millia librarum argenti, aurei 3000. *& infinie vaisselle d'argent*. Ex Matth. Parid. in Angl. Hist.

14. CAETERUM Regia tot in Coenobium quodque Priuilegia, adplicantur etiam subiectis ei Monachorum Conuentibus, ac Membris, Capiti praesertim adunatis. Nam principi Casae Monasticae datum priuilegium, communicatur inferioribus Templis, quae, illi, canonico Ritu nexa sint. Innocentij 4. iudicio, ad Cap. 1. Ne sed. vac. Bartol ad l. si conuenerit. §. si nuda. ff. De pignerat. act. Queîs congruit Curtij Responsum 57. ac Rebuffi scripta, in Praxi Benefic. Tit. De vnionib. Benefic. in fi. Exempli gratia, Vvalterus Rothomagi Archiepiscopus impetrauit hoc ab Errico 2. Anglorum Rege An. 1185. vti Monastica D. Elesij Basilica *regularium* Canonicorum, Grisosiae Insulae, copularetur Coenobio Voti, quod Caesaris-Burgo Tribotum oppidulo confine est. Ex Chronico Sigeberti. In eadem Neustriae ora, cucullati sacerdotes Crucis S. Andoëni, cùm à Normanis expilatas dirutásque propemodùm, aegrè spectarent Monasticas suas Sedes, earum res fortunásque secum adiunxerunt Germanico Parisiorum Monasterio. Vnionis fautore & auspice Karolo Simplici Francorum Rege: Cuius insigne de eo Diploma pridie Idus Mart. An. 918. legendum proponitur etiamdùm in Armario Templi Germani: perinde ac in Aimoyni Appendice, De Reb. Francic. Lib. 5. Cap. 41. Verùm aliquantò post, illi coenobitae D. Leufredi, pacato à Rege cum Normanis bello, patrios repetière & antiquos Coenobij sui lares. Sicuti Historica B. Leufredi Vita comprehensum est, quae nuper in lucem edita, peruulgatur. In Massiliensi item Prouincia Conuentus tres *Regulares*, qui superiorem D. Honorati Mandram obnoxiè & officiosè colebant, cum ea ipsa, iuncti fuêre Cassinati Benedictinae Societati: Neapoleus scilicet, Vallensis, & Vintemilius. Suffragante, vnioni Apostolicae, Rescripto Principali, postridie Idus Apr. Ann. 1515. Rursus in hac Narbonensis Galliae Prouincia situm, Montismaioris Coenobium Innocentius 8. P. redegit in vnum cum Monasterio B. Antonij, Viennensis Delphinatium: Vt funditùs tolleretur annua aeris pensitatio millium, cum trecentis aureorum ducatorum, quam Antoniano isti Sodalitio Bonifacius 8. P. adsignarat de prouentibus annuis illius Coenobiticae Casae. Cuiusmodi Vnionem Alexander 6. Pont. ratam habuisse fertur

Praecipuae Ecclesiae priuilegia, competunt vnitis ei: Vt priuilegia concessa alicui loco, si locus ille vniatur alteri, etiam ipsa vniuntur.

Abbatiae de Voto *près Cherbourg en Normandie*, vnita altera Abbatia, sita in Insula *de Gurzey ou Grenezay*: Qua de Insula, Frossartes. Hist. Lib. 1. Cap. 92. & 305.

Crucis S. Leufredi Abbatia, prope Ebroicas Normaniae.

Caroli Simplicis Literae, die 14. Mart. An 918. Quae transcribūtur ad verbum, in Vita S. Leufredi, typis excusa An. 1598. Eius Vitae Libellus à Nobis citatus est suprà Lib. 1. Tit. 3. Art. 20.

Trium Prioratuum, *de Neapole, du Val, & de Vintemile*, maiorisque eorum Abbatiae S. Honorati, Vnio cum Congregatione Montis Cassini, die 14. Apr. 1515.

Pontificia Vnio, Abbatiae *de Montmaieur en Provence*.

fertur à Francisc. Marco, apud Delphinates Senatore. In Gratianopolit. Decis. 367. Parte 2. Fuit pariter, in sacra Melitensium Equitum Familia, sancitum à Frat. Antonio Fluuiano, Ordins Præfecto, *magnas Commendas Cypri, Langonis, & Nisari, omnibus Linguis communes, communi etiam Ærario vniri, & incorporari.* Vt verba Constitutionum Ordinis vsurpem, quas Frat. Hugo *de Loubenx, Verdala*, princeps eius Militiæ, cum publico Conuentu, pridem concinnauit, auspicijs Xysti Quinti Pontif. decimo tertio Kalend. Apriles An. 1586. Præterea in Cælestinorum Collegijs *regularibus*, Italicum Aquilæ Monasterium Francicis copulatum est ab Eugenio Quarto Pontific. Iani Bassandi postulatu, qui Vicaria monastici Antistitis opera defungebatur, Ann. 1444. Quod tantisper statutum mansurùmque edixit Pontifex, quoad Aquilæo Cœnobio prisca Regulæ disciplina restituta esset. Ex Cælestinorum Codice manuscripto. Insuper Cœnobiorum Præfecturas quasdam cernimus, Episcopali Solio confusim permixtas: quod alioquin, re tenui, Dignitatem suam tueri vix potuisset. Hac enim de causa, Pius 4. Rom. Præsul, Monasticam Ædem Maglorij coadunauit pontificali Cathedrę Parisiorum. Bullatis codicillis Septembri

Statuta Ordinis Domus Hospitalis Hierusalem.

Die 20. Mart Ann. 1586.

Fr. Ioan. Bassandus, Vicarius generalis Cælestinorum, procurauit Aquilani Cœnobii vnionem Donec eius Abba, monachique reformati essent, id est, tam in capite quàm in membris.

Abbatiæ S. Maglorii Vnio cum Episcopatu Parisiensi.

De Vnione item Monasterij S. Mauri, & Prioratus S. Eligij Paris. cum Episcopatu Parisiensi. Philippus Probus expressim in Quæst. 18. Iuris Regaliorum.

Mens. An. 1564 quos Gregorius 13. denuò sanxit 4. Calend. Septembr. an. 1575. probauitque tandem Lutetianus Senatus Octauo Calend. Decemb. An. 1581. Ambianorum itidem Episcopali Sacerdotio nexa est Cella monastica D. Martini Gemellorum, Augustinianæ Normæ: Quam Patres Conscripti Vnionem contradicto iudicio firmarunt sub annum 1578. Ac Rhemense quidem Monasterium D. Remigii coniunctum fuit Archiepiscopali Rhemorum Præfecturæ, instantia Cardinalis Lotharingi, circa Annum 1550. Sed quia talis sacrorum Munerum nexus, gratiosè verius, quàm legitimè cognita causa, irrepserat in vsum, Philippus Beccus, Rhemorum Archipræsul, placidè rem decidit cum Antonio Muzaco, Romanæ Aulæ beneficiario Cœnobiarcha nouo D. Remigii: qui suo iure cessit, recepta duntaxat sibi æris pensitatione annua, decem millium libel-

Die 29. Aug 1575.

Die 24. Nouembr. An. 1581.

S. Martini *des Gemeaux* Abbatia, Ordinis S. Victoris, sub regula B. Augustini, vnita Episcopatui *d'Amiens*.

Archimonasterium S. Remigii, de cuius titulo & vnione cum Archiepiscopatu Remensi, Transactum die 5 Nouemb. 1597.

La Bulle de Gregoire 13. de l'Vnion du Prioré de Isseron, membre dependant de l'Abbaye de S. Michel en Ré, auec la Chartreuse & Conuent des Chartreux de S. Donatian & Rogatian de Nantes, est declarée abusiue par Arrest du grand Conseil, du 17. d'Octobre 1584. au profit de Hardy du Boys appellant comme d'abus de ladite vnion impetrée in formam gratiosam, *du Pape Gregoire 13. l'an 1573.* Calendis Maij. *Depuis laquelle il s'estoit faict pourueoir dudit Prieuré. Mais en l'année lesdits Chartreux en ont le 28. d'Auril obtenu sentence d'Vnion de l'Euesque de Nantes, après auoir veu la pauure fondation desdits Chartreux, 13. en nombre, auec leurs Conuers & seruiteurs, tous fondez seulement de 780. liures de rente sur la Preuosté de Nantes, par le Duc François I. de Bretagne, de l'an 1445. Nous auons esté d'aduis en conseil le 14. Iuin 1603. de rabiller ceste Sentence* vocatis vocandis, *auec communication du Procureur du Roy de Nantes, tant pour le public, que l'interest du Roy fondateur.*

larum Turonensium. Inita Transactione Nonis Nouemb. Ann. 1597. vt cœnobiticum Sacerdotium Archiepiscopali vsquequaque copularetur. Nam etsi Monasticorum Conuentuum Vniones, aliæ in rem, perpetuæ: aliæ in personas, temporariæ olim conciperentur: quales inuicem distinxit Gregorius Magnus. Regesti Lib. 8. Epist 39. Gallica tamen sanctiorum Canonum Praxis, *personales* explosit temporariásque Ecclesiasticorum Munerum coniunctiones, tanquam ambitiosè captatas priuatum in quæstum: De prædiarijs, contrà, perpetuísque Vnionibus, quæ in publicam Ecclesiæ causam comparatæ sunt. Vt S. C. Parisiensi decretum ait Scholiastes Pragmat. Sanction. ad Cap. vlt. De reseruation. Quò vergunt etiam notata à Rebuffo, in Beneficiariæ Praxis Tit. De vnionib. Sic apud Germanos, Laureacensis Archipræsul Pilegrinus traditur, ab Othone 1. Cæsare perpetuã impetrasse coniunctionẽ Cremiphanensis monasterij, omniúmque ipsius possessionum, cum suo Pontificatu An. 973. Is quoque, triennio

Gregor. De vnitate monasterii Gazaerensis ad Neapolitanum.

Curiæ Arestum de parochiali Sacerdotio D. Ioannis in Grauia, Parisien.

Imperiales Literæ Vnionis, die 21. Iul. An. 976.

pòst, consimilem Vnionem exorauit muliebris Cœnobij S. Crucis in *Nidemburg*. Rescripto xj. kalend. Sextiles Ann. 976. Quemadmodùm Historico Gasparis Bruschij Lib. enarratur, De Laureaco Noricorum ciuitate, de Patauio &c. Vix est autem, vt probetur bonis copulatio Monastici Phani B. Mariæ, & Appendicum, vnà cum Patauiensi Boiorum Episcopatu. Quippe quam Fridericus 1. Imperator, rogatu patrui sui Antistitis Patauiensis, comprobarit Ann. 1161. lege condicta, vt ille successoresque

Passau, en Bauiere.

L'Euesché de Die & Diois, en Dauphiné, a esté d'ancienneté vny auec l'Euesché de Valence, & n'y a qu'vn Euesque pour les deux.
Et l'Euesque de Die, est Comte de la ville de Die, mais ceux de Poitiers estoient Comtes de Diois hors la ville.

Præsules, Cæsareo Fisco quadragenas Ratisponensis æris libellas, ex Religiosa illa Æde, quotannis inferrent. Nec ita dudum, Ioannes 6. Constantiæ Harudum Pontifex, Episcopali lituo perennem adiunxit Cœnobiarchiam Diuitis-Augiæ, cum suis fundorum accessionibus, & Oeningensem Præposituram ad lacum Venetum sitam. Annum circiter 1547. Auctore illo Bruschio, De omnib. German. Episcopat. Imo, quod rariusculum est, Diœcesani Præsulatus duo in vnum redacti sunt Gallis, abhinc decennium: Vanciensis, & Grassensis, ad preces Vilhelmi Blanci, Antistitis. Qui simul, cum propinquis amborum Sedibus, tenuitatem fortunarum vtriúsque causabatur. Diplomate Apostolico postridie Idus Februar. An. 1592. Cui benignè est adstipulatus Princeps An. 1596. pridie Iduum Mart. Vnde, Francico sacri Consistorij decreto, Regia manus sublata fuit à profanis Episcopatuum istorum obuentionibus, in rem gratiámque Blanci, amborum beneficiarij. Quarto Nonas Apriles An. 1597. Verùm intercedente his priuato deinceps Episcopalis iuris competitore, diutius protrahitur lis, necdùm de Vnionis vi efficaciáque, mota contentio ad exitum perducitur. Alibi certè ostendimus, duos eiusmodi Diœcesum Præsulatus mixtim colligari posse, repetita ex Gregorio 1. memoria duorum Italiæ pontificalium Sacerdotiorum. Lib. 2. Ecclesiast. Polit. Tit. 6. Art. 10.

Episcopatus *de Vance, et Grasse*, in Comitatu Prouinciæ.

Bulla Vnionis, die 14. Febr. 1592. Cum Regio assensu, die 14. Mart. 1596.

Aulici Consilii Arestum *de mainleuée du temporel saisy*, Die 2. April. 1597.

Beneficia vnius Diœcesis, non possunt vniri beneficiis alteri, quacunque ex causa, Trident. Concil. Sessione 14. Cap. 9. Et Sess. 24. Cap. 13. §. In vnionibus.

15. Ex svprascriptis facilè elicitur, Augustalia, Regúmque in sacram Ecclesiam Priuilegia, vnitis ei Templis, Membrisuè inferioribus aptari meritò oportere. Id quod Principes etiam ipsi Diplomaticis Priuilegij verbis exprompsêre identidem: ne obscuræ alioqui sententiæ interpretatio, prolixiorem dubitandi ansam præberet, anxiè saltem de priuilegijs disceptandi, magno Ecclesiæ dispendio. Ita Ludouicus xj. nominatim adscripsit Monasterio Burgi-Dolensis, apud Biturigas, eximia quædam iura: Codicillari munere, 5. kalend. Octob. An. 1463. Cuius primam istic particulam subijcere, incongruum non est. *Nos eosdem Religiosos, vnà cum eorum gentibus, familiaribus, singularibúsque personis præfati Monasterij, ac Membrorum eiusdem, hominibúsque de corpore, & bonis ipsorum in Regno nostro existentibus, in nostra protectione, tuitione, salua & speciali gardia, pro nobis & successoribus nostris, in futurum suscipimus & ponimus de gratia speciali &c.* Quale Rescriptum Karolus 8. stabilijt Iulio Mens. An. 1484. & Ludouicus 12. Quintili 1498. Senatu Regia hæc Beneficia Actis suis consignante, postridie Idus Sextiles An. 1499. Nec dispari argumento, quæ primitùs Hospitio pio data sint à Regibus, ea Monasticæ Familiæ adplicantur, Hospitij ipsius administræ, vel succedaneæ. Cuius rei præsentissimum adfert exemplum sacra Domus Mathvrinorvm Parisiensium, in cuius solo extructum erat publicum Valetudinarium, antequàm Cœnobiticus almæ Triadis Ordo excitaretur. Vt patet vetusto Ludouici Iunioris Instrumento regio, An. 1138. quod Cœnobij ipsius Scrinijs adseruatur, tali sermone. *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis &c. Ego Ludouicus Dei gratia Rex Francorum, & Dux Aquitanorum. Notum haberi volumus vniuersis, tam futuris quàm præsentibus, quòd nos pro remedio animæ nostræ, & antecessorum nostrorum, Eleemosynæ B. Benedicti, quæ sita est in Suburbio Parisien. iuxta locum qui dicitur Thermæ, obolum vnum, quem de censu annuatim ab eadem Eleemosyna*

Abbatia *du Bourg de Deolz, alias du Bourgdieux*, Benedictini Ordinis, priuilegiata à Regibus, die 27. Septemb. 1463.

Literarum verificatio in Curia, die 14. Augusti 1499.

Patentes regiæ Ludouici *le Ieune*, censiuam cōcedentis hospitali S. Mathurini Parisien.

habebamus, de terra scilicet Symonis Teruelle, prorsus dimisimus, & in perpetuum condonauimus: Vt prædicta Eleemosyna terram illam ab omni exactione liberam & quietam perpetuò possideat, &c. Nonnulla tamen maiori Cœnobio conceduntur à Principe extra ordinem Priuilegia: Quæ vt Ius publicum aliquatenus lædunt, sic à Cœnobij *Membris*, inferioribusue Templis haud perinde vsurpantur. Cuiusmodi egregia isthæc est, Cluniacensis Monasterij prærogatiua, vti à profano Cœnobiarchæ Iuridico prouocationes factæ deferantur rectà ad Senatum Parisiorum, omisso intermedio Iudice: Dionysiani instar Cœnobij Lutetiæ nostræ confinis, cui data à Regibus priuilegia memorat Yuo Carnutensis, Epist. 210. Illud quippe, pro Cluniacensi *Abba*, decisum Aresto *Parlamentari*, voluitur in priscis Curiæ monumentis An. 1294. Lib. *Inquestarum*. Enimuerò celsioris augustique Regum Imperij Notæ Iuridicæ exeruntur in omnes peræquè subditos, nullo priuilegiarij Cleri delectu exceptioneuè adhibita. Regium putà *Bannum*, in Dominico Ecclesiæ Territorio exerceri posse, liquet suprema Clariss. Ordinis Sententia, in *Parlam.* Diualium Ann. 1273. hoc modo. *Abbate & Conuentu S. Genouefæ Parisien. conquerentibus super eo, quòd licet ipsi in Terra sua Parisien. omnimodam Iustitiam habeant altam & bassam, nihilominus Præpositus Parisien. occasione cuiusdam Banni seu Statuti, ex parte Domini Regis generaliter proclamati in Regno suo, super cursu Monetarum, ab hospitibus siue ab hominibus manentibus in d. Terra recipere iuramentum volebat, vt sibi dicerent, quid & quantum post proclamationem Banni monetæ prohibitæ receperant: vt à d. Banni transgressoribus emendas leuaret. Auditis rationibus d. Religiosorum, cùm ipsi Monetam non habeant, neque Bannum in Villa Parisien. Dictum fuit per ius, quòd executio d. Banni ad dominum Regem, & non ad ipsos, pertinebat in casu præd. Præceptúmque fuit Præposito Parisien. vt priùs recepto iuramento, à transgressoribus d. Banni, nomine domini Regis, leuet emendas.* Superiores item Regiorum magistratuum Conuentus Iuridici habentur in alienis Episcoporum finibus, quàmlibet liberis ac solutis. Ita censente *Parlamentari* Senatu, ad Pentecostes An. 1271. tali idiomate. *Episcopo Claromontensi conquerente de Baillivo Bituricensi, pro eo quòd tenebat Assisiam apud Clarummontem, quia dominus Rex non habet ibi propè aliquod domanium, Pronuntiatum fuit per ius, quòd dominus Rex, de querelis & causis, quæ ad eius Ressortum pertinent, Assisias potest ibidem tenere.* Quod pariter iusta Dominica Principis ipsius spectat, indicta aliquando pro emergentis negotij rationib. necessarijs, in eo compar redditur Sacerdotum, cum Plebeijs, conditio, ac vtriúsque saltem generis subditorum exæquata sorte, commune ius Fisci indiscriminatim agnoscitur. Sicuti Decreto planum fit Curiæ *Parlamentaris* An. 1309. in hunc modum *Cùm Prælati, Episcopi Abbates Ducatus Normaniæ, conquererentur, ex eo, quòd gentes Regiæ volebant exigere à personis laïcis, liberis hominibus, & subiectis ipsorum Prælatorum subsidia & subuentiones pro maritagio Katharinæ Regis Franciæ primogenitæ, & Angliæ Reginæ: Tandem negotio in Parlamento auditis partibus examinato, Dictum fuit, quòd hoc poterat Rex facere, & sibi licebat, nonobstante dictorum Prælatorum contradictione. Sabbati post Reminiscere.*

Appellationes ab Abbate Cluniacensi, veniunt ad Parlamentum. Idem de appellationibus ab Abbate S. Dionysii in Francia.

Iudicia, Consilia, & Aresta expedita in Parlamento omnium Sanctor. An. 1273. Vbi simile de Banno Regis Arestum, prolatum est contra Vicedominum Ambiani Ecclesiæ.

Regium ius *de la Tenue des Assises*, in territ. Prælatorum & Baronum.

Droicts Seigneuriaux & Royaux.

Parlamenti Arestum *de la Taille seigneuriale* pro nuptijs filiæ Domini, Regis.

16. LOCVPLETES, benéque prædiatos Cœnobitarum Conuentus sequuntur nudi opibus alij, sacrique Mendicantium Ordines: Quibus extrema vna terreni Naufragij tabula superest, Principalis vectigalium publicorum Immunitas, ex ijs, quæ Monastico vsui victuique Christiana, Ἐλεημοσύνη comparavit. Nec enim tributis onerari debet pia Christianorum in Seruos DEI, qua sola victitant, largitas, seu Deposita pietatis, quæ vocat in Apologetico Tertullianus. Proin Franciscus I Rex Seraphicis sodalib. indulsit, ne Annonariæ mercis portorium darent, Lignariæuè, aut alterius rei, diurnis eorum alimentis necessariæ. Quinto Idus Februar. Ann. 1536. Quam quidem Nonus Karolus Immunitatem produxit ad nouum æris vectigal quinque Assium, quod vino in Vrbes aduecto Erricus 2. indixerat in omnes Populi Classes, quàmlibet egregias priuilegijsque suffultas. Rescripto 15. Kalend. Maias Ann. 1562. promulgato in Curia Fiscalium Intributionum, vndecimo Kalend. Ianuar. An. 1564. quùm Montholonius,

Ordinis Mendicantium Franciscani Priuilegia regia.

Patentes die 9. Februar. 1536. pro Fratrib. Minorib. *de n'exiger d'eux l'Imposition du bois achepté pour leurs fournitures, ny aucun Peage ou Impositions pour leurs denrées de leurs prouisions.*

Literæ regiæ exemptionis *des 5. sols pour muy de vin* Nonobstante Edicti clausula generali, *exempts & non exempts*. Die 17. Apr. 1562. Verificatæ in Curia Iuuaminum die 2. Dec. 1564.

Aresta Curiæ Iuuaminum die 27 Ianu. 1570. die 13. April. 1578. & 29 Aug. 1594. *contre les Fermiers des 5. solz pour muy de vin entrãt à Paris.*

Caroli 9. Literæ, die 27. Aug. 1561 & Henrici 3 die 8. Maii 1575. Lectæ in Parlamento die 20. Iun. Et in Curia *des Aydes*, die 1. Iul. eodem An.

Parlamenti Aresta, die 12. Decemb. & 12. Ianuar. An. 1559. 25 Octobr. & 10. Dec. 1586. *contre les Fermiers de l'impositiõ de la busche.*

Cordeliers estrãgers.

Codex Henrici 3. De Ordination. Regiis Francic.

S. Ludouici Literæ exemptionis Vectigalium, pro Fratr. Iacobinis.

pro Franciscanis: & Talæus, pro Christophoro Aubrio redemptore Vectigalis noui perorassent. Huic etiam Curiæ Decreto consentanea tulêre Iudices ipsi, sexto Kalend. Februar. An. 1570. Tertio Idus Apriles 1578. & 4. kalend. Septemb. 1594. ex liberali causa multiplici, aduersus Yluardum Capellum, Claud. Louuetum, & Renat. Besnardum, vicissim Mancipes publicorum. Præterea Karolus ille, perpetuo Edicto liberos immunésque portorijs omnibus sanxit, ac Fisci tributis *Minoritas* Galliarum, Quinto Kalend. Septemb. An. 1561. Cui Edicto priuilegiario affine promulgauit Erricus 3. postridie Nonas Maias An. 1575. Applaudente his vltrò Senatu Parisiorum. 12. Kal. Quintiles, & Curia Oblationali, kalendis Iunijs, seqq. Iuxta quæ, Franciscanis dictæ non semel pro libertate Vindiciæ S. Consultis pridie Iduum Decemb. & tertio Idus Ianuar. Ann. 1559. contra Nicolaum *Buhot*, publicanum. Item octauo kalend. Nouemb. ac 13. Kalend. Ianuar. Ann. 1586. in Bertrandum Boisseum & Leonardum *de Berchambois*, colonos Fisci. Quinimo Ianus 2. Francorum Rex, in summis Ærarij angustijs, fremente Anglico bello, vacuos salutósque abire iussit militari Tributo Fratres Minores, sacrásque alias Mendicantium Sectas, Nouembr. Mens. Ann. 1355. Quantùm ex Froissarte Historico assequimur, Cap. 155. Lib. 1. Obiter tamen aduerte, prudenter Lege cautum Francisci 1. Iunio Mens. Ann. 1536 ne in Lutetianum Seraphicæ Familiæ Collegium admitterentur peregrini vltra præfinitum numerum, tempúsque liberalium studiorum: ex Hispanijs nempe, & Lusitania, seni tantùm: Itali, totidem: ex alienis Regnis, exterísque Prouincijs, numero pari. Ita, vt aduenæ Franciscani, haud plures octodecim, nec sexennio ampliús, in Religiosam illam Scholam assumerentur. Sicuti Henriciano Codice manifestum fit, Tit. 8. Lib. 6. DOMINICANI porro cœnobitæ, à D. Ludouico donati sunt integra solidáque munerum vacatione patrimonialium, Decemb. Mens. An. 1269. Codicillari hac sententia. *Vniuersis, &c. Nos Fratribus Prædicatoribus, Diuini amoris intuitu, concessimus, vt ipsi de omnibus suis rebus in eorum vsus proprios conuertendis, in omnibus Pedagijs nostris proprijs per totam Terram nostram, tam in terra quàm in aqua, quitti sint, liberi, & immunes in perpetuum ab omni pedagio, theloneo, passagio, pontagio, rotagio, & ab alia costuma quacunque, &c.* Inde Regio freti beneficio Prædicatores Fratres, vnà cum Minoribus, intercessêre pignerationi rerum suarum ad Annonam pertinentium, libertatémque iudicio euicerunt Prætoris Lutetiani, aduersus Thomam Labæum, vectigalium redemptorem Parisiensem: Qui vinum ab illis suo vsu coemptum, iniecta Fiscali manu, prehenderat ob portorium minimè pensum. Tertio Idus Decemb. Ann. 1508. Insuper Karolus 5. Rex Lutetianis B. Dominici sectatoribus benignè erogauit propinqua Fano suo ædificia, ad ægros & valetudinarios eiusce Conuentus, hospitesuè Fratres ibidem excipiendos, ac curandos. Diplomate Nouemb. Mens. Ann. 1365 quod in Dominicani Cœnobij Archijs conditum est. Nec verò subticenda, quam in omnes sacrorum Mendicorum Familias piè contulerunt prisci Reges, Annona salaria ex publicis horreis, Fiscali exempta vectigali. Testibus rei locupletissimis, Francisci 1. Literis, antiquiores nouantibus, postridie Kal. Februar. An. 1516. Quas Præfecti vectigalium publicarunt, Quarto Kalend. Martias posteriores.

Sententia Castelleti Parisien. *de Main leuée du vin saisy pour les peages.* Die 11. Decemb. An. 1508.

Patentes die 22. Februar. An. 1516. *d'Octroy à tous les Ordres des Mendians, qu'ils puissent prendre Sel aux Greniers du Roy par chacun an pour leur prouision sans payer gabelle.* Verificatæ *par les Generaux des Finances* die 26. Februar. eodem An.

Arrest du Parlement de Roüen, du 28. Ianuier 1549. entre les Religieux, Prieur, & Conuent de nostre Dame des Carmes de Roüen, & le Cardinal d'Amboise Archeuesque de Roüen, sur le reiglement du faict des predications.

Autre Arrest de ladite Cour de Roüen, du 20. Decembre 1577. entre les Religieux, Gardien, & Conuent des Cordeliers de Verneuil, & Claude de Sainctes, Euesque d'Eureux, contenant pareil reiglement donné ausdits Religieux contre ledit Euesque, & ses Vicaires, sur le faict de la permission & preference desdits Religieux Mendians, pour prescher & annoncer la parole de Dieu durant les Stations ordinaires de l'Aduent, & Caresme, & autre temps conuenable.

Autres Arrests donnez en consequence des deux cy dessus, le 17. Septembre, & 21. Decembre 1584. 12. Feurier, & 1. Iuillet 1585.

Autre Arreſt dudit Parlement de Roüen, ouy le Procureur general, & veu ledit Arreſt donné le 2. de Mars 1601. par lequel eſt ordonné que les Religieux de S. François de la ville de Ponteau de mer demandeurs en execution des Arreſts des 7. & 27. Nouemb. 11. Decemb. & 23. Ianu. l'an 1600. & 1601. & autres Religieux mendians dudit Ponteau de-mer, seront tenus ſuyuant l'ancienne Couſtume, & ſelon que raiſonnablement ſe doit faire, eux retirer pardeuers l'Eueſque de Lizieux, ou ſes Vicaires, pour requerir ladite permiſſion de preſcher durant le temps & Stations ordinaires de Careſme, l'Aduent, & le temps conuenable ès Villes, Bourgades, & Villages accouſtumez de faire predication au dioceſe de Lizieux: & en ce faiſant, ladite Cour enioinct audit Eueſque de Lizieux, ou ſeſdits Vicaires, bailler ladite permiſſion & place auſdits Religieux mendians, qui seront nommez par leurs Gardiens ou Prieurs pour preſcher durant leſdites Stations ordinaires, & preferer leſdits Religieux mendians à tous les autres, ſuyuant l'ordre anciennement obſerué, &c.

17. MINIMORVM item Ordini, Franciſco Paulo, Duce & Anteſignano, conceſſit Rex Carolus 8. Vectigalium Immunitatem ampliſſimam. Reſcripto 3. Nonas Februar. An. 1497. quod à poſteris ſenſim Principibus iteratum oſtendimus Tit. præcedenti, Art. 37. Iuſtiſſimè ædepol, quùm Francica Lege Caroli Mag. portio obnoxiæ non ſint res Sacerdotum, quas domum vſu ſuo deducant. Quantò minùs ſacris Mendicis benignè donata? quando nec pijs Legatis detrahi quicquam fas ſit obtentu Canonicæ portionis, vel Epiſcopo quidem, aut parocho debitæ. l. ſi quis ad declinandam Cod. De Epiſc. & cleric. Cum Baldo inibi, Gloz. in Cap. 2. De ſepult. Atque vt Fiſcus ab omnium vectigalium præſtatione immunis eſt leg. locatio §. De publican. Ita ſacræ Eccleſiæ, quæ Fiſci priuilegijs vtuntur. Bartol. in l. A D. Pio § ſed ſi emptor. ꝟ. De re iudic. Ex Accurſiano glozemate Leg. ſi procurator. §. penult. D. de iur. Fiſ. Panorm. ad Cap. 2. De precar. Et Tiraquell. Piarum cauſarum Priuilegio 143. Quocirca ſupremi Vectigalium Iudices, pro monaſtica ipſorum immunitate pronuntiarunt, ex Vino ſacris Mendicantibus liberaliter erogato: Sed qui tamen * Iſagogicum Fiſco pendere damnati ſunt pro Vini in vrbem introitu, quod ex proprijs eorum viribus redactum, collectúmque proponebatur. Decreto apud Turonas, prolato, Menſ. Iunio Ann. 1593. quod regius in ea Curia patronus Lebretus recenſuit, Collectaneo Lib. Decretorum eiuſdem. Monaſtica certè illa munerum vacatio patrimonialium, eò probabilior eſt fauoréque dignior, quò longius Cœnobitæ, à gregario Tributarióque Mortalium genere, ſeiuncti ſunt ac diſparati. Nam vt luſtrico Baptiſmate tinctis, ſic cœnobiticam profeſſis Religionem, ceu nouis hominibus, noua induntur nomina, Italis præſertim, ac Belgis: Francicis etiam *Fulienſibus*, & *Capuccenis*. Parem enim à DEO peccatorum veniam gratiámque referunt qui illam amplectuntur Religionem, ac qui Chriſtiano primùm fonte abluuntur. Nec mirum, quando ſuarum quiſque fortunarum largitione pia, ſordes eluat vitiorum: multò magis, ſi ſemetipſum totum Numini dedat, addicat. Quemadmodum B. Hieronymus ſcripſit ad Paulam de obitu Bleſillæ. Idem ſonant ab eo notata, de ſecundo iſto poſt Baptiſmum gradu. Epiſtol. ad Demetriadem, de ſeruanda Virginitate. Iuxta quæ, D. Bernardus, Monaſticam profeſſionem, ſecundum Baptiſmum nuncupauit: quùm vtrobique, DIABOLO ET SECVLO, POMPIS OPIBVSQVE EIVS RENVNCIETVR. In Tract. De præcepto ac diſpenſatione. Tum in Serm. De duplici Baptiſmo. Quin & *Regulares* inter ipſos Chriſtiani Orbis Conuentus, nonnulli ab alijs diſcernuntur, inuicémque diſtinguntur, ex Tridentinæ Synodi præſcripto, Seſſione vlt. Cap. 8. De Regularib. Quæ enim cunque Cœnobia Epiſcopis non ſubſint, publicisuè Ordinis Comitijs, nec ſacros Viſitatores agnorint, ſed cenſorem vnum, Apoſtolici Solij Antiſtitem, ea tenentur quolibet triennio ſeſe piam in Societatem, ſeu Congregationes redigere, iuxta Laterani Concilij formulam, Innocentio 3 præſide, habiti Ann. 1215. indéque deſumptæ Sanctionis, In ſingulis De ſtat. monach. Nimirum vti Cœnobitæ, trienni illo in Congreſſu ſolenni, deligant ſuæ Sectæ probatiſſimos, qui de modo, & ordine. de præd. *Congregationibus* erigendis. ac monaſticis Conſtitutionibus in illa exequendis maturè decernant. Cùm autē, Gallici Sacerdotij rogatu, Chriſtianiſſimus

Die 3. Febr. 1497.

Franc. Leg. lib. 1. Cap. 45.

* *droict d'Entrée.*

Areſtum Curiæ Inuamioum, in conſequentiam Edicti generalis, & priuilegiorum, omnium derogatorii, A quo tamen Reges exceperant antea Ordines Mendicantes, Literis ſupra relatis Art. 16.

Monaſtica profeſſione, nominis mutatio, in Flandria, Hiſpania, Italia, noua India, & Eccleſia Orientali. Vt Baſilico Philactirio traditum eſt Fr. Stephani Cyprii, Iuſtiniani Cap. 16. Mutato tamen nomine retinetur familiæ & agnationis cognomen, vt olim ius ſuccedendi. l. Deo nobis C. De Epiſc. & cler.

Hieron. Operum Tomo 1. 1.

Benedictinorum exemptorum, à Rom. Sede immediatè dependentium, ſub Capitulis generalibus, Congregatio, & Reformatio publicè adprobata.

Tit. De leg. Diœces.

Bullæ Apostolicæ, Congregationis Benedictinæ Statuta emologantes, die 2. Febr. 1588. & 8. Dec. 1590.

Commendatarij Abbates, & Priores.

Rex Synodicam hanc Legem in sua Edicta transcribi iussisset, sacra Benedictinorum exemptorum Societas condidit *Regularis* disciplinæ *Statuta*, in Franciscis Turonum, Senonum, Biturigúmque Prouincijs: Quæ memorauimus, Ecclesiast. Polit. Lib. 2. Talem vtique Congregationem, Legésque ipsius censorias sanxêre postmodùm Xystus 5. P. octauo Kalend. Mart. An. 1588. & Gregorius 14. Sexto Idus Decemb. An. 1590. Quibus Legibus imprimis cautum fuit, fiduciarios Cœnobiorum Præfectos cucullatis ipsorum Alumnis Mensam disparatam assignare debere, iustis instructam patrimonijs, omnique onere liberis: ex quibus, necessaria vniuersa Monasticæ Familiæ suggererentur: Cœnobia verò interim, subditásque ijs *Prioratuum* Cellas, ad priscum seuerioris Normæ cultum reuocari censoria cura sacrorum Visitatorum, & Suppræfectorum Monasterij cuiúsque, dum *secularis* Fiducia *regularium* Sacerdotiorum maneret. Quemadmodum ij præmonentur œcumenicis Tridentinorum Patrum decretis, Sessione 25. Cap. 20. de Reformat. regular. Nuper autem in Benedictini illius Sodalitij leges, cum alijs, coière Monachi Ædis Gildasij, Riuensis, in Venetica Britonum diœcesi: Cœnobitæ S. Saluatoris de Carunsio, apud Pictonas: B. Ioannis Angeliaci, Santonum: D. Seueri, in capite Vasconiæ: Monasterij de Sorde, in Aquensi Episcopatu: Blanimontis, apud Vasates: B. Mariæ *de Caignotes*, in sacro Adurensi Territorio: D. Martini Athanatensis, apud Lugdunum: S. Andrææ, Viennensis: B. Mariæ, & S. Marcellini *de la Chaume*. Quibus anteriora, Benedictinæ Congregationis Cœnobia percensuimus alio loco.

Abbatia *le Charroux, en Poictou*.

S. Seueri Abbatia, Adurensis diœcesis.

Monasterium *d'Aisnay, à Lyon*.

Cœnobium *de la Chaume*, à Rothono, Britanniæ Abbatia dependens.

Lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 7. Art. 13.

L'Abbaye de nostre Dame de Soissons, de Religieuses de l'Ordre de S. Benoist, fondee par Drosius Euesque de Soissons, cum omni exemptione ab Episcopali potestate, *& grandement dotée & augmentée de biens par Charlemagne, se veut maintenant reduire en la congregation Benedictine de Frontenaut exempte, pour n'estre plus suiecte à la visitation dudit Euesque de Soissons, & à ceste fin a procés contre luy au grand Conseil par requeste ciuile, contre vn Arrest du Parlement de Rennes par luy obtenu touchant ledit droict de visitation Episcopale.*

Arrest du Parlement de Bretagne pour le Prouincial de l'Ordre de S. Benoist exempt, contre l'Euesque de Vennes, du 15. de Ianuier 1602. sur appel comme d'abus de frere Iean Regnauld Religieux en l'Abbaye de Redon, Prieur de S. Nicolas, & Vicaire du General de l'Ordre de S. Benoist, en la Prouince de Bretagne, appellant comme d'abus d'vne Sentence de l'Euesque de Vennes, du 10. Ianuier 1601. Et ledit Euesque Iacques Martin intimé. Par laquelle Sentence on faict defenses de faire la visitation & reformation. Martin dit, que les Euesques sont fondez en droict de visiter les Monasteres de leurs Dioceses. C'estoit sur la visitation du Monastere de S. Gildas de Ruyz, qui conclud auec l'Abbe Melame qu'ils demeureront seulement suiects à la visitation de leur Euesque. Toublanc pour le Procureur general du Roy, se ioinct auec l'appellant comme d'abus. La Cour dit, qu'il a esté mal & abusiuement iugé, ordonné, & procedé, executé par le grand Vicaire de l'Euesque de Vennes, sans preiudice des droicts de l'Euesque, auquel est enioinct faire les visitations requises suiuant les saints Decrets & Ordonnances Royaux.

A la visitation & reformation des Religieux de Chezau-benoist, mesmes des Religieux de S. Germain des Prez, sont suiectes plusieurs Abbayes de femmes, de l'Ordre de sainct Benoist; asçauoir, les Religieuses, Abbesse, & Conuent de S. Remy de Senlis, par Arrest de la Cour, du 20. Iuillet l'an 1609. sur leur appel comme d'abus de la visitation entreprise par Guillaume Roze Euesque de Senlis. Par lequel Arrest apres que Bouchel pour lesdites Religieuses appellantes, & Chauuelin pour ledit Euesque, furent ouys au parquet des gens du Roy. & par leur aduis, les parties pour le regard de l'appel comme d'abus, sont mises hors de cour & de procés, Ordonné que lesdites Religieuses seront visitées & reformées par le Prieur de l'Abbaye de S. Germain des Prez. A laquelle Congregation de Chezaubenoist sont aussi immediatement suiectes, visitées, & reformées les Abbayes feminines de S. Laurens à Bourges, de nostre Dame de Neuers, & de Tisseure aux faux-bourgs de Moulins.

De Regno Italiæ, lib. 3. Sigonii.

S. Saluatoris Abbatia muliebris.

18. CHRISTIANI Monarchæ non tantùm condita Monasteria priuilegijs cumularunt suprascriptis, verùm & insigniora alia condidere ipsi, alia, prædiorum dote splendida munierunt. Nam, vt ab externis Regnis & imperijs auspicemur, Longobardiæ Rex Desiderius, Cœnobium D. Benedicto exædificauit in Leno Brixiani agri Vico, opimísque ditauit latifundijs. Filiam verò Ansilbergam Diuino cultui virginem destinauit, Monasteriúmque ei ad vrbem Brixiæ structum, dedicauit SERVATORI CHRISTO, & B. Iuliæ martyri: luculentis inde Ditionibus ab se exornato Magistram filiam præposuit, aggregatis in vitæ communionem puellis cœnobitis. An. 761. Quod publicum quidem Opus comprobauit Paulus, Summus

Christianæ Ecclesiæ Præses, Septimo Calend. Nouemb. posteri anni. Talia multa, apud Italos, Regiæ Cæsareæque pietatis monumenta peruestigauit sparsim C. Sigonius, ac perlustratis sacrarum Ædium Tabulariis, spectanda exhibuit, vnà cum Principalibus de eo Rescriptis. Volumine edito, de Italiæ Regno, tricenum abhinc annum. Ibidem Venetorum Dux Petrus fertur, à Ludouico 2. Imp. & Rege Italiæ priuilegium elicuisse de possessionibus Cleri, An. 856. Idem Augustus Ernido Mutinensi Episcopo indulsit, *vt in Monasteria, Xenodochia, Ecclesias baptismales, & reliquas possessiones, quæ ad Episcopum pertinerent, nemo Iudex publicus ad causas audiendas, freda exigenda, mansiones aut paratas faciendas, Fideiussores accipiendos, homines Episcopatus distringendos, inire, aut aliquid exigere auderet, &c.* Decimo tertio Kalend. Octob. An. 861. Sic ab Hugone & Lothario Italiæ regibus impetrauit *Abba* Cassinas priuilegium de tuta bonorum possessione: vti à Marino patriarcha Gradensi, disciplinam Monasterij, & Basilicam D. Pauli suburbanam. An. 943. In Germania itidem, Monasticæ Casæ occurrunt, Cæsaræis loculis structæ ac dotatæ complures. Nam Rudolphus Imp. Tulnense Cœnobium excitauit, Fratrum gratia & Sororum B. Dominici. Ann. 1278. Quò propitium Numen, ipsorum precibus, experiretur fausta fœlicique dimicatione cum Othacaro rebelli Bohemiæ rege. Quemadmodùm Bruschius literis prodidit, in Tract. Germanic. Episcopat. Qui nec pauca id genus, condita ab Augustis, Monasteria commemorat. Imo & Germanici priuatim Cœnobiorum quorumdam Annales deprædicant Cæsareas ipsorum dotes, rerúmque amplificationem ab egregia Principum Germaniæ liberalitate. Quo in Albo, Monastica hæc singula extant Chronica, Laurishamense, in Palatino Rhenensi comitatu, Citizense, Eluuagense, Hirsaugiense, Spanheimense. Quorum nonnulla, istodùm Anno sancto, Francofurti ad Mœnum, in vulgus exière. Rursus apud Bohemos, Vladislaus rex Monasterium nomine Cladronam, à Suatopluco inchoatum absoluit, Pagis quibusdam additis, & prædiis. Antea necnon Bohemiæ Dux Boleslaus, vicena Cœlitibus Fana astruxerat, eiusque soror Milada Cœnobiticas Cellas D. Georgij titulo ædificarat in Pragensi Arce, vbi & sacerdos ipsa consecrata erat. Auctore Ænea Syluio, in Bohemica Hist. qui Iuditham pariter, Spitignei Ducis matrem, refert Lucense cœnobium condidisse, perquàm opulentum. Ianus, adhæc, Bohemorum rex, Carthusianos Pragam adduxit Regni metropolim, quorumque asperam vitam admirabatur corpora sua castigantium, ijs nouum grandi ære Templum adornauit, cumulatéque dotatum præbuit. Ex Bohemicis Annal. Iohan. Dubrauij Omolucensis Episcopi, Lib. 21. Premyslaus verò Rex, duo Pragæ Monasteria fundauit, alterum. D. Clementis nomine, alterum B. Francisci: & in vtrumque Sodales transtulit ex recente tùm Francisci, ac Dominici seminario. Lib. 15. Othacarus insuper Bohemiæ Princeps, de Bela Hunnorum Rege parto triumpho, erexit ex hostilibus manubijs Cœnobium relatū ac splendidum: quod regiæ Coronæ titulo insigniuit, sub An. 1270. Deinceps Carolus 4. Cæs. qui Bohemis Rex dominabatur, Canonicos *regulares* Pragam acciuit, Carmelitanos Fratres, Ambrosianos, Augustinianos, per singula Contubernia distributos. Legit item contubernales Illyricos, qui Religionis suæ institutorem D. Hieronymum ciebant. Hunc quippe Hieronymum peculiari eo nomine veneratus est Karolus, quòd in Dalmatia, Illyrici regione, natus fuisset, ex qua Bohæmi originem traxerant. Porro Sarmatiæ Rex Miecislaus, qui populo iura dabat An. 1200. condidit ac locupletauit Vangrouecense & Landense Monasteria: in quibus, Germanos, ex Agrippinensi Vbiorum Municipio deductos, collocauit. Idem, sumptuosè extructum* Ptochotropium, recipiendis & sustentandis egenis, ditauit rusticis compluribus Vicis, eiúsque curam *Hospitalarijs* mandauit Fratribus religiosæ Solymorum Militiæ. Apud hos quoque Sarmatas Erricus Barbatus, Vratislauiensium Dux promouit suo impendio Trebnicienfis Cœnobij structuram, quod mox Cisterciensis Sectæ puellis attribuit. Circa annum 1225.

Die 26. Octob. An. 762.

Libro 5.

Episc. *de Modene.*

Die 19 Sept. 861.

Cassinum, D. Benedicti antiqua sedes.

Lib. 6. De regno Italiæ.

Rodulphus Habspurgi Comes, ex quo, Austriacæ stirpis Cæsares tot propagati.

Laurishamensis Monasteri, prope Hildebergam Chronico inseruntur Literæ Imperialiū donationum Caroli Mag. & Ludou Pij, in Laurissam Benedictin Cœnobium: quod in Præmonstratense dehinc conuersum est.

Hirsaugiensis, & Spanheimensis Chronicōn auctor leg. Tritemius Abba Citizensis verò Chronici, Paul. Langius monachus Bauzauiensis.

Bohemiæ Monasteria regia.

Hist. Bohem. Dubrauij. Lib. 17.

Lib. 22. Bohemic. Annal.

B. Hieronymus, è Sclauonia.

Poloniæ Monasteria Germani, Colonienses.

* Hospitale Pauperum alendorum.

Hospitalarij Equites Ordinis S. Iohan. Hierosolymit.

Boleslaus, Polon. rex Monasterium Sechecouiense, & Liscense, construxit, sub An. 1010.

Hungaricæ Abbatiæ, apud Bomfinium in Annal. Hungar.

Chromero scriptore, Polonic. Annal. Lib. 7. Cæterùm inter Pannones, Stephanus 1. rex, Cœnobium apud Budam veterem statuit Petro & Paulo CHRISTI Legatis. Vt est apud Michaël. Ritium, De Regib. Hungariæ Lib. 2. In Daniam vtique Monachos primus inuexit kanutus Danorum rex, & è Fisco suo multis locis Clericorum conuictu instituto, Cellularum frequentiam nouis auxit Conuentibus, Sacrorúmque venerationem, quam maximam semper exhibuerat, annuis stipendiis amplificauit ex Regio Censu. Sicuti Danicæ Hist. lib, 10. traditum est. Scotis autem Malcolmus rex dum fermilingense extruxit cœnobium, Benedictini Ordinis, & almæ Triadi sacrandum curauit: eo animi instituto, vt commune hoc Regum Mausoleum haberetur. Alexander præterea Scotorum rex Monasticam Sconæ Mandram excitauit: aliam quoque in Euonia Insula, sumptu ingenti apparatam D. Columbæ dicauit. Annum circiter 1110. Exin Dauid rex Casas decem monasticas condidit, duoque Monialium Cœnobia, vnum Carleoli, & Beruici alterum: duo item in Nouocastro Præmonstratense vnum, alterum Benedictinum. Quibus haud temerè Vilhelmus adiungitur Scotiæ regis filius, & Achaij regis frater, qui, post strenuè præstitam Carolo Mag. operam militarem, senex CHRISTO se suaque addixit omnia: & amplissimas Benedictinæ Familiæ Domos exædificauit, haud in vltima quidem illa Orcadum Insula sua, verùm in mediis Germaniæ ac Italiæ oris. Vti denarrat Hector Boethius, in Scotiæ Annal. Et Ioh. Leslæus, Rerum Scoticar. Lib. 4. In Hispaniis similiter, Castulonensium rex Sanctius 3. auctor perhibetur sacri Ordinis Militum *de Calatraua*, Ann. 1176. in Toletanis finibus, vbi Templariorum Cœnobium extiterat. Ac Iacobus dehinc Balearium Rex Monasticam Sectam prouexit D. Mariæ *de mercede*, B. Dominici legibus obnoxiam Sub annum 1260. Postmodum Alphonsus xj. Hispaniæ rex in lucem protulit Equestres Religiosorum militum Conuentus, titulo *de la Banda*. Circa Annum 1325. Si Taraffæ Historico credimus, Barchinonensi canonico, De reb. Hispanic. In Allobrogibus pariter, Agaunense Monasterium ad radices montis D. Bernardi, condidit B. Sigismundus Burgundiæ rex, Gundebaldi filius sæui Burgundionum Regis, circa An. 600. Id quod Sabaudiæ Chronicis planum fit, Cap. 157.

Dannemarc.

Saxo Grammaticus, in Hist. Danorum.

Dumfermil, Scotiæ oppidum, Vbi & Monasterium Benedictinum, Regúmq; Sepulchretum.

Fundator hic Gulielmus statuit, ne alij extra Scotos, in sua hæc Monasteria admitterentur.

Hispanici Ordines Religiosi.

Apud eundem Taraffam, Iacobi Siciliæ regis vidua Elisenda legitur, Virginum Monasterium de Petris albis Ordinis S. Claræ, struxisse iuxta Barchinonam, ac dotasse. Sub Annum 1330.

19 E PATRIA verò Galliæ Monarchia ne euagemur longiùs præsto est Regiæ fundationis Diploma Mollispeci Biturigum Cœnobij peruetusti: quod à Dagoberto 1. rege excitatum, testantur infrà descripta. *Ego Dagobertus, filius Clotharij regis, filij Chilperici, filij Clotharij, filij Childeberti, à Clodouæo, primo nostrorum Fide* CHRISTI *imbuto quintus vitam sanguinis trahens, fidei Christi ac indiuiduæ Trinitatis verus cultor, nutui cuius nec Astra resistunt, vel quicquid Cœlo subiacet famulatur, cœlestis Patriæ cohabitationem potiorem ducens, sacra loca pignoribus Sanctorum ædificata, à* DEO *nutu concessis rebus augmentare, & etiam in quibus non fuerit locis* CHRISTI *memoria, impiger fundata extruere cupio. Est etenim locus non longè à confinibus Pictauiensis seu Turonen. Pagi, vberrimus pascuis pecorum, ac innumeris irriguus decursibus aquarum, & amœnus venationi ferarum, quo, fuit mihi animus ibi sæpius commorari: Quinetiam ob frequentiam Regum delectandi gratia, Longoretus à Commonentibus vocatur, quem mihi placet dare Sigirammo mihi genere propinquo, qui ab Archidiaconatu Turonensium se fœliciori vita frui desiderans, remouens, sub Monachali norma, cum iam sibi iunctis Fratribus vitam transigere mihi profitetur. Itaque ego Dagobertus Francorum rex, tranquilla pace, Diuina præordinante clementia quietus, cum Clodoueo filio meo quàm pluribus præsentibus, ex meis Magnatibus, hunc supradictum locum in decursu Clasis consitum, ac sanctæ* DEI *genitricis & semper virginis Mariæ honore præuotato, cum omni Curia, & cum honoribus ipsi Curiæ pertinentibus, Ecclesias, cum decimis videlicet & earum exequiis; ac omni Ecclesiastica iurisdictione, & etiam quicquid vel incultum vel cultum terræ, seu viarum publicarum vectigalibus, ac syluarum pascuariis, necnon capitecensis, & omnibus hominibus ad ipsam Curiam pertinentibus, omnia nempe quæ esse videntur à decursu Audriæ vsque ad transcursum Crosæ, circa fines Bituricen. ac Pictauien. confinij, quæ omnia meæ Ditioni ac propriæ potestati Dominica consistunt, dono & concedo, ac perpetuò tenore habenda confirmo regali*

Agaunum seu D. Mauricij, *en Chablais*, Abbatia, in qua, fundator Sigismundus sepultus est.

Abbatiæ *de Meobec en Berry*, fundatio regia.

Dagobertus iste regnare cœpit An. 632. & desijt An. 645. mortuus Regni An. 14.

Dagoberti huius regis filia, Irmina fuit, prima Abbatissa, in Horreo, puellarum. Monasterio apud Treuerim, quod eius pater Monialibus struxerat.

Iusti Lipsij Diua Virgo Hallensis, Beneficia eius & miracula bona fide & ordine descripta, Ann. 1604

Audria *Yndre, fleuue passant à Chasteau roux en Berry.*

Crœse, riuiere passant à Argenton.

potentia & dignitate, Sigiramo Sigealici filio Comitis ac Turonorum Episcopi, quatenus qui secularibus pompis Bituricensis Comitis filius abrenunciat, castitate custode virtutum, DEO *placere gestiens, inibi ex meis propriis rebus ac facultatibus cœnobiale Monasterium, vt animo concipit, construere ei liceat, & cum consortio Fratrum sub regulari Monachorum Ordine, se* DEO *vouere, protectione* DEI *genitricis, quæ potior est nostra deuotio obsequio mysteriorum* DEI, *pro sua & nostrorum salute, inuigilare libeat. Hunc ergo locum, mihi primordio constructionis præcipuum, parte salutiferi Ligni, quo* CHRISTVS *passus est, ac parte vestimenti* DEI *genitricis auro reconditum, seu Iohannis Baptistæ parte menti, & aliorum Sanctorum reliquijs, quas à Religiosis viris habemus, cum exorabili obsequio honestissimorum virorum, Clericorum videlicet & Monachorum laudes* DEO *decantantium, sacro munimine adornamus: quatenus fidelis populus huc orandi deuotus adueniens sciat, suffragia quorum,* DEO *propitiante, implorare debeat. Clodoueo etenim filio meo, quem in tranquillitate pacis & quietudinis Regno totius Franciæ mihi superstitem statuo, commendo, moneo & præcipio, vt si crescente numero Monachorum in hoc loco consistentium, præter hæc quæ damus aliquid ex nostris rebus seu facultatibus superaddere opus fuerit, paternali amore mei,* DEO *sibi remunerante, impendere non recuset, &c. Ob firmitatem igitur perpetui tenoris huius nostri Doni, locum quem sibi Sigiramus iam dicit prouidisse fore aptum ad construendam Basilicam in honore S. Petri, quem etiam Mollepecum, cum omnibus Ecclesijs iam constructis seu construendis, denotari præcipimus, & cum omnibus tam decimis quàm pedagijs, atque pascuarijs, & vectigalibus, ac cunctis exitiis terrarum & syluarum, quicquid videlicet culti vel inculti esse videtur infra metas supradictorum finium ei Monasterio assignamus: quatenùs superuenientes Reges, se defensores, & auctores esse debere recognoscant huius Regalis Cœnobij ab omni insectatione persecutorum, si aliquid quispiam quasi ex nostro dono vel fredo, vel aliquo fraudulenti ingenio præripere præsumpserit, &c.* Christianæ salutis An. 641. Idem verò ipse Dagobertus Galliarum rex, à Iohan. Tritthemio prædicatur, Dologiensis Monasterij conditor, & sacri Parthenonis, Horrei dicti, in Archiepiscopatu Treuirorum: Sicuti in Austrasia, Sigebertus rex, Stabulensis Cœnobij, aliorúmque vndecim, sub Legibus Benedictinis. Quales Regias Gallicorum Cœnobiorum fundationes, longa serie intexuimus nostro Operi Εκκλησιάσεως τῆς Πολιτείας.

Insulæ Barbaræ, apud Lugdunum Abbatiã fundauit, saltem restaurauit omnino ruinosam & destructam Karolus Magn. Franciæ rex in honorem S. Martini Vnde Monasterium Regale dictum. Historiæ Lugdunen. Lib. 2. Cap. 106.

S. Michaelis de Mõte, Cœnobium condidit Ricardus, Rothomagi Neustriæ Princeps: Et Monasterium S. Michaelis ad Eremũ, restaurauit Vilhelmus Caput stupeum dictus, Aquitaniæ Dux & Pictauorum Comes. Ex Fragmento Aquitan. Histor. nuper publicato.

Meobec.

Lib 1. Compendij Annal. De Origine Regum Francor.

Sacræ Polit. Lib. 1. Tit 4. Lib. 2. & 3. passim.

20 PRINCIPALIS vtique vel muneris sunt fundata Cœnobia, vel auctoritatis, alienæ priuatorum fundationi adhibitæ. Nam præter ea, quæ patroni Regis purè beneficiaria citauimus in ORATIONE nostra forensi pro CLERO GALLIARVM edita, & *in Politico Ecclesiæ Volumine*, tradit Odoramnus in Chronico Senonensi, Francorum regem Chilpericum, Apostolis Delubrum struxisse Cœnobiticum apud Senonas: quùm Hormisda Christiano Solio præsideret, Rhemensi Cathedræ D. Remigius, ac B. Heraclius Senonensi. Eundem Regem, qui An. 580. rerum potiebatur, censeo restituisse Monasticam D. Luciani Mandram in suburbiis Bellouacorum: quæ hostili Barbarorũ insultu vastata ac diruta, fœdè iacebat, ingenti Christianorum probro. Nam sacros. Ædis Scrinia vetus hoc promunt Diploma regium, cui sua ipsius Ædis restitutio ac instauratio accepta fertur ab eius alumnis *Chilpericus Rex Franc. vir illustris &c. Notum sit præsentibus & futuris, quòd olim paganis irruentibus in Francor. terras, Ecclesiæ destructæ, & Monasteria quàm plurima depopulata atque vastata sunt: ad quæ reædificanda, cùm noster animus, si facultas adsit, promptus omnino fuerit, domnus Dodo Beluacensis venerabilis Episcopus, atque charissimus noster Ebrulphus Abbas, cum alis Fidelibus nostri Regni, adierunt serenitatem nostram obsecrantes, vt quandam Ecclesiam, quæ ab antiquis in honorem B. Petri Apostolorum principis & S. Luciani martyris prope muros Beluacæ vrbis fuerat constructa, sed postea quadam paganorum irruptione vastata atque destructa, pro salute nostra & totius Regni nostri conseruatione, nostra munificentia & largitate reædificare iuberemus, & eam nostra ditione nos & nostri successores in perpetuum tueremur &c. Igitur quia petitio iusta & vtilis extitit, nos & nostram auctoritatem præstantes, per hanc Decreti nostri paginam decernimus atque roboramus, vt Ecclesia in honorem B. Petri Apostolorum principis, & S. Luciani martyris, vbi ipse Sanctus in corpore quiescit,*

Auctoris Oratio in Senatu habita An 1580 pro Clero Franciæ, & paulò post Formis impressa.

Odoramni, monachi in Monasterio S. Petri viui Senonensis, Chronicon calamo exaratum; vsque ad An. 1122.

In Vrbe Senonensi ædificatum a Chilperico rege Monasterium S. Petri & Pauli, in Orientali parte Vrbis.

S. Luciani, primi Episcopi & martyris Bellouacorum, Abbatia. Is B. Petri Apostoli discipulus memoratur à Beda, Adone, & Petro Cluniacensi, Lib 1. Epist. 2.

S Vvandregisilius, Ausengisi quondam Maioris Domus Regni Francorum ex Vvalgiso fratrenepos, duo Cœnobia Benedictina struxit, Fiscanum & Fontanellam, in finibus Neustriæ. Sub Annum 980. ex Ioh. Tritthemio.

nostra munificentia reædificetur, & famulantibus omnipotentis Dei aptetur, atque cœnobitæ Deo famulantes ibi congregentur. Ita tamen, vt in perpetuum sub nostra, nostrorúmque successorum, Regum videlicet Francorum, protectione, ipse locus & Ecclesia consistat, nec eam aliquis alicui aliqua potestate seculari prædito tradat vel subdat &c. Anno Regni Chilperici 22. Actum Rothomagi in generali Conuentu 3. Nonas Maias.

Die 5. Maij.

Philip. Audax, S. Ludouici filius.

Abbatia S. Iohan. de Vineis *lez Soissons*, fundata à Domino *de Chasteau-Thierry pour penitence de ses symonies.* Nam 6. Ecclesias parochiales, quibus malè vsus fuerat, Clericis secundùm B. Augustini regulam cedens, Vinea & alia circumquaque eis pro dote Cœnobii attribuit.

Gaufredus, Episcop. Parisiens. & Cancellarius Franciæ.

Abbatia *de nostre Dame de Turpenay, en la Forest de Chinon*: Cui Peloquinus dominus *de l'Isle Bouchart* dedit duas Insulas ad prata facienda. Eiusque posteri alia his adiecerunt.

Abbatia *de S. Meen & S. Iudicael en Bretagne.*

Vuolfandus Virdunensis Comes maior Palatij Franciæ & Austrasiæ, sub Childerico 2. fundauit Abbatiam S. Michaëlis An. 707. Ex Vuasburgio, Belgicar. Antiquitat Lib. 2.

Cuiusmodi Rescriptum Philippus 3. Rex comprobauit Mart. Mens. Ann. 1283. Ac complures equidem, Regiæ structuræ dotisque, Casas Monasticas profert Helgaudus, Floriacensis monachus, in Vita Roberti Galliæ regis. Non minus autem Regio beneficio accensemus Cœnobia, quæ à priuatis, auctore Principe, quam quæ Fiscali ære promoueantur, excitentur. Cum enim profana latifundia, Principis iniussu sacrari nequeant, vt toties demonstrauimus alibi, Monasterium B. Iohannis à Vineis Suessionum, condidit Hugo Castri Theodorici dynasta, regiis Philippi 1. auspiciis An. 1076. Rem testante in Aula, Manasse Rhemorum Antistite, & Gottofredo Parisiorum, Iuri-Præfecto Galliæ. Ita Monasticas Cellas B. Mariæ *de Turpiniaco*, apud Turonas, primi dotarunt Borellus, Peloquinus, Buchardus huiusce filius, & Bartholomæus nepos, vicissim Insulæ Domini. Ex solennibus tabulis Ann. 1208. & 1233. die Epiphaniæ festo: quibus tabulis auctoritatem suam Philippus 2. & Ludouicus 9. reges adhibuêre. Imo & Armoricum B. Menneni Cœnobium, quod Iudicael Britonum rex fundarat, Carolus Mag. constabilijt: tùm Ludouicus Pius Imp. Magni filius, Septimo Calend. Apriles An. 816. dein Robertus Galliæ rex, An. 12. initi Regni. Andegauum insuper B. Nicolai Monasterium, vt reliqua à Patriis Andium Comitibus structa, sui iuris munerisque fecit Augustus rex Philippus, qui illis in Andegauum Comitatum successit. Vti Lib. 3. Ecclesiast. Polit. à Nobis traditum est. Tit. 1. Art. 8. Hanc verò sacram Basilicam Vrbanus 2. Pontif. soluto Aruerniæ Conuentu Synodico, dedicauit ipsemet cœlestibus Diuis, ac multiplici priuilegio exornauit, media quadragesima Anni 1094. Si Orderico Vitali credimus, Anglo scriptori, in Historicis Commentariis sui Æui, manu exaratis stylo Romano. Belgica peræquè Cœnobia pluscula conditores suos cient Flandriæ Regulos, sed qui Francico diademati lege suberant clientelari. Iana cumprimis Flandriæ Comes Heroina, quæ Ferdinando, Lusitano nupserat, permulta exædificauit: Philippo 2. Gallica Sceptra obtinente. Id quod Hannonicis Annalibus Iohan. Cuysij, franciscani, perspicuum fit, ac Flandrica Meieri Historia.

Sabaudiæ Abbatia super Montem *de Bieugeois. Item l'Abbaye des Alpes au delà du Lac de Lausane, prés Geneue. Abbaye de Hautecombe, & le Priore du Bourget, au nom de S. Maurice. Abbaye de S. Michel prés d'Auillane, au Marquisat de Saluces.* De quibus vide Paradinum in Sabaud. Chronicis.

Haud eadem vtique in causa habentur Allobrogicæ Monachorum Cellæ, quas Sabaudi Principes optimo maximo iure excitarunt, quòd Vicario Romani Imperij titulo se venditarent. Scilicet Amedeus 2. Sebusianorum Comes extruxit dotauitque Monasterium Cisterciense in summo Biengei collis iugo. Circa annum 1140. Post hæc, Humbertus Comes, in Alpina Rupe ad lacum Lemanum fundauit Cisterciensis Sectæ monasticum Fanum An. 1193. & Altæcombeum: cum *Regulari* cœnobitarum Primatu minore, qui Bourgetus est dictus. Thomas dehinc Allobrogum Regulus, qui obiit An. 1230. piè erogauit cœnobiticæ Ædi Michaëlis, oppida S. Ambrosij, & Iauentis. Inde Amedeus 3. Sabaudus,* Xenodochium erexit apud Villamnouam oppidũ, excipiendis hospitibus, qui illàc, Romam, iter, sacræ peregrinationis ergô, instituerent. Quo in Xenodochio, idem Elephanticum deprecaturus morbum (in quem propendere videbatur) reliquum traduxit vitæ, ac decessit An. 1246. Lamberto Vandeburchio teste, in Sabaud. Princip. Historia. At quaqua versus Francicæ Monarchiæ fines patent, ita demùm ratæ firmæque sunt Monasticorum Operum structuræ ac dotes prædiariæ, si Regio nutu auctoritatéque fulciantur. Sicuti à Nobis expositum est vberiùs. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 37. 38.

* Hospitale.

Lepræ morbus.

Auctoris Lib. 1. De Legibus Andegauorum.

A Ville neufue lez Auignon, Carthusienses fundati, saltem *accreuz de Religieux, & terres par le Cardinal de Pampelune*. Sub Annum, 1240.

21 EXHINC apud Neapolim Auenionensis agri oppidum, Carthusia, licet condita sit prædiis saltem aucta à Petro Cardinali Pompeiopolitano, supremum tamen rei auctorem laudauit Karolum 5. Galliæ regem: Qui

L'Abbaye de S. Marie Magdeleine, de Chanoines reguliers de l'Ordre de S. Augustin, à Chasteau-dun, fondée par Charlemaigne, & grandement priuilegiée par les Bulles d'Innocent 2. de l'an 1132. d'Eugene 3. l'an 1152. & d'Alexandre 3. de l'an 1162. Et entre autres choses est ordonné par lesdictes Bulles que aduenant vacation par mort des seculiers de ladicte Eglise de la Magdeleine, elles seront reduittes à l'estat regulier, & n'en seront pourueuz autres que Religieux & Chanoines reguliers.

Montis regalis Abbatia, Cisterciens. Ordinis *fondée par S. Loys* An. 1330. in Episcopatu Beluacen. prope Pellimontem. Auct. Guliel. de Nangis, de gestis S. Ludouici.

Enguerrant sire de Coucy & Comte de Soissons fonda l'Abbaye de Premonstré en Soissonnois, & fit quelque augmentation au Conuent des Chartreux S. Pierre, vers Vreuin en Liesse.

Letire de Dreux de Mello seigneur de Mayenne & de sa femme en Iuin 1243. quòd nos & successores nostri de cætero teneamur in perpetuum nostros monachos & homines feodorum suorum garentizare & acquitare de omni exercitu tam domini Regis quàm nostri. *Et aussi les affranchit de tous peages, prenostez, coustumes & saulfides par toute sa terre & seigneurie.*

Fondation de l'Eglise Collegiale de S. Pierre de Maisieres sur Meuse l'an 1176. 16. Calend Octob. par Magnasses Comes Registetensis omnibus &c. Ego fundator Capellæ B. Petri apud Macerias sitæ, cum assensu vxoris meæ Mathildis & filij mei Hugonis, & Alberti, Henrici & Balduini fratrum meorum ipsam liberam in manu Archiepiscopi resignaui, vt in ea 13. Præbendæ canonicis secularibus constituantur &c.

Francicos summi Dominatus sui fundos Cœlitibus dicari permisit. Anno 1367. Luculentum etiam Morticinij diploma irrogauit Philippus 4. rex Nouiodunensi Veromanduorum Clero Luce Veneris sequente Festa Natalitia Virginis Deiparæ Ann. 1303. hac verborum nuncupatione. *Notum facimus quòd cum Abbates, & Priores, & aliæ personæ Ecclesiasticæ regulares & seculares exemptæ, Ciuitatis & Diœcesis Nouiomensis, nobis pro subuentione guerræ nostræ liberaliter concesserint pro se & subditis suis, dare vnam decimam prouentuum suorum Ecclesiasticorum, statim soluendam nobis vel mandato nostro, & dimidiam aliàs, quando Prælati Rhemem. prouinciæ soluerint tempore competenti: NOS eisdem concedimus, quòd quicquid acquisiuerint in feodis & retrofeodis, censiuis, allodijs, vsque ad tempora ista, liberè possint tenere & possidere perpetuò absque coactione vendendi, vel extra manũ suam ponendi, & aliqua financia de cætero facienda, & quod per gentem nostram extra manum suam ponere minimè compellantur. Item concedimus, quòd statim soluentes Decimam, ire nec mittere ad nostrum Exercitum præsentem nullatenùs teneantur, & quòd Decima leuetur per illos, per quos leuari aliàs consueuit, secundùm taxationem hactenus obseruatam in Decima colligenda: Et si qui soluerint bona eorum non capiantur occasione Exercitus nostri præsentis.* Præter hæc Morticinæ possessionis munera Regia, Augustæ Principis auctoritate debentur Vniones nostratium Sacerdotiorum, regij Patrocinij & collationis: reliquorum verò inspectioni assensuíque Regij cognitoris. Alioqui enim, gratiosi exquisitique ambitiosius Vnionum codicilli Pontificij, in irritum deducuntur identidem à *Conscriptis Curiæ* Gallicæ: quos idcirco prouocarit abusus nomine vel publicus Actor, vel priuatus quisquis sua interesse summatim ostenderit. Vtputà, Rhemorum sacri Sodales, gregatim impetrasse feruntur à Xysto 5. P. coniunctionem perpetuam bini Præbendi Basilicæ Archiepiscopalis, quod primo cunque tempore possessorem amisisset. Bullato diplomate, priscarum de Vnionibus Sanctionum derogatorio Calendis Decembr. Ann. 1588. Circumacto inde anno, Anton. Collartus eiurauit suum Canonicatus sacerdotium Rhemensis Templi maioris, in gratiam Leonardi Marqueti. Hic paulò pòst, sacri Collatoris donatione fretus, postulat ab Ecclesiastico Sodalitio, in Canonicorum consortium assumi, ceu collegam & fatrem. Collegium verò postulata abnuit, repulsamque prætexit Apostolica vnione sacerdotij istiusmodi: Cuius nempe reditus, communi deinceps mensæ Collegij permixtim confusimque addicti sint. Quùm igitur Marquetus Amplissimum Ordinem abusus titulo appellasset ab hoc repulsæ decreto Canonicorum, & Diplomaticæ Vnionis executione, diximus pro eo in Senatu palam, quantúmque ex tali Vnione detrimenti recideret in caput Reipubl. sacræ, multis disseruimus. Primùm enim, Rhemense Canonicorum Fanum sanctius, in Regia purè tutela præsidióque positum est, nec Vnione supprimi, vlla ipsius beneficia Ecclesiæ possunt, antiquusuè mutari Canonicatuum status, inconsulto patrono, Principe. Cap. suggestum. De iur. patron. Cardinal. in Respon. 96.

Regia Admortizatio terrarum pro Religiosis, & Ecclesiis diœcescos *de Noyon en Picarde.*

Sic Fr Petrus, maior Minister Ordinis S. Trinitatis Mathurinorum, consulto impetrauit ab hoc Philippo 4. Rege Ann. 1304. Mens. Sept. approbationem permutationis ab eo factæ bonorum suorum loci *de Cuenas* in diœcesi Calaguritana, cũ Priore & Conuentu Pauperum Hospitalis Roscideuallis, qui illi vicissim cessit bona quæ habebat in Villa de Barro, super Sequana, cum suis pertinentiis.

De Ecclesi. Vnionib. Nos Lib. 2. Sacræ Polit. tit. 6. art. 7. & seq.

Bulla Vnionis mensæ Capitulari factæ duorum Canonicatuum & præbendarum Rhemensis Ecclesiæ. Die 1. Decemb. An. 1588.

In Rhemensi Ecclesia Max. fundati sunt octo & sexaginta Canonicatus Præbẽdæq; cum 12. Vicariis antiquissimo munere Testamentario D. Remigii Archiepiscopi, Ludouici Pii, aliorúmque Regum Fràc. De quibus copiosè Flodoardus, in Historia Rhemensis Ecclesiæ.

Cum Rotæ Rom. Decis. 229. Gallici item Fori instituto, is demùm probatur Sacerdotiorum nexus ac colligatio, quæ sacrorum Canonum scitis præscriptisque minimum aduersetur: Ne Diuinus cultus insigne ex ea decrementum recipiat. Art. 16. Principalis Edicti Aurelianen. Quò ritè trahitur œcumenica Synodus Viennæ Allobrogum, in Pontificatu Clementis 5. Cap. 1. §. ad hæc. De stat. monach. Post Honorij 3. Epistolam Decretalem Exposuisti De præben. Tametsi ergo duos etiam in vnum Episcopatus redigere liceat aliquando Romanæ Sedi Gregoriana Epist. 35. Lib. 2. Regesti. Desultoria tamen Vnio, qua de agitur, nudúmque per libellum expedita, conuelli debet: vtpote quam, nisi, euerso legitimæ disceptationis ordine, præcipitata esset, Pontifex nusquam supplicibus Canonicis permisisset. Quippe cui petitores obrepserint callida anteriorum Vnionum reticentia, opulentiæque Collegij satis idoneæ communibus subeundis Ecclesiæ oneribus, ac perferendis. Nec ad rem pertinet, quod Canonicorum Societas Vnioni assentiatur & subscribat. Quotiens enim Templorum vel fundi abalienantur, vel iura interuertuntur, priuato cuique fas est singularíque sacerdoti, conniuentibus Sociis, intercessione vti velut Tribunitia, & rem Ecclesiæ saluam fore neruis omnibus procurare. Vt censuit Symmachus Christiani Orbis Antistes, Can. non liceat Papæ. Caus. 12. Quæst. 2. Cap. si quis presbyterorum, Et ibi Panormit. expressim, Tit. De reb. Eccles. non alienan. Quoties insuper, Rhemorum publica de Re, actum est apud Ordinem Clariss. vtpote de illorum Academia, quam Paulus 3. P. cum Errico 2. Rege excitauit Ann. 1549. PATRES C. eas dictarunt leges nouo tùm Operi Academico: vt communis non tam plausus suffragationisque multorum in erigendo, quàm vtilitatis in regendo ipso, exercendóque, rationem habuisse videantur. Senatus Consulto 3. kalend. Februar. Eod. An. Denique concertatam diu beneficiariæ Vnionis quæstionem illam Senatus misit in consilium, duodecimo kalend. Februar. An. 1592. Rupefortio, nostris aduersas Collegij sacri partes propugnante. In Catalogo litium Veromanduarum.

Viennense Côcilium.

Can. postquam 16. quæst. 1.

Priuileges pour les Lieutenans, Aduocat & Procureur du Roy en la Conseruation de l'Vniuersité de Rheims, comme aux suppests de ladicte Vniuersité, le 26. Feurier 1556.

Rhemensis Vniuersitatis literariæ Erectio, Pontificia Regiáque, his conditionibus verificata in Parlamento die 30. Ianu. An. 1549 Quod Scholastici Facultatum gradus, præcedente rigore examinis, conferrêtur ab Archiepisc. Rhemen. Qui & Rectorem institueret, ex tribus vnum electis eiq; præsentaris à Doctoribus & Magistris, secundùm Statuta, quæ ibi fierent, quæque emêdanda, & emendata omologanda, in Curiam afferri deberent &c.

Appoincté au Conseil, en plaidant du Rolle de Vermandois. Die 21 Ianu An. 1592.

22 PERMVLTIS aliis Templorum patrocinij Regij exemplis, dignoscuntur beneficia summorum Galliæ Heroum in sacras Ecclesias, earúmque facultates. His quippe tutelaribus non modò Rescriptis, sed Decretis etiam Regiis tegi stabilirique identidem experimur. Nam vt à propensa in Clerum Politia Maiorum nostrorum ordiamur, En Francicum regij Senatus Consultum, *in Parlamento Omnium Sanctorum.* Ann. 1295. de acquisitis Cœnobio retinendis: ne splendido Fiscalis iuris prætextu, ad dimittenda ea populari cuiquam, districtè vrgeretur. *Cùm Abbas & Conuentus S. Benedicti Floriacensis proposuissent in Curia nostra, contra recipientes financias super acquisitis in feodis & retrofeodis nostris in Balliuia Senonensi, quòd ipsi iniustè apposuerant manum suam in bonis suis, &c. & ipsos compellebant ad faciendam financiam pro præd. locis, licet proponerent se tenuisse & possedisse prædicta, tanquam hæreditatem propriam per quinquaginta annos, & à tempore à quo non extat memoria. Præd. Collectoribus nostris hoc negantibus, tandem super præmissis facta Inquesta, pronuntiatum fuit per Curiæ nostræ Iudicium, d. Religiosos non teneri ad præd. financiam nobis faciendam pro præd. locis, & manum nostram debere de d. locis amoueri.* Prædiarium insuper Ecclesiæ imperium Iuridicum tutatus est egregiè Ordo Amplissimus, Principis auspiciis: tametsi apud eum Ordinem Aduocatus Fisci, olim Petr. Cunerius profanam Cleri Gallici Iurisdictionem euertere tentasset. Cùm enim priuati, Suessionum Comitis, Magistratus sibi arrogarent nuper secundam causarum cognitionem inferioris cuiusque Fori Dominici ex prouocatione hinc interposita: Sacerdotes, contrà, Templi maioris defenderunt obnixè apud PATRES PARISIENSES, sacratissimam Diœceseos cuiusque Ædem Regia purè tutela, præsidio, ac patrocinio teneri, nec, ambigua ipsius, subditorumuè iura Disceptatorem alium, vindicem assertorémque agnoscere, quàm Principis magistratum. Ex Pragmatica Forma & Sanctione regia Ludouici 9. vulgò

Inquestæ, & Apprisiæ expeditæ in Parlamêto omnium S.S Ann. 1295.

Abbatia *de S. Benoist de Fleury sur Loire.*

Laicalis Clericorum & Monachorum Iustitia ratione suarum Ditionum temporalium.

Hæc Petri Cunerij, cum Bertrando Heduorum Pôtifice Disceptatio habita Ann. 1129. memoratur à Nobis Lib. 2. Sacræ Polit. Tit. 1 Art. 6.

nota.

nota. Eodem præside Rege, decretum fuisse Anno 1234. à Guarino Syluanectensi Episcopo Nomophylace Galliarum, sequestro velut arbitroque controuersæ illorum Iurisdictionis cum Regio magistratu, perspectisque veteribus rei Monumentis, Canonicos iure præditos esse sublimis, mediæ, ac infimæ coercitionis in suos, quauis ex lite pecuniæ, vel criminis admissi: Saluis modò Principi, eximijs quibusdam ac Regiæ merè notionis quæstionibus. Rursùm Ludouico ipso imperante, statutum Anno. 1246. COMITEM SVESSIONEN. EXIGERE NON POSSE THEOLONEVM IN TERRA CAPITVLI, IBIDEM IVRISDICTIONEM EXERCERE, SIVE DOMINIVM VENDICARE. Inde, seculo lapso, Ianum 2. Regem, in lege Fiduciæ Valesij Comitatus fratri Philippo traditi, nuncupatim sibi reseruasse Episcopalis Collegij iura, à tutelari suo Iudice excutienda ac definienda, non autem à fiduciarij Reguli Iuridicis in forensi Sede Petri-fontis & Ouchij-Castei: Quæ, simul cum Valesio Comitatu, in donatarium Principis Oppidula transierãt. An. 1354. His itaque in medium adductis à Poyeto sacri Sodalitij causidico, annuit adhæsitq; Lizetus patronus Fisci: nequicquàm obtinente aduersaria Chomedei Actione, pro Maria Lucemburgia Suessionum Comite, fructuaria Vindocini Duce, Pridie Nonas April. An. 1526. Mox à Senatu re in consilium missa, pronunciatum est vindiciario Iudicio, Idib. Martiis An. 1529. Regios Lauduni Veromanduorum Iuridicos solos appellatorijs litibus cognitionem suam accommodare debere, quæ ciuilib. Canonicorum in Tribunalibus motæ primùm essent. Atque, vt Senatorij Decreti æquitas lucidiùs pateat, è re est supradictum Iani regis Diploma his nominatim subnectere, qua phrasi Regestis Curiæ inscriptum fuit Septimo Kal. Septembres An. 1354. *Notum facimus, quòd cùm dilecti nostri, Præpositus, Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Suessionen. cum eorum familiaribus, rebus, & bonis, in speciali protectione & saluagardia Regum existere consueuerint & debeant, & eorum subditi, à prima eorum Ecclesiæ fundatione, in d. saluagardia sub nostris ressorto & superioritate Regis remanere, ad eorumque notitiam deuenerit quòd Castellanias & Villas de Petrafonte, & de Vlcheio, in quorum Castellaniis seu Præposituris, dum in manu Regis existebant, consueuerant ressortire, charissimo Fratri nostro Duci Aurelianen. tradidimus, nobis humiliter supplicarunt, vt eis, & eorum subditis alterum locum regium, in quo ressortiri habeant, modo & forma quibus, in d. Castellaniis & Præposituris ressortiri solebant, assignare vellemus. Nos autem, attentis prædictis, ipsis Præposito, Decano, & Capitulo, & eorum subditis locum & Villam de Compendio in omnibus causis & negotijs suis, de quibus apud Petramfontem: locum & Villam de Fimes, vbi apud Vlcheium ressortiri consueuerant, tenore præsentium tam in Præposituratum quàm Bailliuiarum Sedibus assignamus: à d. Castellaniis, Sedibus, & ressortis de Petrafonte & Vlcheio penitus eximentes, Bailliuisque Syluanecti, & Vitriaci, ac Præposito foraneo de Compendio, & Præposito de Fimis, & cuilibet eorumdem præsentibus & futuris mandamus, &c.* Haud impari ædepol benignitate, Principes nostri suis Rescriptis confouerunt Iuridicum Cœnobiticæ Ædis Germani Parisiẽ. in populares suos imperium: Vsqueadeo, vt Magistratui regio, eiusque Officialibus, muneris functione, Monastico in Territorio, interdixerint. Philippus 5. Rex 17. Kal. Octobr. An. 1319 & & Carolus 6. postridie Calend. Septembres An. 1406. Vnde multiplici Senatus iudicio decisum fuit, nec Principales apparitores, testiumuè Inquisitores, nec Præfectum quidem Vrbi, potestate fungi debere intra metas Dominicæ profanæque Iurisdictionis cœnobitarum: Sepositis modó hinc prouocationum, Regiæuè disceptationis eximiæ, controuersijs. Trino Decreto, 5. Nonas Iulias Anno 1537 3. Calend. Septemb. Anno. 1538. & 6. Calend. Decemb. Anno 1547. Quorum tamen secundo, Curia summa ad plenius deliberandi consilium reuocauit. Præuentionis regiæ prærogatiuam istam, qua vsum hactenus Principem mordicus asserebat Procurator Fisci, vt in Dominicis Magnatum virorum fundis Præturæ Parisien.

Ordinatio seu Charta regia, quod Iurisdictio de causis Ecclesiarum Cathedraliũ, & terrarum subiectorumque earumdem pertinet ad Regis Officiarios, non autem Dominorũ inferiorũ.

In Apennagio *du Comte de Valois, Pierrefons, & Ouchie le Chastel*, non comprehenditur Ressortus Iustitiarum temporaliũ Capituli *de Soissons*. *Plaidoyé & Appoincté au Conseil* in Parlamento, die 4. April. An. 1526.

Decisum Aresto prouisionali die 15 Mart. An. 1529. inter Capitulum *de Soissons*, suscipiens causam suorũ Officiariorum, & subditorum in Iustitiá *de Soissons, Bu y. Marginal &c.* appellantiũ à Bailliuis Comitũ Suessionen. Et Iacobum Pet procuratorẽ Comitum, & doariam Ducissã *de Vend. sme*, Comitissã *de Soissons*, & alios.

Patentes literæ de Exẽptione Petræfontis, Registratæ in Parlamento die 26. Augusti Ann. 1354. *Baillifs de Senlis & Vittry.*

Preuost forain de Compiegne, ressortissant à Senlis.

Preuost de Fimes, du Baillage de Vittry.

Regium Philippi 1. cum hoc Monasterio S Germani, Concordatum, Ann. 1171. de laicali istius Iurisdictione libera, adscripsimus Lib. 1. Morum Parisiẽ. Tit 2. Art. 14.

Literæ Patentes, die 15. Septemb. 1319. & 2. Septemb. Ann. 1406. Aresta Curiæ Paris. in magna Camera, die 3. Iul. An 1538. & 26. Nouemb. 1547.

Le Scellé royal des biẽs & Inuentaire par Preuention, en la Preuosté de Paris, sur les hauts Iusticiers, appoincté au conseil.

Prouisionale Arestum Curiæ die 7. Oct. Ann. 1565. *de Mainleuée* Torcularis publici Omphacio parando destinati *sur le pont S. Michel*, quod Religiosis S. Germani competens, saisitum fuerat *par le Receueur du Domaine, & Voyer du Roy en la ville de Paris.*

vacantia bona, Principali anulo præoccupante, obsignari possent, Regiorumque Officialium ministerio annotari. Nuperrimè verò Lutetiani Patres, cognita causa, addixere præd. Cœnobio ius meri Imperij, sua in Ditione Parisijs suburbana, eique consequentem Curationem Viarum publicarum. Suprema Sententia 4. Nonas Mart. An. 1600. aduersus publicum in Senatu cognitorem, ac Vilhelmum Hubertum, Parisien. Præfecturæ viarum Finitorem seu Horotheten, & Ianum Amelotum, huic substitutum. In Sequana pariter Lutetiæ, circumscriptis finibus, præditi sunt Cœnobitę isti recto Dominio Iurisq; dictione, ab Regio patroni sui munere Childeberti: Quod Munus ratum sanctúmq; perpetuò valere iussit Ordo Clariss. Fiscali Actore perperam obluctante. Tribus S. Consultis, 5. Kal. Septemb. An. 1589. Quinto Idus Mart. An. 1560. & Quarto Kal. Maias Anno. 1582. Exin vrbanorum Piscatorum Corpori, nouo cum ijs suborto litigio, inhibita fuit piscatio in Monastica eius Fluminis parte: nisi à Monachis illi priùs hoc nomine veniam impetrarent. Qui autem ex eo Corpore, antea Fluuij oras quasdam mercede conduxissent in tempus, eam mercedem pendere damnati sunt cucullatis Sacerdotibus Templi Germani. Aresto insigni Calend. Aprilib. An. 1586.

Curiæ Arestum die 4. Mart. 1600 *sur plaidoyez* in magna Camera, pro Religiosis S. Germani de Pratis, eorumq; viario, *Voyer de S. Germ.* Contra magnum Voyerium Vrbis & Præpositurae Parisien.

Donatio partis *de la Riuiere de Seine* per Regem fundatorem Monasterij S. Germ. De qua, secundùm Aymoinum, scripsimus Lib. 1. Morum Parisien. Tit. 2. Art. 1.

Curiæ Paris. Aresta, die 28. August. An. 1589. die 11. Mart. 1560. die 28 April. 1582. & die 1. April. 1586. pro Dominico Religiosorum S. Germani Iure plenissimáque Iurisdictione *en la riuiere de Seine de toutes parts auec vne perche royale, depuis les anciens ponts de la ville de Paris, iusqu'à l'ancien Rhu de Seure pres S. Cloud. Auec les amendes & forfaictures, qui en adujennent: Et defences à tous pescheurs, poissonniers, & autres de pescher à engins, ne mettre bateaux pour garder poissõs, ne ficher perches ne pieux en lad. Riuiere sãs la permissiõ desd. Religieux, & sans prẽdre d'eux lettres de bail à ferme &c.*

23. Civili deinceps Regum, seu regij Senatus Politia, conseruatur rei Ecclesiasticæ status, Monasticæ potissimum. Quando enim seculi Sacerdotes, qui Pontificia commendatione Cœnobiis præsunt, rarò in eandem cum Cœnobitis coëunt sententiam, suisque priuatim consulunt sæpiùs, quàm communibus illorum commodis. Ideo Senatus, pia Monasticæ Familiæ cura suscepta, æquam interposuit Oeconomiam inter fiduciarium Cœnobiarcham. B. Dionysij, & cucullatos Monasterij alumnos, Nonis Sextilibus Anno 1486. Decreuit enim, Cœnobij sacristam, Eleemonem, & Conuentus Præfectum maiorem circumspicere debere, quidnàm impendi necessariò expediret in comparationem vestium ac ornamentorum Ecclesiæ: quæ *secularis Abba* suppeditare damnatus est, simul & Fani Claustrique refectionem suo sumptu curare, Monastici Cœtus arbitratu. Quod attinet ad cereos, lampadas, Sacráque solennia, quæ Cœnobitis stato reditu ac stipendio celebrãda incumbant, pro voto testatorum, aliorumuè demortuorum, Patres. C. idipsum, fundationis cuiusque lege condicta, explicandum, implendúmque iudicarunt. Fiduciario item Cœnobij, Magistro præcepere, inferiora eiusdem Sacerdotia, ac Ministeria publica Religiosis erogare benemerentibus: His vicissim iusserunt, summisse *Abbatem*, eiusque Vicem gerentes obseruare, colere, nec latum quidem culmum à præscriptis Disciplinæ *regularis* desciscere. Statutum est præterea Fratribus singulis, indumentorum nomine, Annuum æs quoddam, ab Æterij archa præstandum. De re itidem Annonaria, sacræ Familiæ prouisum eo Senatus-Consulto, nè profani hominis, sed Religiosi modò dispensatione, quem ei negotio Conuentus præfecerit, sedulò distribuatur. Summa hæc fuit politicæ Conscript. Patrum Sententiæ. de externa Dionysiani Cœnobij curatione ac regimine. Cui pariter Cœnobio, Senatus postmodùm cognoscens adiudicauit regiam Effigiem, cum eburneo ipsius Lecto, Vmbella, vestiarióque Apparatu: Quæ, funebri Regum pompa, efferuntur in Ædem Dionysij, ad Sequanam Parisiorum. Quũm enim Regio Equitio Præfectus, illa sibi vindicaret in exequijs Karoli 8. (quarum celebritatem præsens depinxit Gaguinus in Franciæ Chronic.) Cœnobitæ, contrà, regij Mausolei custodes, veterem talium possessionem opposuerunt Archippocomo, & posthumas Heroum Imagines, quæ solenni ceremonia producuntur in funus, semel Templo sacratas asseruêre, in

Reglemẽt de la Cour die 5. Augusti 1486. inter Abbatem commendatarium S. Dionysij in Francia, Lunbariensem tunc Episcopum & Monachos Dionysian. s. *Les Threzorier, Aumosnier, & Grand Prieur de l'Abbaye S. Denis.*

Beneficia, & Officia regularia, tanquam Membra à Monasterio dependentia.

Item Præpositi Parisien. Sententia *de Congément* prouisionali, die 21. Sept. An 1476. confirmata Aresto Curiæ Parisino, die 22. Iun An 1478. Iudicatum est, Claustralem Prioratum Abbatiæ S. Germani de Pratis, à solo Abbate conferri alicui Religioso nõ posse, sed cõmuni electione Conuentus in præsentia Abbatis vel absente Abbate, à Conuẽtu eligente, deferẽdum. Et ita obtinuit Fr. Guillelm. *de Troyes* electus à Conuentu, contra Fr. Antonium à S. Quintino, Abbatis donatarium.

Grand Escuyer de France.

quo Principum Monumenta visuntur. Atque vt Romanis Cęss. vita functis simillimæ effingebantur Imagines, sumptuosoque illi funere sepeliebãtur, Herodiani lib. 4. Ita Christiano Imperatore, Constantino mortuo, palàm est eius proposita Effigies, funusque antiquo ritu ac cultu celebratum, auctore Eusebio in Ecclesiastic. Annalibus. Donaria autem Diuis posita, oblatáque Aris Munera nomine defuncti, ad Sacrificos spectant, non ad illius Familiares ac ministros. Vt colligitur ex Pontificia Innocentij 3. Epist. Decretali penul. De his quæ fiunt à Præl. Et Alexandri 3. Cap. Ad audientiam De Eccles. ædific. Sic Imagines, & Signa Ædi sacræ legata intuemur, vt Ædituorum cura, inibi perpetuò maneant. Apud Seruidium Scæuolam, leg. Titia §. vlt. De aur. & arg. leg. l. Annua §. Attia ϖ. De ann. legat. Quapropter Ornatiss. Curia Templo Dionisij Areopagitæ Effigiem illam iudicio addixit, funebremque paratum reliquum corporis Regij: competitore victo, qui Aulicæ Hippocomiæ præpositus erat. Decreto, 7. Iduum Quintilium Ann. 1501. quod Ioh. Tilius commemorat, protoscriba Senatus Parisien. Lib. 2. suorum de Regia Francica Commentariorum. Summum verò funeris honorem Principis Ludouici 6. prosequitur Dionysianus *Abba* Sugerius: & Augusti nepotis, Rigordus, singulorum Vitæ Scriptores.

Sepulchretum Francorum Regũ in Monastica B. Dionisii Ecclesia.

Mos erat Romanis, consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis, vel successoribus, moriebãtur.

Arestum Curiæ, die 9. Iul. Anno 1501.

Que les poisles, & despouilles des Effigies des Roys et Roynes portez à leurs obseques appartiennẽt à l'Abbé & Religieux de S. Denys, & non aux Grands Escuyers de France.

24. INDVBIE' demúm ex ijs constat, Principis Senatum, paribus cum eo studijs, Monastica phana, sacrasque ipsorum facultates confouere. Ac Yuo quidem Carnutum Antistes expostulauit olim apud Paschalem 2 Põt. in regios Galliæ Quæstores & Officiales, qui rei nummariæ oneribus extra ordinem premerent Carnutẽsem Clerum, neque finerent, Apostolica eum immunitate perfrui. Ast Regem ipsum leuiusculè attigit Yuo, quòd rapacium Ministrorum suggestu ac susurris circumuentus, minaces, in Clericos, literas ad se emisisset. Annum circiter. 1106. Epist. 271. Verùm paulò antea, Cantuariensis Anglorum Præsul Anselmus, patrium solum vertit, *quia defunctis Ecclesiæ Prælatis, regij satellites & gastaldi Regia vi protinus succedebant, & quæ in ærario eorum reperiebantur, irreuerenter inuadebant.* Vt eloquitur Ordericus

I. du Tillet, Greffier du Parlement, en ses Memoires & Recherches. Cap. *Des obseques & funerailles des Roys & Roynes de France:*

Anselmi huius, qui obiit xi. Calend. Maii An. 1109. vitam Libello descripsit Edmarus Cantuariensis, & in peregrinatione comes.

Hic Anselmus moritur ætatis suæ Ann. 76. feria 4. maioris Hebdomadæ. Sed Vuihelmus Mamesburiensis Lib. 1. De gestis Pontif. Anglorum ait, An ætatis 66. Pontificatus 16.

D. Anselmi, Cantuarien. Archiepiscopi, Theologi suo tẽpore præstantissimi Opera, trib. distincta Tomis.

Vitalis, Anglus, Vticensis Lexouiorum Cœnobij sacerdos, Anselmo ætate ,, suppar, qui hæc prædictis continua seriè subtexuit. Cœnobiorum fun- ,, dos & Episcopatuum reditus dominio Regis mancipabant illi, & à su- ,, perstitibus Archimandritis seu Pontificibus enormis pecuniæ vectigal ,, exigebant. Quæ videns sacer Anselmus Archiepiscopus, supplice Epist. ,, Regem interpellans, conquestus est. Sed obdurato corde Rex malè sanus ,, humili didascalo non paruit, ob idque ille licentiam eundi Romam ab ,, eo petiit. Porro tumidus Princeps Romam quidem eum abire permisit, sed Normaniam ne intraret, prohibuit. Vnum porro istud Regię impietatis exemplar memoriáque deletur piis innumeris aliorum Regum in sacram Ecclesiam officiis ac monumentis. Vsqueadeo, vt ex his complures etiam, Mundani fastus pertæsi, Religiosa septa claustráque petierint ceu tranquillum Humanæ tempestatis portum, gradúmque expeditiorem ad Cælestia capessenda. Nam, præter antiquos illos Heroas Monasticen complexos, quorum meminimus alibi, fertur Henricus Cypriorum Rex, missis huius seculi illecebris, sumpsisse habitum D. Francisci, in eoque vita religiosè transacta, apud Fratres tumulatus, miraculis operum enituisse. Raymiris item Hispaniæ rex, depositis Sceptrorum Insignibus, Benedictino se Cœnobio addixit, quod in Oscensi ciuitate extruxerat ac dotarat. In eodem humatum Raymirim An. 1147. enarrat Taraffa, in Hispanic. Rer. Epitome, Iacobus, ad hæc, Tarraconensium Rex. 8. quùm vehementiori febre correptus, testamentum condidisset, Cisterciensem induit Religionis Togam, Numinisque cultui se totum deuouens, Populetum proficisci statuit, Cisterciensis Mandræ secessum piis salutarem. Sed ex Algezira

Ordericus Vitalis, monachus S. Ebrulphi in Normania Historiæ sui æui manuscriptor.

Vilhelmus Rufus Angliæ Rex, Ecclesiis, earúmque defensori Anselmo infensissimus An. 1098. Tandem miserè periit An. 1100. à suo milite inter venandum sagitta transfixus.

Aussi le Roy Iean d'Angleterre fut cruel au Clergé, & aux Religieux. Prælatos etiam sacris & Sedibus omnes eiicit, & tota Anglorum regione relegat, vt procul amotis Cleris populique Patronis, res sibi liberius acquirere possit eorum. Nam parcit monachis, aut quos Cistercius Ordo candidat, aut habitus denigrat Cluniacensis. Philippidos Lib. 9. Gulielmi Britones Armoric.

Sac. Pol. Lib. 2 Tit. 3. Art. 19. 20. 21.

Lothario Imperatore, S. Madelgarius, ex Duce Monachus factus, fundauit Monasterium Sonogense, & Melbonense. Is fuit Abbas Cœnobij Altimontensis. Ex Ioh. Trithemio.
S Ebbo Tornadorensis Comes An. 705. fit monachus, dein Abbas S. Petri viui Senonum. Ex Odoramni Chronico manu exarato.

Valentiam delato morbus augetur, vitæque repentinus exitus sancta Principis vota intercepit, An. 1276. Marineo Siculo teste, Hispanic. Annal. Lib. 10. Porro Iacobus, Balearici, & Petrus, Tarraconensis, Regum primigenij nomina dederunt Franciscanæ Militiæ sacræ, sub Annum. 1360. Laudibus quoque vehitur à Petro Venerabili, Noruegiæ rex Sigiuardus, *de gratiis & virtutibus sibi collatis, & specialiter de inspirato relinquendi seculi proposito, quod ad effectum perduci rogat.* Epist. 8. Lib. 6. Alios subijcemus longo ordine Græcos, &

Iacobus. Maioricarum & Petrus, Aragoniæ, Regum primogeniti.

Guigo *Gras* Delphinus Viennensis, Comes Albonis, qui vixit Anno 1135. in Monasterio S. Roberti, Gratianopolit. diœcesis, quod ædificauit, sumpto habitu Monachali, lapsis paucis diebus spirauit. Et ibi sepultus Vxor eius fuit filia Regis Castellæ. Ex libro Libertatum Delphinalium iampridem formis impresso. Item Humbertus 1. Delphinus Viennentium, mortua vxore plures liberos habens, Carthusientium habitum suscepit in Monasterio Vallis S. Mariæ Diensis.

Fr. Stephanus, Cyprius, è Lusiniana stirpe regia, monachus, Ordinis Prædicatorum.

Latinos Augustos, Reges, ac Principes: qui sigillatim, ex prompto Catalogo, numerantur in calce Basilici Philactyrij: Auctore Stephano Lusiniano, Dominicanæ Familiæ cœnobita. Ne vetustiorem pariter, ex Christiana Historia, repetamus Elesbanum Ducem Aethiopum, qui, Dunaa Pseudo Mose armis profligato, Christianum sanguinem vltus, arripuit Monasticum vitæ Institutum, & purpura Diadematéque abiecto, sacræ Ædis sedem domiciliúmque perpetuum sibi delegit. Nicephori Lib. 17. Cap. 6. FOEMINEIS præterea Cœnobijs multæ se incluserunt Heroïdes, cœlesti quodam afflatu. Monasticam enim B. Claræ vestem ac velamen induit Neapoli Sanctia, Hierosolymorum & Siciliæ regis Roberti vidua coniunx: quæ Iacobi soror extiterat, Balearis Insulæ regis. Hæc Sanctia, Hispana, Sectæ Fratrum Minorum cultrix, adstitit publico Ordinis Conuentui apud Massiliam peracto, An. 1319. obtinuítque à Babylonio Assyriorum Principe, vt Seraphici Sodales. 12. apud Dominicum CHRISTI Sepulchrum residerent, Diuina officia Liturgiámque celebraturi: Quos ipsa, cum Roberto rege marito, suis impensis alebat. Vti nouissimè omnium scripsit Petr. Rodulphius, Tossinianensis in Historico Seraphicæ Religion. Commentario. Pannoniæ item regis Stephani vidua mulier Gisela *Regularem* vitæ cultum amplexa est in sacro Nidemburgensi Parthenone, apud Patauiam, Noricam, eóque in Monasterio extremum hausit spiritum Nonis Maijs Ann. 1095. Bruschio memorante, De Laureaco, Noricorum ciuitate, de Patauio Germanico &c. Sic B. Agnes, Bohema, regiæ stirpis, solenni Pentecoste, diuinitùs inspirata, vouit se Ordini *pauperum Dominarum*, B. Francisci, in Vrbe Pragensi: quæque Otherchij Bohemiæ regis filia, nupserat Friderico. 2. Cæsari, misso huic repudij libello, adhæsit CRVCIFIXO, cui Virgineum florem dedicarat. Subnectitur isti B. Iulenta, Polona, Dux Caliliensis, quæ monasticum Parthenonem erexit in Gnesna, maioris Sarmatiæ metropoli: in eóque, post fata mariti, sanctè vixit, ac supremum obijt diem. Haud secus B. Paula, illustri Atestinorum genere, quæ connubio iuncta fuerat I. Francisco Gonzagæ, Mantuano. 1. Marchioni, excitauit muliebre Cœnobium, titulo corporis CHRISTI apud Mantuam: quod, S. Claræ Toga sumpta, incoluit. Nec minori pietate, Claretanam Religionem secuta est B. Salomea, Lestkonis Ducis Cracouiæ ac Sandomiriæ filia, extincto coniuge, Pannonum regis Andræ filio Colomano. Reliqua Monastici Instituti Principum fœminarum exempla percurre apud F. Stephanum Lusinianum, vbi suprà, & Sacræ Politiæ Lib. 2. anteriùs designato. Quanta porro animi summissione, versari debeat Heroina in nouo Religiosæ vitæ complexu, docet Hildebertus Turonum pontifex: subiecta oculis, propositáque ad imitandum Comitis fœminæ modestia, cui, de transitu ad Monasticum habitum, sic gratulatur, Epistola. 71. Audio te „ deduci in semitam mandatorum Domini, & ad terram viuentium inoffenso „ currere vestigio. Audio enim, de locuplete, pauperē spiritu, de splendidissima

Principes fœminæ, Religiosæ
Maioricarum Regis soror Religiosa.
Agnes Comtesse de Brenne, femme de Robert de France, Comte de Dreux, fonda l'Abbaye de Brenne enuiron l'an 1160. où elle gist, & son mary fonda l'Abbaye de S. Pierre de Vienne, & y est enterre: Des Memoires I. du Tillet, en la Branche de Dreux.
Die 7 Maii 1095.
Virginum Conuentus sacer.
Beatrix aliàs Regis Hungariæ post mortem mariti sui Ioannis Delphini Vienē. relicto mundo, fuit Monialis & fundauit Monasteriū S. Iusti, in Royanis. Gratianopolit. diœcesi. vbi sepulta est.
Dame Philippe de Gueldres veufue de René Duc de Lorraine, se rēdit Religieuse en l'Eglise des Cordeliers du Pont à Mousson. Comme dit Richard de Vvasbourg. Lib. 7. Historiæ Belgicæ.
Ex Lib. Epistolarum Hildeberti, qui Tō. 3. inseritur Bibliothecæ sacræ.

„ & stipata cuneis obsequentium Comitissa, humilem monacham, atque instar abiectioris ancillulæ, cæteris filiabus CHRISTI, quæ tecum Domino seruiunt, & prouidere quod necessarium est, & officiosissimè famulari. Sanè mutatio hæc, mutatio dexteræ excelsi &c.

25. DE EREMICOLIS iam nostri seculi, percunctandum est, Priuilegijs ne vtantur Cœnobitarum, de quibus Tractatum hunc aggressi sumus. Christiana equidem vetustas * ἀσκητήριον venerata est, & * ἀσκητὰς Religiosos Eremi cultores, Anachoretas: quales definijt Gregor. Nazianzenus, in Monodia S. Basilij. Nam, vt Lausiacæ Hist. Patres Ægyptios omittam istic, Inter eos, quos nobilitauit Eremus, Diuis adscribitur Blasius martyr, quem speluncis abditum, & visitatum à Feris, & ab Auibus pastum tradunt. Nec silendi Leonardus ac Liffardus fratres, ambo monachi, ambo solitarij: Nec Veridimius, Eremita clarissimus: Minimè & huius comes prætereundus Ægidius, qui Athenis regia ortus prosapia, lares patrios reliquit: ac gentilitias opes, studio solitudinis, Gallicæ postposuit egestati. Qui in solitudine & Eremitica Cella, miraculis operum edendis inclaruit, ac speciatim blandientis Ceruæ lacte nutritus, Altricem suam canibus inuiolabilem præstitit. Vnde rei miraculo attonitus Galliarum rex, ad speluncam viri sentibus obsitam auidè penetrauit, nec sine graui militum sudore, aditum ferro pandentium. Mox veneranda visi senis effigie, & iuxta senem accubantis spectaculo motus Nutricis, Rex, ad eum propius accessit, comite vno sacrorum Præsule: talémque reperit, vt ingentibus ei oblatis Muneribus, magnificéque contemptis, extrueret Monasteriũ suasu ipsius illis in locis nũc percelebre, ac deinceps ad eundẽ inuisendum, summissis Regijs fascibus, veniret. Quem sibi honorem non splendor dignitásque natalium, sed solitariæ vitæ decor ac sanctitas peperêre. Quinetiam Petrus Damianus, qui Romanum Cardinem ritè honorificéque tenuit, periturus honoribus antepos uit Eremum, media Italia, ad sinistrum Appennini latus exquisitam: Vbi non minùs gloriosè postmodum latuit, quàm innotuerat primùm Romæ: nec dedecori illi fuit, alti Verticis rutilum decus squallenti cilicio permutasse. Vti de eo testatum habemus, Francisc. Petrarchæ Lib. 2. Quoniam tamen progressu temporum, Monachi, piæque solitudinis cultores, in Sodalitia coiêre præscriptis communibus votiui Instituti regulis, Vix est hodie, vt nulla professi Vota, Eremicolæ, numerentur inter Religiosos homines, *Regularíque* Normæ adstrictos sacerdotes. Ex argumento sacri Canon. Si quis suadente Caus. 17. Quæst. 4. Cap. non dubium De senten. excommu. Idcóque capitis damnatus fuit à Tholosano Senatu famosus latro, tametsi Eremita. Aufrerij relatu, ad Clem. 1. de offic. ordin. Quod Boerius vtique refricat, Libello De statu & vita Eremitar. Adde, quòd Eremicolæ, suis, ac proprijs facultatibus minimè cedunt: Sodales cucullati, contrà. Sicuti patet Canon. placuit. 16. Quæst. 1., & Panormit. Notis in Cap. cùm ad monasterium De stat. monachorum Proinde nec Cœnobij alumno fas est, ad Eremiticum viuendi ritum transilire, nisi petita à monastico Antistite venia. Ediuerso autem, licet Eremitæ, in Cœnobitica vota ex professo i[illegible]re, Gloz. ad Canon. si clericatus Caus. 15. Quæst. 1. Ex Canon. monachum Caus. 20. Quæst. 4. Vtut sit, Eremi incola, qui diœcesano Pontifici subest, eidem iusta obsequij lege deuinctus, refertur in Album Clericorum, & Ecclesiastici Ordinis priuilegio fruitur, quàmuis nondùm sacris initiatus. Gloz. in Canon. Qui verè Caus. 16. Quæst. 1. Abbas in Clem. cupientes De pœn. Panorm. ad Cap. ex parte De conuers. coniug. Quinimò vltimus Morauiæ rex Suatoplucus, nullum sanctius duxit Eremitico vitæ genus, nec expiandis criminibus suis accommodatius. Impellente enim grauiorum scelerum conscientia, secessit in Eremum, ad Sembor montem: in quo, tres duntaxat Eremitæ, vitam aridam duámque agentes, delitescebant. Ijs Rex additus, nemini contubernalium tolerantia patientiáque cessit, nec ante extremum diem, quis esset, illis prodidit: A quibus etiam, Nitriæ in Pannonia, conditus fuisse dicitur, ætate Arnulphi Imperat. Id quod Ioh. Dubrauius, Olomuzen. Episcopus in litteras redegit, Bohemicæ Hist. lib. 4.

Eremitæ.

* solitarium locum, & a publico Secessum, ad veræ Philosophiæ exercitationem

* exercitores.

Palladius, Lausiacæ Hist. compilator, D. Euagrii discipulus.

S. Ægidius, è Græcia, Comitatus Prouinciæ Gallicæ hospes, Eremita.

Eremitica etiam Casula, cum Sacello, D. Antonii nomine, erecta est pridem a Renato Siciliæ rege, Andium Duce iuxta Andegauam Vrbem, in loco, Reculee dicto. Vbi Matthæus Boscheron, primus Eremita, vitæ sanctitate emicuit. Sub Ann. 1460. Ex Analib. Andegau.

Petr. Damianus. Cardinalis.

Tract. 3. Cap 17.

De tali Eremitarum statu & conditione, Nos Lib. 3. Sac. Polit. Tit. 5. Art. 15.

Moses, latro Ægyptius, deinde Eremita in Scethi, per diẽ quinquagies orabat. Tandem presbyter factus Monachorum, moritur. Apud Sozomenum, lib. 6. Cap 29. Et in Lausiaca Palladii historia.

Eremita, licet non sit sacerdos, vel in sacris, tamen si est sub obedientia alicuius Superioris, vel Episcopi gaudet priuilegio clericali.

Glo in Can. qui verè Io vet. verò. Et Ibi Archidiac. Eremitas, inter seculares haberi scribit Aufrerius in Decis 8. Capellæ. Tholo. & Guillelmo de Monte Lauduno & Ioh. de Lignagno in Clement. per Literas. De præbend.

26. Arctiori certè religione tuendas Monasticorum, Conuentuum possessiones, quàm Eremitarum, indicio est litis species talis, recens agitata in Senatorio Lutetiæ Auditorio. Dominicani Sodales, Vailliaci Suessionum oppiduli, postularunt à Rhemensi Archiepiscopo Eremiticæ domus propinquæ Vnionem cum suo Conuentu, causati Ius Gentium, quo, * ἔρημα vacuáque loca occupantium fierent, tum sui Collegij inopiam, omnibus exhausti ac egeni: quod, vicinæ ideo Casæ latifundijs & accessionibus prędiarijs substentari deberet. Hinc, de plano re cognita, ac testibus inquisita leuiusculè, Decretum vnionis interponitur Quindecimo Cal. Septemb. Anno.1587. At bino pòst lustro, Franciscani tertiæ Classis, apud Principem queruntur, sacram Ædem, fictitio Eremi titulo, sibi ereptam, continentia ædificia, iisque adiacentes fundos opimi prouentus, captato in speciem, sacræ Vnionis argumento. Quùm igitur ab prisca vetustate suum illud, & à Sectæ Collegio possessum Sacellum, cum Appendicibus, assererent *Tertiarij Minoritæ*, ad horum libellum rescripsit Princeps Suessionensi Proprætori, vt veteres possessores, qui domo aliquantisper Bellorum occasione abscessissent, in sua iura postliminio restitueret. Sed quia his opponebatur controuersæ Domus coniunctio Archiepiscopalis cum finitima Æde B. Dominici, ab ea coniunctione ipsi Senatum appellant, tanquam abusiuè decreta. Nec enim Archipræsuli ius esse, contendunt, Sacerdotia, Fanauè sibi inuicem copulare in alieno, suffragantium etiam illi Episcoporum, Territorio. Decretali Epist. Cælestini 3. Sicut vnire Insi. De excess. Prælat. Vacuo item Episcopi Solio, Iuridica eius potestas defertur Episcopali Sodalitio, Vnionisque Templorum, iudicio statuendæ ex legitimis causis. Cap. vn De maiorit. & obedien. In 6. Neque hoc cognitionum genus nominatim, vacante Cathedra inferioris Præsulis, deuoluitur ad Archipræsulem superiorem. Panormit. sententia, de Vnione huiusmodi (ad Cap. 1. Ne Sed. vacan.) & Glozematarij, ad Clem. vlt. de reb. Eccles. non alienan. Quò improbabiliùs ergo, sacra vna Mendicantium Familia Domunculam alterius inuadat, obtentu Ecclesiastici nexus proximarum Ædium? Vetante id Pontificia Sanctione, nisi ad Eremiticum Secessum Religiosus aliquis nouam sibi Ædiculam Cellamuè compararit. Cap. cum ex eo De excess. Prælat. Apud Bonifacium 8. P. Econtra autem, Prædicatores Fratres, *Minorum* nullatenus interesse, qua formula, quovè ritu solenni, conflata sit rerum Vnio, quæ nihil ad hos attinerent. Eremiticam antea purè Casam fuisse, de qua agitur, & ab Eremitis solis excultam: Quæ possessoribus dehinc vacua ac deserta, probè cederet occupanti, longéque iustiùs, Religioso Conuentui propinquiori. Sumpta ratione Cap. 1. De relig. domib. Inficiari se prorsus, litigiosam rem ad Seraphicos cœnobitas aliquando spectasse, aut in eam iuris, possessionisuè cuiusquam ab istis suæ fidem fieri posse. De hac tandem appellatoria lite, Ampliss. Ordo censuit maturiùs deliberandum. Postridie Nonas Majas An. 1600. Augustino filio meo, prouocantium: & Loysello, aduersariorum causam orantibus.

Iacobini *de Vailly pres Soissons.*

* deserta & solitaria.

Sententia Vnionis *de la maison reguliere de nostre Dame de Chery, & ses appartenances, à celle des Iacobins de Vailly*, die 18 Augusti 1587. Lata ab Archiepiscopo Rhemorum, vacante Sede suffraganei sui Episcopi Suessionum.

Fratres, tertii Ordinis S. Francisci, ab Vnione, tanquam abusiua, prouocant in Curiam Parlamenti

Episcopali Iurisdictioni, vacante Sede, Capitulum succedit, in Vnionibus etiam constituendis.

Eremitica Cella.

Appoinctè au Cõseil in Parlamento, die 8. Maii 1600.

Depuis fut cest appoincté au Conseil, a eu Arrest diffinitif au profit des appellants comme d'abus, au rapport de Monsieur Seguier en la grand Chambre, le Samedy 5. de May 1601. & lesdits appellans remis en la possession de leur maison & lieux, nonobstant ladite vnion, comme abusiue, à la charge d'y faire & continuer le seruice diuin selon la fondation ancienne. Et en consequence de ce, mal-iugé par la Sentence du Bailly de Vermandois à Soissons du 23. Ianuier 1598. ayant debouté quant à present lesdits Cordeliers de l'enterinement de leursdictes Lettres Royaux.

1. COMMVNIA *Cleri priuilegia, Monachis etiam competunt.*
Monachi antiquitùs Clerici non fuere, nec Clericales *ordines susceperunt.*
Cœnobitæ, primitùs sub potestate Ordinarij, seu diœcesani Episcopi.
Exempta *Monasteria, quæ nondùm in* Congregationem reformatam *se redegerunt, à Diœcesanis Præsulibus visitanda & reformanda, duobus adhibitis Patribus Ordinis Monastici.*
2. *Primi Episcopi Ecclesiarum, initio Christianismi.*
Apud Gallos nempe, Italos, Germanos, Polonos, Hispanos, & Anglos.
Episcopis, Diœcesani cuncti obedire debent.
Parœciæ *nomine Diœcesis Episcopi quondam significata.*
3. *Cœnobiorum multorum fundatores, Episcopi.*
In Francia, in Belgio, Germania, Anglia.
4. *Sacerdotalia Exemptionum & Immunitatum priuilegia, in omnibus quondam Politijs & Imperijs obseruata.*
Gallicus Clerus, à Taillijs Impositionibus, *& contributionibus nummorum, etiam in* Exemptos *indictis liberatur.*
Vnde excipiuntur tantùm secularia *Beneficiarij cuiusque patrimonia.*
Ecclesiastici non tenentur, Milites hospitio excipere, nec belli causa impositis Populo pecunijs quicquam contribuere.
5. Fabricæ Parochialium *Ecclesiarum Ratiocinia, antehac reddenda, ex Edicto, coram* Electis Tailliarum & Subsidiorum *Fiscalium Iudicibus.*
Sed antiquato illo Edicto, à successore Principe res ad pristinũ vsum redactaest.
Cura Fabricæ, *& Ornamentorum Ecclesiæ parœciacæ, pertinet ad Episcopum diœcesin suam visitantem.*
Hospitalium *collatio & dispositio, qualis pridem penes Episcopos fuit, talis relinquitur ijsdem.*
Rerum Ecclesiæ, & Hospitalium *dispensatio, Episcopali muneri incumbit.*
Vtriusque officio, Episcopi, Regiique Magistratus, procurandæ reparationes Ecclesiarum, res Fabricarum, *&* Hospitalium.
6. *Confirmatio regia Ecclesiastici Vsus Nemorum Fiscalium.*
Ecclesiastica exemptio à Financia, *pro nouis* Acquestibus.
Vrbani Clerici non tenentur, soluere nummariam taxationem popularis Indictionis pro Pauperibus Vrbis, nisi in casu sterilitatis, extremæuè necessitatis.
Eleemosynarum vis & efficacia.
7. *Decimæ pecuniariæ, Clero extra ordinem impositæ, , Reuocatio regia, apud Delphinates.*
Diœcesis vna, pro alterius debitis Fiscalibus non inquietanda.
Spirituales Oeconomi Abbatiarum, *& Episcopatuum, Regia Lege aboliti.*
Capitula, *& Conuentus Ecclesiarum Pastore vacantium, in ius ipsius succedunt, quoad Iurisdictionem, & Administrationem canonicam.*
Vicarij, *aut* Coadiutores, *quibus casibus* Abbati, *Episcopo, vel* Curatis *dentur.*
Temporales *Oeconomi maiorum Ecclesiarum, quales in* primitiua *Ecclesia.*
Regaliæ temporalis *fructus competunt Canonicis S.*Capellæ Palatij, *Parisien.*
8. *Annuos Ecclesiæ reditus conseruantia Regum Edicta.*
Nobiles, sacrorum fundorum conductores esse prohibiti.
Vassalli *Ecclesiæ debita* homagia: *& subditi* censuales eidem censum, *iustaq; Dominica exoluant.*
Antiqua Regiæ in Ecclesiam pietatis exempla.
Meldense, de his, Aquisgranense, & Toletanum Concilia.
9. *Ecclesiæ bonorum alienatorum reuocatio, Edictis permissa, ex læsione tertiam iusti pretii partem contingente.*
A Prælato *acquisita, nùm transeant ad eius hæredes, an ad successorem in* Prælatura.

Quicquid acquirunt Monachi, Monasterio quæritur, non hæredibus sanguinis.
Iesuitarum *votiua professio, alia vulgaris in Conuentu particulari emissa, alia solennis in* Capitulo generali.

10. *Consiliarij vnius Clerici in titulum Officij, erectio, in Regia qualibet Sede* præsidiali *Francica*
Iudicandi Munera publica in vetustioribus Politijs, à Sacerdotibus exercebantur.
Iustitiæ imago, quasi Dea cælestis.
Citati ad comparendum ante tribunal DEI *ab iniquè damnatis, vel offensis: Qui mortui sunt, cedente citationis die.*

11. Parlamenti *Aresta prisca, de patrimoniali Ecclesiarum onere in causam Regiæ Militiæ.*
Sed Ecclesiæ subditi, indemnem ipsam hoc nomine præstare debent.

12. *Inter* seculares, *&* regulares *Canonicos multa communia.*
Vtriusuis generis Canonicos, seorsum à laicis *habitare oportet, istósque* Canonialium *domuum habitatione arceri.*

13. *In* Cathedralibus *Ecclesijs, quædam sunt* Canoniæ *&* Præbendæ seruæ, *seu* hebdomadariæ, *ac omnibus horis Diuino officio adstrictæ.*
Aresta de Reiglement *inter* Capitulum *Aurelianen. Ecclesiæ maioris, & sex Canonicos* residentiæ, *duósque* Semipræbendatos, *respectu Diuini* seruitij.
Canonicos omnes ad Presbyterij ordinem promoueri oportet.
Arctissima veterum Canonicorum Regula, & officium.

14. Priuilegiati *Canonici, de non residendo.*
Scholastici nempe, Consiliarij Curiæ clerici, Capellani Capellæ seu Oratorij regij.
Quale exemptionis à residentia *priuilegium, Arestis quodammodò restrictum est.*
Distributiones manuales *absentium, quamuis* priuilegiatorum, *præsentibus Canonicis accrescunt.*

15. *Absentes ab Ecclesia Canonici, ob necessaria sua negotia, quatenùs sint, & quanto tempore excusandi.*
Multò magis, absentes in rem Ecclesiæ suæ Canonici, fauorabiliter tractandi.
Duo Beneficia tenere Concilijs, & Canonibus prohibitum.

16. Tailliæ *Fisci, sunt* reales & patrimoniales *in* Vasconia, *&* Occitania, *vt in* Comitatu *Prouinciæ.*
Sed res soli, data ad fundandam & struendam Ecclesiam, eximitur ibidem iure Tailliarum *Fiscalium.*
Regalia *Francorum, in Episcopatus vacantes.*
Fidelitas per procuratorem iurata ab Episcopo Regi, prodest ei quoad temporalia *Episcopatus sui: sed quoad* spiritualia, *non claudit* Regaliam, *nempe quoad collationem beneficiorum.*
Episcopus personaliter *ad fidelitatem receptus, nouo* Iure *tenetur, primam* Præbendam *vacantem conferre nominato à Rege.*
Decimæ necne cadant in Regaliam, *varia Aresta Curiæ.*
Arreragia *debita tempore* Regaliæ *necdum, eiusdem clausæ tempore, soluta pertinent ad Regem, non ad Episcopum.*

17. *Fructuum Beneficij diuidundorum inter hæredem beneficiarij, & successorem in beneficium, computatio sumitur à die* 1. *Ianuarij ipsius Anni mortis defuncti.*
A die proclamationis Episcopi ad Cardinalatum, in Rom. Consistorio factæ, incipit Regalia: *licet nouus* Cardinalis, *multò pòst*, Cardinalitium titulum *acceperit.*
Dignitas, & Tituli Cardinalium.
Regalia temporalis *Episcopatuum Britanniæ Armoricæ.*

18. Occitanæ Patriæ, *Episcopatus non subijciuntur* Regaliæ, *sed Fidelitati Regibus præstandæ.*
Altißiodorensis Regaliæ *cessio à Rege facta.*

An Capitulum *Altiſsiodorenſis Eccleſiæ, ceſſo hoc Regalium iure, beneficia conferat, Sede vacante, ad aliorum* prouiſiones *excludendas: an verò ad Ius commune ſolùm reducatur.*

Facultates Legati Apoſtolici, in Francica Senatorijs Areſtis modificatæ *&* *reſtrictæ.*

19. *In Lucionenſi Pictonum, Epiſcopatu, nùm* Regalia *locum habeat.*

Regula Cancellariæ *Apoſtolicæ, de 20. Diebus ſeruatur in Regijs collationibus* Beneficiorum

Sede Epiſcopali vacante, Eccleſiaſt. Iuriſdictio ad quem deuoluatur.

Laudunenſis Archidiaconi prærogatiua, in exercitio ſpiritualis Iuriſdictionis, vacante Sede.

20. *Pactitia collationum* Beneficialium *reſeruatio, in* reſignatione *Epiſcopatus, non tenet, in præiudicium Regaliæ.*

Improbatur pariter Penſionum reſeruatio, ſuper Epiſcopatu, vel Curato beneficio reſignato: *Niſi in caſibus ſacro Canone exceptis.*

21. *Aulicis Cantoribus &* Capellanis affecta, *Regiæ collationis Beneficia.*

Quod tamen, in multis, à Senatu modificatum eſt.

Regij Sacrifici, finito tempore Eccleſiaſtici ſui in Aula ſeruitij, *tenentur* perſonaliter deſeruire *in ſuis Beneficijs.*

Nec, abſentiæ interim tempore, lucrantur manuales *pecuniæ* Diſtributiones.

Roman. Pontifex, cenſetur Ordinarius collator, octo Menſibus Anni in nouem Epiſcopatibus Britanniæ.

Reſidentibus tamen Epiſcopis inibi Papa *concedere ſolet liberam Beneficiorum collationem purè ac indefinitè.*

Apoſtolicum Indultum Cardinali, *Britanniæ Epiſcopatum vnum habenti, ſi in eo non reſideat, minimè impedit collationes* Papę, *tanquam Ordinarij, in ſuis Menſibus Anni.*

22. Appariatio *ſeu* aſſociatio *Regum per Eccleſiam in ſuis bonis, ad* temporalium *iſtorum protectionem.*

Eccleſiaſticis non licet in Regiæ huiuſmodi conſociationis diſpendium, communes ſeruos Manuſmortuę affranchire.

Sacrati fundi, Bellica quondam Armatorum contributione onerati.

Principi ius eſt, in Eccleſiaſticis Oppidis, vrbanæ Politiæ ergô, Ædiles ſeu Scabinos *creare.*

23. *Clericorum,* Regularium *præcipuè, officium, à profanis ciuilibúſque negotijs abſtinere.*

Chriſtianorum genus duplex

Monaſticorum Conuentuum, de præeminentia, contentio in Proceſſionibus *publicis, & Funeribus defunctorum.*

An Benedictini in his, tanquam ſtrictioris Regulæ Monachi, præferendi ſint Auguſtinianis.

24. Temporalium *bonorum cupiditas, Clericis, ac Monachis præſertim vitanda.*

Horum temporum calamitatis Prædictio vetus.

A Monacho acquiſitis Monaſterium ſuccedit.

Illo autem in aliud Cœnobium tranſlato, tacitè quæſita priori, ad ſecundum hoc proprietate non tranſeunt, ſed alimentario ſolùm tranſlati Monachi vſufructu.

Monachus, Abbas *factus alterius Monaſterij, ſi iſtud* reſignet *cum reſeruatione certi* Membri, *nouum ipſius Cœnobij* Abbam *morte relinquit ſucceſſorem in peculium ſuum.*

Statuta *Ordinis Fratrum Prædicatorum, de peculiari ſucceſſione Fratrum decedentium.*

25. *Nùm* Collegiatę *Andium Eccleſiæ, vſus Romani* Breuiarij *rectè impoſitus ſit ab Epiſcopo Andegauen.*

Publicæ preces, olim in Eccleſiis, hæ demùm receptæ, quæ Conciliis adprobatæ, vel cum Prudentioribus comparatæ eſſent.

Qua in Diœceſi varium ac multiplex eſt Diuinum officium, eidem potiſsimè vſus

Romani Missalis *præscribitur.*

Prouinciales Galliarum Synodi vltimæ, de eo Missali & Breuiario.

16. *Viator ac peregrinus Monachus de* Abbatis licentia, *moriens humari debet in proximo Ordinis sui Monasterio, si in suum proprium commodè portari nequeat.*

Nouitius, ante Professionem monasticam decedens alio loco non longè remoto, inhumandus est Cœnobio, cuius Nouitius erat.

Quibus impensis Abba commendatarius *funeretur, hæredumnè, an* Abbatis *noui.*

27. *Operis* EPILOGVS, *cum humili Auctoris ad Monasticos Ordines Deprecatione.*





TITVLVS. III.

DE COMMVNIBVS MONASTICÆ SECTÆ CVM CLERO SECVLI PRÆROGATIVIS.

1. XPOSITIS SINGVLARIBVS MONAstici Ordinis cuiusque Priuilegijs, tum Apostolicis, tum Regijs: Nunc COMMVNIA ipsius, cum Clero vniuerso, exequamur. Nam etsi initio Monachi à Clericis secernerētur prorsus, Iustinianea Leg. generaliter Cod. De episc.&cler. Illis tamen Ecclesiastica priuilegia ritè adplicari, satis liquet Cæsareo Arcadij & Honorij Rescripto, de Monachis Clericorum ritu, ordinādis leg. si quos fortè De episc. Eccles. & Cleric. In Cod. Theod. Vnde, prisca ea tempestate, Iulianus ille misopogon legitur, ex monacho factus Clericus, & * Anagnostes in Ecclesia Nicomediensi. Epistol. 76. B. Augustini, & P. Diaconi Lib. histor. 11. Quare Gallica etiam in Hierarchia, statutum est à Karolo Mag. Cœnobitas oppidatim regionatimq; Episcopis subijci, & sacris eorum decretis obsequi debere. Capituli. Caroli libro Quinto. Ac licet, longa pòst ætatum seriè, cucullatos sacerdotes exemerint Romani Pontifices ordinario Præsulis imperio Diœcesani: Francico certè Clero postulante, in * PanCelticis comitijs edixit Henricus 3. rex, Monasticam censuram ac disciplinam, Cœnobij quàmlibet exemptis (quæ nondum sancta Congregatione regerentur, indicta Tridentino Concilio) restituendam à singulis Diœcesum Episcopis, & Archiepiscopis, bino Ordinis Patre censoreque Monastico, adhibito. Blesensis Constitution.. §. 27. & 30. Quam Erricus 4. rex Constitutionem piè renouauit, Epistola aperta Majo Mens. An. 1596.

Veterem monachorū & Clericorum distinctionem vide Lib. 2. Sacræ Polit. Tit. vlt. Art 6.

Iulianus Cæs. Christianæ militiæ postmodum desertor, & Apostata.

* Lector.

Lib. 5 Art. 25. 78. 79.

* Generalibus Franciæ Statibus.

Blesense Edictum, de reformatione Monasteriorū exemptorū, Maio Mēs. An 1579.

Regia Ordinatio ad supplicem libellum Cleri Frāciæ, Parisijs cōgregati An. 1596.

2. PRINCIPIO enim, Christianæ Proceres Ecclesiæ, habiti sunt Diœcesani Antistites: auspicijs Romani summi Pastoris, qui Vicario CHRISTI munere fungitur in Orbe terrarum. Varij quippe, varia per Territoria sparsis Superûm Oraculis, Episcopales sedes primùm collocarunt, Maximinus, apud Aquas Sextias Narbonensis Prouinciæ: Germanus, Antissiodori: Firminus, Ambianis: Sanctinus, Meldis: Ruffus, apud Mediomatrices: Paternus, Constantię, Neustriorum: Amantius, Ruthenis Aquitaniæ: Memmius, Catalauni Camhanorum, Maximinus, Ebreduni: Valentiæ Delphinatium, Apollinaris: Et alij passim Christianæ Legis præcones, per mediam Galliam, pontificales Cathedras posuêre, quos recensuimus in Ecclesiast. Politia. Haud secus in Italia, Patauij Antistes 1. Prosdocimus: Aquileiensium, Hermagoras: Fœlix, Nouocomi: Anathalo, Mediolanensium: Narnus, Bergomi: Vigilius, Tridentinorum: Vercellarum, Eusebius, pontifices præluxêre. In Germania item, Frisingæ primus Episcopali solio præsedit Corbinianus: Treuirorum, Eucharius: Domnus, Viennæ Austriacæ: Villehadus, Bremæ: Florentius, Argentorati: Vuolfgangus, Ratisponensium:

Primi Diœcesum Episcopi Christiani Quorum Gallicos nonnullos citat Gregorius Turonen. In Lib. de Glor. Cōfess. Art. 4. 66. 67 59. 70. 80 84. &c.

Ays, en Prouence.

Anathalo, Barnabæ apostoli, apud Insubres, successor, Euftorgius, & Caius primi Præsules Mediolani.

In Tungrorum vrbe Leodicum tunc Maternus Episcopus An. 138. Episcopalis autẽ sedes inde traducta a B. Seruatio Traiectum Mosæ (à *Maestricht*), reducitur Leodium a S. Huberto Ann 713. Teste Barlando in Traiecten. Episcoporum Catalogo.

Gaugericus, Cameracensis 1 Episcopus.

*Episcopo non liceat sua relicta Parochia, ad aliã transire, etiam si à pluribus cogatur &c.

Constantinopolitana 6 Synodus, & Chalcedonensis. In Volum. 2. Concil.

Legis Francic. Lib 1 Cap. 8.11.66.67.76.

Burchardus, Herbipolis: Bonifacius, Moguntiæ: Evvillebaldus, Aystetensteten sis, & Narcissus, in Rhetia Episcopi. Circumiectis pariter in Regionibus, Præfecturas sacras primi gesserunt, Cyrillus, Morauię: Hieronymus, Vratislauiæ: Ruthenorum Pruteniæ, Bruno: Vvillibrodus, Traiectensium: Tungrorum, Hubertus: Seruatius, Tungrensium, apud Traiectum: & Gaugericus, Augustæ Samarobrinorum. Hispani, ad hæc, primum Vrgellæ suæ Præsulem acclamitant D Germengaudium: & Britanni Insulares, S. Birinum, 1. Episcopum Dorcestriensem. Vt patrijs singularum Regionum Annalibus perhibetur. Exin Diœcesis quælibet certis sensim finibus circumscripta fuit, intra quos, Antistes sacra in omnes potestate citra exceptionẽ vteretur: Quasi parochus, intra metas Parœciaci territorij. Nam & pontificali Diœcesi Parisien. nomen inditum olim docet Apostolicus hic Canon. 13. * Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται.. Quod similiter Parœciæ Episcopalis vocabulum vsurpauit sacer Byzantiorum Conuentus 6. in can. 25. Synodus item Chalcedonensis, 17. Cap. Toletana 9. in can. bonæ rei caus. 12. Quæst. 2. Tum Vrbanus 1. P. Rescripto ad Hugonem Lugduni Archiepiscopum, in can. Lugdunensis parœciæ clericos Caus. 9. Quæst. 2. Can. videntes Caus. 12. Quæst. 1. Idem planè designat Gelasij P. ad Cælestinum Episcopum, Can. presbyteri Distinct. 24. Et Decretalis epistola Innocentij 3. ad Præsulem S. Andrææ, Cap Apostolicæ De donat. Sic Parœciæ Verbum pro Diœcesi sumitur Legib. Caroli Mag. In summa, iustis adeo decretis sancita est Episcopi in Diœcesanos auctoritas, vt B. Cyprian. haud aliunde obortas Hęreses scribat, nataue Schismata, quàm inde quod tali Sacerdoti Dei non obtemperetur Lib. 1. Epist. 3. ad Cornelium fratrem.

Abbatia d'*Orbez* in Campania Francica.

Chronicõn *de Haynau*: compilator Fr. Iohannes. *de Guise* Minorita.

Chaalons.

Abbatia *d'Egmont en Hollande.*

Traiectum, *Vtrecht* sed Traiectum Mosę, seu Traiectũ superius. *Maestricht*, perinde Episcopalis ciuitas ac Traiectensis *Vtrecht*. Vvirtzibutgẽsis Episcopatus in Francia Orientali Germaniæ.

Gnoldsbachii structũ D. Gumberti monasterium nunc Canonicorum Societas secularium.

3. QVEMADMODVM ergo Cœnobitæ Episcopis antiquitùs paruerunt, reliquorum instar Clericorum, vt anteriore Lib. dictum est: Ita sacrati Ordinis Priuilegia, vel eò quidem fauorabilius, illis aptanda, quò arctiori se vitæ Instituto deuinxerint Quippe & hoc Christianæ Pietatis cultu Monastico impulsi Episcopi fundarunt sparsim intra suas Diœceses Cœnobitica templa: quorum Administri, Hymnis canticisque assiduis, & prædicatoria *Diuini Verbi* functione cunctos mortales iuuarent. Testatur Flodoardus, Rhemorum Antistitem Niuardum extruxisse Cœnobium Altiuillare, & Monasticam D. Baslei Casam varijs Immunitatum munerib. affecisse. Lib. 2. sacræ Rhemorum Hist. Cap. 7. Ab eodem traditur (cap. 10.) B. Rieuleus, Rhemensis pontifex, Orbesij Monasterij structuram promouisse eo in solo, quod Theodoricus rex ipsi erogasset. Hannonij verò Annales fidem faciunt, Rogerium 1. Catalauni Veromanduorum Præsulem, condidisse Monasticam Ædem Petri, Catalaunen. Circà Annum 1000. Item Rogerium 2. Catalaunensem episcopum fundamenta iecisse Cœnobitici Fani Diuorum omnium, Augustiniani Ordinis Anno. 1063. Volum. 3. Cap. 3. In Belgio rursus, Andreas Traiectensium Antistes comperitur, extinctã penè pietatem in Egmondano Batauorum Monasterio reuocasse, Barlando auctore, in Catalogo Traiecten. Episcoporum. Godebaldus insuper, Traiectensis pontifex, duo excitauit Cœnobia Benedictinæ regulæ, Monachorũ vnum Laurentino martyri sacrum, alterum Monialium, Diuæ Dei genitrici. Afridus necnon, ibidem Episcopus, Benedictinam Mandram erexit, non longè ab Amersfordia oppido. Conradus pariter, in Episcopali Cathedra Traiecti instituit Canonicorum Collegium Deiparæ Virginis. Adelboldum quoque Traiecten. Præsulem, memorat Barlandus, in sacra Trelẽsi Basilica Sodalitium fundasse Canonicorum. Sub Annum 1020. Germaniæ itidem, Herbipolensis episcopus, Henricus Benedictinum S. Gumberti, aliáque exædificauit Cœnobia, quæ sigillatim Gaspar Bruschius percẽsuit, in Tract. Germanic. Episcopat. Scriptore eodẽ, Hugo fertur, in Præfectura Herbipolensis Ecclesiæ, Benedictinum D. Andrææ Cœnobiũ restaurasse, nũc seculi Canonicorum Collegiũ. Præterea Henricus 4. Episcopus struxit Veyelsdorfense Monasterium Anno 1206. B. Gothardus, Hildesheymensis Præsul

Præsul, D. Mauritio sacrauit Cœnobiticam Ædem in Monte, & Haldusensem Mandram, Benedictinæ Normæ, An. 1204. Iuxta hæc, narrat Bruschius inibi, Padebornensium Antistitem Bernhardum fundasse Monasticam Virginum Casam Geldensem: vti virorum, Heerdhausensem, circiter An. 1143. Nec leuiori Religionis studio, Marcolffus, in Moguntino pontificatu, restituit fulciitque Cœnobia complura, haud procul ab ea Ciuitate sita sub Ann. 1135. Peræquè Bernhardus, Patauiensis Noricorum Episcopus, Angelorum Cellam adstruxit Cisterciensi Familiæ An. 1293. Haud aliter Patauij Vdalrichus pontifex exctauit B. Georgij Fanum Monasticum An. 1112 & Canonicis è Gottuuico depulsis, Benedictinos suffecit. Burgonem his subde, Vangionensis ecclesiæ Præsidem, Monasticarum Ædium instauratorem: abs quo etiam nouum conditum est Schonouiense, Cistercien. Instituti, Cœnobium. Pari modo, Fridericus 2. Vangionum Episcopus, Kirsgartense renouauit illustrauitque domicilium Cœnobitarum: quod, pestilenti lue absumptis Monialibus, dedit *regularibus* Canonicis incolendum. Circa An. 1440. Porro Heribertus Aystetensium Præsul, An. 1090. Cœnobiticam Casam exædificauit, cuius titulum suppressit Bruschius, vbi suprà. Planè inter Augustanos Germaniæ Antistites, S. Victerpius Phana consecrauit D. Benedicti Purrhensis, Campidonensis, & S. Magni, Cœnobiorum. Sub Ann. 750. Ita B. Vdalricus, huic Præfectus Diœcesi, sacrum Parthenonem D. Stephano dicauit, ideo nuncupatum, quod Pannoniæ regem captum, eò loci, abluisset Christiano lauacro, Stephanúmque nominasset. Quinetiam S. Pirminius, Meldorum Galliæ Episcopus, adita Germania, erexit *Regulares* Conuentus plerósque, Mauritianum imprimis, apud Treuiros: Schuttetensem, Gengebachum, Neuuiterensem, in Argentina. Alsatiæ, Diœcesi. Idem, Murbacense fundauit Monasterium, in Basiliensi Rauracorum Territorio sacro: Benedictinum rursus in Herbipolensi Episcopatu. Vt est apud Ioh. Tritthemium, in Historico Francic. Origin. Compendio. E Saxonicis itidem Ecclesiæ Præfecturis. Crantzius multos promit Antistites simul & Cœnobiorum conditores: ab An. Christi 780. ad An. vsque 1504. In Metropoli, seu Ecclesiastica Saxonum Historia. Britannis denique, Augustinus Episcopus, missu Gregorij 1. P. promouit insigne Cœnobium ad regiam Vrbem: Quod, ipsius hortatu, Edelbertus Rex magnificè ædificatum, optima dote instruxit, adscripto Petri & Pauli titulo, eximiorum Christi Legatorum. Sicuti Beda literis prodidit, Ecclef. Hist. Anglor. Lib. 1. Cap. 23. & 33.

S. Floriani Cœnobiũ Benedictinum. Ab Episcopo Patauiẽsi Engilberto repurgatum est, ac Canonicis S. August. traditum An. 1050. Ex Bruschio.

Episcopus *de Passau, in Bauaria.*

Vvormatienses Episcopi.

S Stephanus Hungariæ rex, qui vita decessit An 1038.

Meaux en Brie.

Diœcesis *de Strasbourg.*

Volum. 1. De Origine Reg. Franc.

Sacra hæc Histor. Saxonica, Lib. 12. absoluitur.

August. in Angliam missus à P.P. ad extirpandam præcipuè Hæresim Pelagianorum.

D. Ambrosius in tempore quo Episcopus ordinatus est Mediolani, aurum atque argentum quod habere poterat, Ecclesiæ vel pauperibus contulit. Prædia etiam quæ habebat, reseruato vsufructu germanæ suæ, donauit ecclesiæ, nil sibi quod hic suum esse diceret, derelinquens, vt nudus atque expeditus miles Christum dominum sequeretur, qui cum diues esset, pauper propter nos factus est, vt nos eius inopia ditaremur. Ex D. Ambrosij vita à titulo Paulini Episcopi ad B. Augustinum conscripta.

Frotarius Pictauiensis Episcopus struxit & dotauit Abbatiam D. Cypriani Pictaui, sub Annum 876. Ex Aquitan. Chronic.

Anselmus 5. Pusterlius Mediolanen. Archiepiscopus 84. S. Bernardum hospitio sæpius excepit: cuius causa Monasterium Clareuallense, extra portam Romanam, ab Anselmo Archinto ædificandum curauit. Vt est in Catalogo Mediolanens. Archiepiscoporum, edito ex Concilij Prouincialis decreto temporibus Caroli Boromæi, Archiepiscopi Cardinalis.

Ibidem, S. Galdinus, Valuasorius, Salensis Mediolani Archiepiscopus, Vrbem à Friderico 1. Cæs. dirutam instaurauit, ædes Archiepiscopales restituit, Humiliatorum Ordinem, ex auctoritate summi Pontificis comprobauit, Laudensibus Episcopum dedit.

L'Abbaye de S. Pierre au Mont, en la ville de Chaalons en Champagne, est de la fondation d'vn Euesque de Chaalons. Ladicte Abbaye a partie de la ville, appellée le Ban S. Pierre, tenuë d'elle en seigneurie fonciere & toute Iustice. Le Roy Robert ottroya à ladicte Abbaye Lettres d'admortissement, specialement de Banno S. Petri. *Et en l'an 1603. y auoit procés en Parlement au rapport de Monsieur des Croisettes, A sçauoir si ledit Abbé & Religieux qui ont mense separée, s'ils sont fondez contre les habitans du Ban S. Pierre à auoir lots & ventes, des maisons vendues sizes audit Ban. Lesquels habitans soustiennent n'en deuoir & n'en auoir oncques accoustumé payer, encores qu'ils recognoissent quelques cens ou rente ausdicts Religieux.* De quo vide *l'Article 123. & 125. de la coustume de Chaalons.*

Albero *de Chiny, Euesque de Verdun, enuiron l'an 1131. fonda l'Abbaye de Chastillon Ordre de Cisteaux, diocese de Verdun* Lib 5. Belgicarum Antiquitatum Ricardi Vvaburgij.

Richardus 2. Bituricen. Archiepiscopus, qui sedit An, 1092. ædificauit & dotauit Monasterium Plenipedense. Eiusque successor Archiepiscopus Aldebertus multa bona largitus est d. Monasterio Plenipedensi, Ordinis S. Augustini.

Heribertus, Antimianus, à Benedicto 12. P. factus Mediolani Archiepiscopus, Monasterium S. Dionysij ædificauit & Ecclesiam S. Satyri in Porta Romana consecrauit.

Angelbertus 1. Posterlius à Gregorio 4. Archiepiscopus Mediolani creatus, Faustini Cœnobij, quod Rambertus Episcopus exædificarat, institutionem ratam habuit. Hoc tempore, (quo Ludouicus Pius imperabat) Mediolani multæ Ecclesiæ ædificantur.

S. Dauid Archiepiscopus Bituricen. Monasterium puellarum in memoria D. Laurentij Biturigum construxit & dotari curauit à Carolo Magn. Sed Aimoynus hoc tri[illegible] Ludouico Pio filio, Lib. 5. Cap. 3. Richardus 2. Biturigum Archiep. struxit & dotauit monasterium Plenipedense, ordinis S. Augustini in quo decessit 5. Calend. Maij An. 1092. Ex Chronologia Biturig. Archiep.

S. Malachias, factus Dunensis Episcopus, confestim more suo curauit, asciscere ad solatium sibi de filiis suis Conuentuum regularium clericorum. Et ecce rursus accingitur quasi nouus Christi tyro ad spirituale certamen, rursus induitur arma potentia Deo, sanctæ paupertatis humilitate, rigorem disciplinæ Cœnobialis, otium contemplandi, orandi assiduitatem.

De Ecclesi. priuilegiis & Exemptionibus Lib. 1. Domanij Franciæ. Tit. 13. art. 10. & 18. Ac Lib. 3. Polit. Ecclesi. Tit. 1. & 2.

Regiæ Ordinationes die 10 Septemb. 1568 & 20. Decemb. 1574. *d'exemption aux Ecclesiastiques de toutes Tailles, impositiõs, & contributiõs, ores qu'elles soient ordonnées tant sur priuilegiez que non priuilegiez, fors pour les biens patrimoniaux des particuliers Beneficiez.* Verificatio Edictorũ in Parlamento die 5. Maii 1575. 25. Ianu & 8 Martii An. 1580.

Literæ exemptionis *de loger gens de guerre es Eglises, & maisons des Ecclesiastiques, & de contribuer aux munitiõs, fortifications, subsides, aydes de ville, emprũtz &c.* Di 1. Maii 1596. Verificatæ in Curia die 13. ciusd Mens.

Ordinatio regia *touchant les emprunts sur les villes* Die 16. Nouemb. 1585, Publicata in Parlamento die 14. Maii An seq.

4 Tot igitur Cœnobiorum patroni auctorésque, Episcopi, Monachos non dedignãtur Ecclesiastici priuilegij consortes: quod Clero impertierint generatim tum Pontifices, tum Principes Orbis Christiani. Cuiusmodi singulare Ius è priscis Rerumpubl. Monumentis deprompsimus Lib. 1. Fiscalis Patrimonij Gallorum, & tertio Politiæ Sacræ. Nec incongruum tamen erit, neoterica Principum Nostrorum Edicta ciere istic, queis Regia vetus in Sacerdotes benignitas refricatur. Nam Carolus 9. Ecclesiasticam sanxit munerum vacationem Fiscalis Indictionis, Tributionúmq; rei nummariæ. Demptis modò hinc priuati cuiúsque Clerici profanis latifundiis, quorum pro modulo, publica eiusmodi onera subeunt illi. Gemina Constitutione, Mart. Mens. Ann. 1567. & 4. Idus Septemb. 1568. Queîs consentaneas Erricus 3. Leges tulit 13. Calend. Ianuar. 1574. Maio. Mens. 1577. Ac de Comitiali Gallicorum Ordinum sententia Ann. 1579. Art. 58. Blesensis Edicti, cum Art. 10. Melodunensis, lati Februar. Mens. Ann. 1580. Has quoque Regias Leges, Senatus in Commentarios suos regessit Tertio Nonas Majas 1575. Octauo Cal. Febru. Et postridie Nonas Martias An. 1580. Secundùm isthæc, Erricus 4. rex Sacerdotio priuilegia sua, veterúmque iura Immunitatum reseruauit. Piis Codicillis Maij Mens. An. 1596. Inde Clericorum ædificia, Villæ prædia eximuntur Hospitio Militum, & militari qualibet æris collatione. Principali Rescripto Mart. Mens. 1577. Quod iteratum quidem Calendis Maijs An. 1596 probauit Ornatiss. Curia, tertio Idus Majas seq. Ac de his Nos latiùs, Ecclesiast. Polit. lib. 3. Tit. 2. Art. 3. Cùm autem ciuitatum Ædiles, vrbanum Clerum in contributionem vocarent pecuniarum Ciuibus indictarum, Fiscalis mutui nomine, Princeps hoc onere exoluit sacrati Ordinis viros, ciuilibusque muneribus aliis. Seposita duntaxat, in custodiam periclitantis Vrbis, opera functionéque necessaria. Qualem omnes promiscuè Ciues communem functionem obire tenentur in summo patriæ Vrbis discrimine. Edicto 16. Calend. Decemb. 1585. in Curia propalam recitato pridie Idus Majas posteri Anni. Quòd si Clerici, priuatas etiam profanásque res soli in Vrbe possideant, nummariæ in Fiscum collationi subijciuntur, vnà cum reliquis Oppidanis. Sicuti ea Principis Sanctione constitutum est.

Edictum die 11. Maii 1561. Registratum in Curia die 28. eiusd Mens. *de reuocation de l'Edict attributif de Iurisdiction aux Esleuz & Controolleurs pour l'audition des Comptes des Marguilliers & Procureurs des Fabriques d'Eglises.*

Edictum *sur les Remõstrances du Clergé* Die 1. Maii 1596.

5 Præterea ad Gallici Cleri preces, Henricus 3. Rex abrogauit Edictum, Quintili Mense perlatum An. 1560. Quo Edicto, parœciaci Fani Curatores iubebantur, quotannis suæ Curationis Ratiocinia proferre penes selectos Vectigalium Iudices regios. Nam libera illis deinceps potestas facta est reddundarum sacræ Fabricæ rationum, pro more suo prisco, & Instituto. Principali Lege Francica, Quinto Idus Majas An. 1582. Cui accessit Senatorium elogium, in gratiam Ecclesiastici Ordinis nuncupatim 5. Cal. Iunias eod. An. Quin & Blesensis Constitutio anterior (§. 52.) ad Episcoporum curam sollicitudinémque reuocarat Curalium templorum Fabricam & instaurationem, Ecclesiastica simul ipsorum ornamenta: ne Diuino offi-

cio necessaria deferent, sacri purà Codices, Nolæ, Cruces, Calices, cæteráque id genus. Illuc vergit pariter Regia Errici 4. Sanctio kalend. Maijs Ann. 1596. (Art. 8.) quæ saluum ac incolume ius tuetur Præfectorum Ecclesiæ, in dispensandis & conferendis digno cuique * Xenodochiis antiqui sui muneris ac beneficij: tum in dispungendis annuorum prouentuum Rationibus, ad pia eiusmodi Hospitia pertinentium. Ita sensim patrio Visu, æquum tantúmque experitur Decretum Tridentinum, de excutiendis Æedituorum Ratiociniis, publicique Rectorum Valetudinarij. Synodica Sessione 22. peracta Quindecimo Calend. Octob. An. 1562. Cap. 9. Nec enim ambigimus, profanos sacrarum Ædium Tutores, ratiocinia edere in Regiis tribunalibus solitos: Gallica Iurisprudentia, quam citauimus in Forensi nostra Ecclesiæ Politeia. Sed Tridentini quoque PATRES sua illa Sententia disertè exceperunt proprium Regionis morem cuiusque, priuilegium, aut Constitutionem loci peculiarem: cita. Cap 9. Dein superiori Cap. 8. speciatim eximuntur iuridico Episcoporum imperio Collegia pia, iuris Regalis, Nosocomia, seu qua alia Pietatis domicilia Regio patrocinio purè teguntur. Insuper, si rem ad viuum resecare velimus, patet Ecclesiastica vetere Disciplina, fuisse primitùs penes Episcopos Ratiociniorum illorum notionem ac dispunctionem, velut consecratæ Templo pecuniæ, aut ægris, inopibusuè alendis in publico Hospitali diuersorio. Cœlitum enim Fanis destinata, alijsuè piis locis instruendis, procurabant Antistites prisci, suæq; notioni reseruabant: * Diœcetæ nimirum ipsi, & Diœcesi tota Præfecti sacræ Iurisdiction. Vt Gallica in Ecclesia sancitum fuit, Cabilonensi 2. Conuentu Francicorum Præsulum. Can. 3. Caus. Quæst. 1. In Germanico itidem Clero, Moguntiæ Coacto, 5. Iduum Iun. Ann. 813. Quo in Moguntino Concessu Ecclesiasticorum procerum, statuta hæc comperimus. *Vt Episcopi habeant potestatem, res Ecclesiasticas prouidere, regere, dispensare. Volumus, vt Laici, eorum ministerio, obediant Episcopis ad regendas Ecclesias Dei, viduas, & orphanos defendendos, & vt obedientes sint eis, ad eorum Christianitatem seruandam, & Episcopi consentientes sint Comitibus & Iudicibus ad Iustitias faciendas &c.* Vniuersim autem Constitutionibus Apostolicis de eo præscriptum est, in hanc formulam Ecclesiasticarum rerum omnium procurationem Episcopus gerito, easq; dispensato, quasi inspectante DEO. Vnde prodijt etiam D. Gregorij ad Barbarum Episcopum hortatrix Epistola. 16. Regesti 11. in Can. obitum Dist. 61. Cùm Eugeniano decreto Pontificalis curæ, præfecturæq; * Nosocomij cuiusuis, seu publici pauperum Hospitij. At senescente paulatim, & frigescente pontificum in Xenodochia studio, Fabricásq; Têplorum, ciuiles Magistratus quasi in vacua venêre, desertáq; à sacris Pastoribus, Iuridico imperio occuparunt. Sic in vetusto Hebræorũ Principatu, Ioas rex perlibenter tulit, votiuum æs Peregrinorũ, quod in sanctam Numini Ædem inferebatur, à Sacerdotibus colligi & tractari, hac lege, vt sartum tectum DOMINI Fanum, eiúsq; restaurationi necessaria procurarent. Verum spreta ab his DOMINICI delubri refectione, Princeps à Ioiada pontifice repetiit Sacerdotúmque choro sacrum Aurum: Quod subinde in * Gazophylacio condi iussit, Aræ Templi finitimo, in huius reparationem atque fulturam. Numerandis tamen, ac dispensandis in eum vsum nummis præsto aderat vterque, Sacerdos & Regius scriba: eíque Actui, amborum opera coniunctim adhibebatur. Regum Lib. 4. Cap. 12. Et Paralip. 2. Cap. 24. In Christiani pariter * Hierarchia, Episcopi quidem sacris Fabricis præfuêre antiquitùs, censoria inspectione & examine annuorum Æditui Ratiociniorum. Sed eam officij partem. quùm ab ipsis derelicta, aut intermissa fuisset, profani Iudices sibi adsciuerunt. Vt candidè professus fuit Carolus 6. Galliarum rex, Edicto An. 1385. quod Senatorij Styli Libro attexitur. Hoc tamen, iusto vtique temperamento moderandum statuit Legislator ipse Carolus, vt, Hebræorum velut exemplo, talium curatio negotiorum Ecclesiæ, quibusdam mandaretur à Regio magistratu, ex consilio cœnobitarum Monastici phani, Hospitaliúmq; ædium, quæ ruinam minarentur, aut sententiam rogato

* Hospitalibus.

Concil. Tridentini Session facta, Die 17. Sept. An 1562. Cap. 9. De Reformat.

Lib. 2. Tit 2. Art. 7. 8.

Cap. 8. Session. 22. Concilij Trident. In Vers. habeant ius visitandi Hospitalia, Collegia quæcumque, ac Confraternitates laicorum, etiam quas Scholas vocant: Non tamen quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia &c.

* Administratores Iuridici.

Synodus Cabilonensis 2.

Cap. 8. Moguntini Concilii prouincialis, acti die 9. Iun. An. 813.

* *Maladerie.*

Eugenii P. sententia, de Episcopali Hospitalium & Leprosariarum ritè administrandarum sollicitudine. Cap. de Xenodochiis De relig. domib.

* publico pecuniarum Conditorio sacro.

* Prælatura Ecclesiæ.

Computa Matricu-lariorum, & Fabricæ Ecclesiarum parochialium.

Parte 3. De Ordinat. regiis, Tit 27. In Volum. Styli Parlamentaris.

Cœnobiarcha, Monachorũq; Cœtu, queîs *Regulare* sacerdotiũ subiaceret. Ita Blesense tandem Edictum, illa in parte, suam vtrique seruat prærogatiuam, Pontificio æquè Magistratui, ac Regio d. §. 52. Cur autem, quibusuè casibus, profani ius dicant de annuis Fabricæ Templi prouentibus, bonorúmque Oeconomia publici Valetudinarij, disserit Felynus copiosè, ad Cap. De quarta Tit. De præscr. Et Ancharanus Iur. Cons. in Resp. 343.

6 FRANCICA deinde Clero tributa est à Principe muneris vacatio pecuniarij, quod singulis Regibus semel præstari consuêrat pro Ananeosi seu reuocatione priuilegiarij Vsus antiqui lignorum, pastionisuè pecorum in Sylua regia. Edicto postridie Nonas Februar. 1586. Senatoria in Acta regesto pridie Idus Majas Eod. Ann. Cui Edicto consimile latum postridie Idus Ianuar. Ann. 1598. quod suprema Curia promulgauit 12. Calend. Majas subsequentes. Pius insuper Rex, sacratum Ordinem exonerauit solenni Professione & Catalogo dando singularum Ecclesiæ possessionum, simul & nummaria in Fiscum Redemptione fundorum, quos sibi recèns comparasset. Epistola aperta Calend. Maiis 1596. cui PATRES PARISIENSES subscripsêre, tertio Idus Majas. Eod. An. Iuxta munificas Caroli 9. ac Errici 3. Tabulas, quæ à Nobis alio loco percensentur. Clericos rursus Princeps vacuos liberósque abire iussit nummaria Ciuium in Egenos collatione: Qua, Clerus seorsùm pro officio defungi solet. Regia Lege 3. Nonas Nouemb. An. 1572. Senatui probata 11. Calend. Ianuar. posteriores. Quam Erricus 4. Legem immunitatis Sacerdotibus reseruauit: sepósita causa nouæ inopinæque sterilitatis aruorum, vel grauissimæ caritatis Annonæ Rescripto pridie Calend. Sextiles An. 1597. Verùm hoc interim de sacris largitionibus definitum sit generatim, inopes ampliorem bonorum portionem, cum Ecclesiasticis, iure sortiri Primigeniorum. Antiquæ enim Fidelium oblationes, queîs in vnum ceu corpus sacri Census coaluêre, dicuntur Patrimonia Pauperum: iis videlicet propria, re ipsa, vt titulo tenus, beneficiariis Ecclesiæ: illis nexu ac mancipio, his vsu ac fructu, cuius tamen portio illi opima demetitur. Sicuti ex decretali Epistol. Vrbani 1. colligere est, in Lib. Pontificali Damasi P. Cùm enim Christiano cuique commendatur à Tertulliano benigna stipis in egenos collatio, tum Clero potissimè, quasi fiduciario rerum Ecclesiæ dispensatori. Liberalis quippe * ἐλεημοσύνη non modò vitiorum sordes abluit (Daniel. 4. & Ecclesiast. 3.) sed fœneratitio etiam quæstu rependitur à DEO OPT. Max. Vt Diuina Solomonis Adagia testantur, Capit. 19. 21. Eadem nobis inculcantur à B. Clemente in Apostol. Constitutionibus, (Lib. 7. Cap. 13.) deindéque à Byzantiis proceribus Christianæ Ecclesiæ, in Synodo 5. Constantinopoleos, Actio. 1. Quemadmodùm igitur Ecclesiasticis decretis ἐλεημοσύνων, Reges prisci auxiliarem adiunxêre ciuilis Politiæ neruum Francica Lege, Cap. 159. Lib. 1. Ita posteri Principes nostri, Edictis constabilierunt piarum largitatum in Pauperes œconomiam, eáque Lege teneri Sacerdotes circumspecto modulo, voluêre. Id quod Politico Ecclesiæ in Opere est à Nobis adnotatum. Quinimò Hierosolymitani sacræ Militiæ Equites, qui nummariis Gallici Cleri oneribus immunes se iactitant, vltrò damnari se ab Senatu passi sunt, conferre symbolum in publicam Trecensium inopum alimoniam, vitæque subsidium tenuiorum Extemporali Decreto 3. Nonas Majas Ann. 1598. quùm Loysellus, Melitensium Equitum: & Goutierus, Augustobonæ Trecensis Ædilium causam egissent. In Catalogo litium Campanarum.

7 INCLYTI, ad hæc, Principes nostri Delphinates Sacris addictos Decumano ære liberarunt, quod extra ordinem impositum ostenderetur. Diplomate 10. Calend. Majas An 1598. Quæcunque item Clero indicta sit pecunia, solido iure & in Assem pendunda Fisco, eius nomine, vetuit Rex vnius bona Diœceseos pro aliis pignerari, seu pro debita ab aliis eiusce Fiscalis Assis vncia. Codicillis insignibus, quarto Idus Februar. Anno 1580. Tertio Nonas Iunias 1586. & Calendas Maias An. 1596. Iuxta quæ,

Literæ exemptionis, Taxæ pecuniariæ, pro iuris confirmatione *d'Vsage, Pasnage, Pasturage, & autres* in Regiis syluis. Lie 4. Febr. 1586. Publicatæ in Parlamento die 14. Maii seq.

Patentes regiæ, die 14. Ianu. 1598. Verificatæ in Curia die 20. April. seq

Regia Charta, die 1. Maii 1596. In Senatu registrata die 13. eiusd. Mens.

Exemptio Cleri à contributione *aux aumosnes ordinaires de la Ville*, Die 3. Nou. 1572 Publicata in Senatu die 22 Dec. seq Confirmata dehinc à Rege, die vlt. Iul 1597.

Ciues morosi in solutione nũmariæ quotæ, singulis impositæ pro publica Eleemosina Pauperum, iubêtur ei ilico satisfacere sub pœna dupli & quadrupli, Aresto Curiæ Paris. die 7. August. An. 1577.

Concil. Volum.

Tertullian. ad Scapulam Carthaginis præsidem.

* pia largitas

Qui miseretur Pauperis, fœneratur Domino.

Constantinopol. 5. Concilium

Leges Caroli Magn.

Lib. 3. Sacræ Polit Tit 5. Art. 26.

Arestum Curiæ *en pleidant de Rosne de Chãpagne*, die 5. Maij 1598. de contributione generalium Eleemosynarum *de la Ville de Troye*, sine preiudicio Priuilegiorum Ordinis S. Iohan Hierosolym.

Patentes reuocatoriæ Decimarum extraordinariarũ, in Delphinali prouincia die 22. April 1598.

Regiæ Literæ die 10. Febr. 1580 die 3. Iun. 1586. & 11. Maij 1596. Diœcesin vnam pro alia, aut Beneficiarium vnum pro alio, soluere solidum, non compellendum.

Die 5. Iul. 1596.

pronuntiatum est in sanctiore Principis Auditorio, pro Sacerdotali Ordine, aduersus Scipionem Sardinium: qui transcriptitio in illum rei nummariæ Fiscali iure litem prosequebatur. Tertio Nonas Quintiles præd. Ann. 1596. Nec minus æquè ac religiosè, Erricus 4. Rex vna litura singulos expunxit Codicillos diutinæ sacrorum Curationis. Oeconomiæque spiritalis Cœnobiorum, ac Episcopatuum Præsule carentium. Edicto Calend. Maiis Ann. 1596. quod Prætoriano in Consilio recitatum fuit palam 13. Calend. Iunias posteriores. Hoc quippe Edicto, prudenter est vtrique simul consultum, & Sodalitio Ecclesiastico, vt in legitimam sacrorum iurium administrationem, vacua Sede, restituatur, & toti adeo Ecclesiæ, vt nuncupatus à Rege summo Pontifici Antistes, inauguretur tandem, nec diutiùs, exquisito in speciem Oeconomi titulo, sacris opibus abutens, Ecclesiastica iam munia exequatur. Antiquitùs enim, Canonicorum Societas, & Cœnobitici Conuentus, Pontificia Lege sufficiebantur in vices Diœcesani, aut Monastici Præsulis demortui, iusta rerum tractanda Oeconomia, in sacro Interregno. Viui autem Cœnobiarchæ, ac Episcopi, Vicarios muneris sui deligere absentes consueuerunt: aut senio morboue debilitati, Coadiutores Ecclesiasticæ functionis. Ex Cap. vn. De cleric. ægrot. Apud Bonifacium 8. P. Iuxta quod, Dynus expressim, ad Cap. 1. De regul. Iur. In 6. Et Oldradus I. C. in Respon. 44. Ita in Christianismi auspicatu, B. Syxtus à Petro Apostolo legatus in Gallias, quùm Rhemis præesset sacra Potestate, auxiliarem sibi adsciuit sacerdotem Sinicium, apud Suessionas: Quibus posthæc Suessionibus, Xysto mortuo, Episcopum 1. Sinicius designauit nepotem ex fratre Diuitianum. Flodoardo teste, Rhemensis Hist. Lib. 1. Cap. 3. Pari modo, Sulpitius Seuerus Biturigum Antistes, deuexa ætate, Adiutorem sibi cooptauit eruditum virum Vulfelentem, sacræque Prouinciæ partem ipsi delegauit. Clothario Francorum rege. Vt est apud Laurent. Surium, in Vita B. Sulpitij, ex Vaticana Bibliotheca. Gregorio itidem Traiectensium Pontifici 2. qui per senilem ætatem minùs administrationi idoneus erat, socius adiungitur Adelbricus. Si Hadriano Barlando fidem habemus, in Catalogo Traiectens. Episcop. Imo & Tridentini Ecclesiæ Præsides Synodici decreuêre, imperitis Parochis dandos ab Episcopo COADIVTORES, Vicariosuè temporarios, certa his fructuariæ pensionis mercede condicta. Trident. Concil. Sessione 21. Cap. 6. De reformat. Ast commentitio Iure creati sunt nuper in Gallia spiritales Oeconomi Sacerdotiorum illorum maioris nominis, quæ Præfecto destituta morte essent omnino: quùm iniuria temporum, noui sacræ Præfecturæ Candidati, Apostolica ipsius munera non peterent à Romanò Pontif. Profanos item vacuæ Ecclesiæ Oeconomos, qui vulgò à nostratibus vsurpantur, prisca Ætas ignorauit. Vetustus certè inoleuerat Templis vsus accuratæ bonorum Oeconomiæ: sed quæ ex proprio Diœceseos cuiusque Clero sacerdotibus mandaretur, qui Ecclesiasticorum redituum curam gererent, non, profani ordinis viris. Ac eius tum quidem rerum Dispensationis rationes excutiebantur ab Episcopo & primoribus Diœcesanæ Ecclesiæ. Vti liquet Chalcedonen. Synodi Actione 15 Can. 26. Quùm autem, interdictu temporum, Hispanici Præsules temerè fuissent, plebeios eam tractare sacrarũ facultatum Oeconomiã, statutum fuit Hispalensi 2. Concilio An. 622. (cap. 9.) haud alios in posterum Rectores sacrarũ opum, quàm Clero adscriptos, designari. Nam, vt Synodica ipsa verba referam, indecorum est, Laicos, vicarios esse Episcopi, & seculares in Ecclesia iudicare. In vno enim, eodémque Officio, non debet dispar esse professio. Ac ne iisdem denuò scopulis illideretur Iberica Ecclesia, cauit Toletus 4. Conuentus Christianorum Præsulum, sacratos homines solos, rerum Ecclesiæ regimen istiusmodi subituros. Cap. 47. Eò quoque recidit Nicena 2. Synodus œcumenica, quæ Monasticis perinde, ac Pontif. Sacerdotiis decreuit Oeconomos. In Can. 11. Act. 7. Ad extremum, Trid. Consessus Ecclesiæ sanxit, vacua Episcopo Cathedra curatorẽ bonis dari, percipiendísque Episcopij fructibus à Cathedrali Sodalitio adhiberi

Rescriptum reuocatorium de. Oeconomats dits spirituels, & restitutoriũ Capituli cuiusque Ecclesiarum vacantium, in Administrationem spiritualẽ ipsarũ, quã de iure habet, sede vacante.

Spirituales hi Oeconomi paulo antea creati fuerãt à Magno Regis Consilio, quùm belli ciuilis occasione, Romà adire nouis Beneficiariis nõ liceret, Apostolicarũ prouisionũ nomine. Sed in Pontificio Schismate An. 1407. decretũ fuit à Clero Gallico Die 18. Febr. Beneficia conferri sacrámque Iurisdictionẽ exerceri à Prælatis Frãciæ gradatim. Id quod Pisano à Concilio est cõfirmatum die 27 Iul. An. 1409. Et à Rege Carolo 6 Die 17. Apr. An. 1410. Eamque in rem scripsit tùm Ioh. Gerson, De modo se habendi tẽpore Schismatis.

Coadiutores Episcopales.

Sinicius tamen, in Fasciculo temporum, primus Episcopus Suessionum numeratur, & a Demochare, De diuin Miss. Sacrif. L. Surii Commentario Sanctorum.

Trident. Synodus.

Religiosus Ordinis Mendicantium, Vicarius ab Episc. constitui non potest. Clem. 1. Versicul Prioratus, De regul. Ioh. Andr. & Iohan. de Imol. in Cap. fin. de cler. ægr. Sed alij Monachi, vel Canonici regulares, possunt esse Vicarij Episcop. Glos. in Can. si quis. Dist. 58. cum tamen interueniat licentia Abbatis, secundum Præpositum ibi: Dum tamen habeat ocium sui Ordinis Capit. 2. de stat monach Francisc. Marc. Decis 1287. Part. 2.

Ex Clero assumptus, Episcopo adiungatur, qui Eccles. bona administret. To. 1. Cõcil Can Quia in quibusdam Distinct. 82.

Sic Cabilon. Concilij Art. 5. secularis, nondum clericus, res parœciarum vel parœcias ipsas minimè ad regendum debet habere commissas.

Toletana 4. Synodus, de Hispanica Eccles. Tom. 3. Concil.

tempore aui & patris vestri conseruatæ fuerunt &c. His consonat illustre decretum Aquensis seu Aquisgranensis cœtus Ecclesiæ, quem, Pipino Rege Ludouico filio, congregatum ferunt. Cap. 27. ne semel Numini sacrata, illotis profanorum manibus contingantur, Templóque auferantur. Iuxta ea, quæ Mosaïco Leuitici libro statuta inuenimus. Nec aliena ab his sanxère Toletani 6. Concilij Præsules, qui, collaudata Chintillani Regis sui in sacram Ecclesiam munificentia, vetuerunt, inde quicquam eorum auelli, quæ Phanis erogata piè ac religiosè fuissent. Quin & Anno hoc Sancto sanctissimè PATRES Lutetiani addixère Cœnobio præteritorum annorum pensiones à Colonis nummarijs debitas Italo cœnobiarchę, tùm mortuo, vt in refectionem Templi & redemptionem alienatorum ex eo, impenderentur: Victo Fiscali harum pensionum donatario, qui Principi Christianiss. obrepserat quasi in vacua peregrini bona isthæc successori. Iudicato, 15. Kal. Apriles 1600. secundùm Arnulphum *de Gasc*, S. Firmi, Vasatum, Æterìarcham & cœnobitas: contra Michaëlem *du Boû*, & alios qui Regio iure sibi transcripto subdolè nitebantur. Prudenter enim Senatus censuit, ante omnia saluam ipsius soli causam, ceu primigeniam, fieri debere ex fructibus inde redactis. Iulij Pauli leg. 15. D. Qui potior. in pign. Et Ælij Martiani leg. 17. ϖ. De pignerat. act.

Aix la Chapelle Concilium, sub Rabano Moguntię Archiepiscopo.

Toletana Synodus, Volum. 2. Concilior.

Curiæ Parisiẽ. Arestũ in magna Camera, die 15. Mart. An. 1600. *pour les fermes deües de l'Abbaye de saint Ferme, en Bazadois au feu Cardinal Sermonette*, aliàs *Caëtan*, *Abbé commendataire, Italien, mort à Rome* Dn. *Deslandes* litis relatore.

9. IISDEM Augustæ pietatis in Ecclesiam vestigijs, edixit Henricus 3. Galliæ Rex, priuatis venundata Cleri latifundia Apostolico permissu, in vsum Belli sacri aduersus Fidei nouatores, condici ab illo posse, & pristinum in ius reuocari, siquidem triente iusti pretij circumscripta Ecclesia doceretur. Præclaro Rescripto Februar. Mens. & 10. Kalend. Iunias An. 1586. Quod suffragijs ita fultum est Ordinis Clariss. pridie Idus Quintiles consequentes, modò intra quinquennium alienationis fundi rescissoria actio moueretur. Quale Rescriptum Erricus 4. renouauit, prorogato lustro, quod distractorum reuocatoriæ legi statutum fuerat. Codicillis postridiè Kalend. Apriles 1596. qui in Senatu promulgati sunt 8. Kalend. Iunias eodem An. Hinc quoque Prætorianum Consilium ex appellatione infirmauit publicam venditionem Molæ frumentarię Monastici Primatus Ædes Macharij, qui vnitus fuit Burdigalensi *Iesuitarum* Gymnasio B. Magdalenes. Decreto pridie Kalend. Octobres An. 1599. secundùm istud literarium Gymnasium, contra Andræam Rocham matris hæredem, quæ An. 1565. Ecclesiasticam rem illam auctione licitata erat. Sacrosanctæ videlicet Cœnobiorum facultates, vt perpetuo addictæ sunt Cœnobitarum victui & vsui, ita Cœnobiarchis à libero commercio eximuntur, alienandíque potestate. Cæsareo Ludouici Pij Diplomate in gratiam Monasticæ Ædis Germani, Pratensis, apud Lutetiam, Idibus Ianuar. Imperij An. 16. Quod quidem Diploma ad verbum perscribitur Aimoyni Appendice, De Gest. Francorum Lib. 5. Cap. 10. Ecquid autem de prædijs, quæ Templi Præfectus suo ac proprio nomine coëmerit sacro ære? Vindicarinè ab emptoris hæredibus poterunt priuatim, an quasi dotales Ecclesiæ fundi, publica ex causa alijs mancipari. Hos vtique sacrum in patrimonium semel transijsse, definitum est in Africanis præsulum Colum Comitijs Can. placuit 12. Quæst. 3. Et Can. 1. Caus. 18. quæst. 1. Quinetiam Tarraconensis Concilij placitis, defertur Ecclesiæ, quasi sponsæ superstiti, domestica supellex defuncti Antistitis. Quod ciuili quidem modo accipiendum reor, si intestatus Pontifex, nullo propinquo hærede, obierit. Vt docemur Synodico Triburiensi Can. vlt. eod. Caus. & quæst. Nec absimili ferè argumento, profani coniugis viduæ adiudicatur caduca ipsius hæreditas, posthabito Fisco Ex Parisiensi S. C. solenni, in priuilegijs Natalitiæ Diei Virginis matris. Ann. 1600. pro vidua muliere, etsi secundò nupta Petro Guigeoni: aduersus Sacri Cæsaris Comitem, in Municipio Lorricensi. Quoties porro sacerdos peculiari sua, mixtim cum Ecclesiastica, pecunia fundum compararit, tunc quæsita res diuiditur à comparatoris hærede, cum nouo Rectore Ecclesiæ, pro rata sorte pretij, quam contulerit quisque in

Patentes, de facultate redimendi bona Ecclesiæ alienata, in casum læsionis *du tiers du iuste prix.* Die 23. Maii An. 1586. Verificatæ in Curia *pour 5. ans*, die 14. Iul. seq. Et repetitæ die 2. Ap. 1596. Cum verifficatione Curiæ die 25. Maii eodem An.

Magni Consilii Arestũ die 30. Sept. 1599. *touchant le Molin du Prioré S. Machaire, prés Bordeaux, à present vny au College des Iesuites de Bordeaux.*

Sic ob vtilitatem precii, & anticipationem temporis emphyteu-leos rescissa est, ex prouocatione, venditio vt publica Domus Lutetianæ, pro Abbatissa *de Maubuisson prés Pontoise*, contra N. Poussepinum, emphyteutam, dein emptorem. Aresto Curiæ die 1. Mar. An. 1600. Roberto, appellantis: & Bollantio, inimnati, causidicis.

Imperiales Literæ, die 13. Ianu. An 819. pro Abbatia S. Germani de Pratis.

Carthaginen. 3. Concil. Cap. 49.

Triburiensis Synodus

Arestum Curiæ publicitùs recitatum à Præside Max. Die 7. Sept. 1600. ex appellatione à Bailliuo Bituricen cuius Sententia consignata est *sur la Coustume de Lorrys*,

quæ de tali iure successiorio, *Vade* [illegible], nil statuit. Vide quæ in hanc partem Nos Lib. 1. Doman. Franc. Tit. 1. Art. 9.

Consil. Volum. 2.

Lib. 3. Tit. 1. Art. 22.

eam emptionem. Cap. 4. & 7. Toletani 9. Concilij, quod septimo anno cœpit initi Principatus à Recesuintho Hispaniarum Rege, Can. quicunque de sacerdotibus Caus. 12. Quæst. 3. & Can. pontifices. Qui ibidem depromptus voluitur ex Cap. 6. Agathensis Synodi. Francico tamen Ritu inueterato, vndecunque mercatus sit latifundium Clericus seculi, transmittit promiscuè indistinctèque ad consanguineos suos Tit. pro hærede, non ad sacram Ecclesiam, cui ille præfuerit: Nisi eidem nuncupatim in contrahenda emptione stipulatus, rem quæsijsset. Vti à Nobis pleniùs demonstratum est in Hierarchica Politeia. De cucullatis verò sacerdotibus aliud constituitur, qui hodierno etiam Vsu in communeparant, nec eò ampliùs sibi priuatim, quàm priuato suóque ære: Quum profanis ideo fortunis se exuerint ipsi, monasticæque Religioni deuouerint, vt nudi expeditiùs nudum sequerentur CRVCIFIXVM. Id quod manifestè adeo prodit Equestris illa Rhodiorum, seu Melitensium Secta Monastica: cuius

Statuta Ordinis Domus Hospitalis Hierusalem.

Familiari Lege sic cauetur. *Statuimus, quòd omnia bona stabilia elargita per seculares Fratribus Ordinis nostri, seu acquisita per eosdem, nullo modo vendi aut distrahi possint absque expressa Magistri & Capituli generalis licentia. Quinimo post talium Fratrum decessum, cuncta bona applicentur illi Baiuliæ seu Commendæ, in cuius limitibus sita sunt: etiam si Fratres mortem obierint, aut moram traxerint alibi, quàm in d. Commenda, si autem d. bona constituta non essent in limitibus alicuius Commendæ, tunc propinquiori ac viciniori Commendæ vniantur. Quibus quidem bonis onus imponatur, communi nostro Ærario exoluendum.* Diuersa tamen causa esse videtur Religiosæ Familiæ Societatis IESV: cuius Clerici singuli Gentilitias hæreditates sibi asserunt, tametsi antea professi triplex Ordinis votum simplici vulgarique formula coram vnius Præfecto Conuentus. Hoc quidem ita, nisi in publico Sociorum omnium Congressu, talia Vota solennibus verbis nuncupentur, atque excipiantur. Sicuti de illo iudicatum mirabundus

Par Edict du Roy en Septembre 1603. publié & enregistré au Parlement de Paris le 2, de Ianuier 1604. vn Iesuiste ayant vne fois faict profession en son Conuent particulier, n'est plus receuable à aucune succession, soit directe ou collaterale. Et par lesdites Patentes l'Ordre des Iesuistes est restably en France, & leurs biens estans en nature à eux rendus. Et sur la requeste de mainleuée desdits biens à ceste fin presentée par lesdits Iesuistes audit Parlement de Paris. La Cour par son Arrest du dernier Auril 1604. ordonne que doresnauant ils iouiront de leursdites rentes, & biens immeubles, ensemble des arrerages & reuenuz du passé non touchez ny receuz par les Commissaires establiz ausdits biens, & aussi fors des biens cy deuant alienez par auctorité de Iustice.

Aresta Curiæ die 12. Octob Ann. 1581. & 23. Dec. 1592. in 1. Camera Inquestarũ, Quod votorum professio acceptata a Superiori Cõuentus sui, Societatis Iesu non excludit professum ab hæreditate agnatorũ: Nisi in Capitulo generali Ordinis facta sit solennis votorum professio, & acceptata.

Gregoriana Bulla nouæ confirmationis Instituti, Societatis Iesu die 25 Maii Ann. 1584. Lecta & publicata Romę die 16. Iul. eodem An.

Regiæ huius Chartæ Doni causa ibidem præmittitur talis. Cũ domnus Pontifex inuenisset nos in Pago Milidunense, in Villa Cellas nominata graui ægritudine correptum, is tota nocte

accepi, Decreto Parisiensi 4. Idus Octobres An. 1581. pro N. Robillardo, in cognatos alios demortui successores, cuius controuersa erat hæreditas. Alterum de eo Senatus pronuntiatum habetur 10. kalendas Ianuar. An. 1592. pro Lugdunensi clerico Societatis Iesu, contra N. Tauernierum: ad prouocationem ex Lugdunensi Prætura. Triplici autem illi voto, cui, *Iesuitæ* Sodales lege iurati deuinciuntur Monastica, additur quartum votiui sacramenti vinculum, de peculiari obsequio Romanę Sedi pręstando: Vt longinquas, illi, Orbis Prouincias peragrent, Christianum dogma latè propagaturi, ab vetusto primæuæ Ecclesiæ ritu & Apostolico instituto. Quæ omnia, sacræ huic Sectæ præscripta, continentur Pontificio Gregorij 15. diplomate, eius Ordinis stabilimento, 8. Kalend. Iunias An. 1584. Porro vt Cœnobitas singulos dedecet admodùm Hæreditaria illa priuatáque bonorum possessio, de qua suprà. Sic publica & communis, in perpetuum donatarij Cœnobij vsum, commendatur vbique Regijs, & Augustalibus piarum largitionum Tabulis ac Instrumentis. Vnum obiter modò, exempli causa, protulisse contentus ero ab vetere Galli Regis Childeberti beneficio in sacratissimam Ædem Parisiorum, quæ Monasticis tùm Legibus regebatur. Etenim Rescripto Ianuar. Mens. An. 17. Regni, cautum fuit in hæc verba. *Nos pro magna virtute, qua DOMINVS per manus Sacerdotis, Apostolici viri, & Patris nostri Germani, Episcopi, pro stabilitate Regni nostri, & æterna retributione ministrauit, Donamus ad sanctam matrem Ecclesiam Parisiacam, vbi ipse domnus Germanus præesse videtur, ipsam Villam Cellas nominatam, vbi sani-*

tatem recuperauimus, sitam in Pago Milidunense super alueum Sequanæ, vbi Iona illam ingreditur, cum basilicis, adpendicijs, territorijs, vineis, syluis, pratis cultis & incultis, Omnia ex omnibus totum & ad integrum quicquid ad ipsam Villam aspicit, & Fiscus noster continet cum integritate, à die præsenti ad memoratam Casam Dei, siue ad domnum Sacerdotem donamus & confirmamus, &c. Vt dicta mater Ecclesia Parisiaca, quæ est dedicata in honore S. Mariæ matris Domini nostri IESV CHRISTI, *&c. sub manu domni Pontificis ipsas res per longitudinem dierum & multorum annorum spatium habeat, teneat, possideat, & quicquid exinde elegerit faciendi, liberam in omnibus habeat potestatem, per præsentem Auctoritatem nostram quam perpetualiter mansuram esse decernimus, &c.*

10. ECCLESIASTICIS demùm priuilegijs magnoperè confert Regia sacrorum Magistratuum institutio, qua profanæ sortis Iudicibus admiscentur in Præsidiali quolibet Galliæ Foro: Vt accuratiùs Ecclesiastici iuris opes, tanquam suas, tueantur. Edicto Sextili Mens. An. 1573. cui Senatus calculum suum adiecit 8. Kalend. Octobres subseq. Nam & Regio nutu, supremi Galliarum Senatus iam olim conflati sunt ex Ecclesiastico perinde, ac profanorum Iudicum Ordine: Vt qui Iuris & æqui sacerdotes Vlpiano dicuntur Magistratus, seueriori etiam religione Iudicia tractarent L. 1. De Iust. & Iur. Quo modo, Hebræis sacerdotibus potestas fuit in Concilio iudicandi data (Ezechielis cap. 44.) & Druydibus Gallis: qui Sacrificia procurantes, mortalium simul controuersijs notionem suam accommodabant. Iulij Cæs. Lib. 6. De bell. Gall. Diuina enim, potiùs quàm humana Iudicia exercent Iustitiæ Antistites Themidisque venerandæ: Quos idcirco depingit Chrysippus Stoïcus, graues, sanctos, incorruptos, vi æquitatis veritatisque summa terrificos, & inexorabiles. Talem IVSTITIÆ imaginem Gellius ex Chrysippi Opusculis repræsentauit, Noct. Lib. 14. Cap. 4. Isthæc nimirum * DICE, visenda Iouis filia est, virgo Dijs quoque ipsis cœlestibus suscipienda: Quam si quis obliquo iudicio læserit, neglecta statim apud Iouem patrem queribunda, assidens, humanarum mentium prauitatem incusat. Hoc ideo, vt Principum iniquitatem populares pœnis expient, qui subdola ipsi mente, transuersa Iudicia rapientes, iura perperam reddere consueuerint. Sicuti Ascræus Vates, in Ergis, de Iustitia scripsit. Nec aliter Lyricus poëta Orpheus augustam Dicen ait, Iouis solio assessitantem, humanos actus perlustrare: Eam verò Magistratus omnes quasi intueri putantes, sic censere in Iudicijs debere & animaduertere, ne quid eidem pudendum admittant. Planè Hesiodiam illam de Iustitia sententiam commendauit Suidas, cui & interpretationem subdens, talia effatur. Hesiodus, virginem, & incorruptam esse hanc Deam dicit, cùm alio omni modo, tum præcipuè cubili Venereo: significans videlicet, Ius nullo pacto adulterandum esse, non gratia, non stupro, non alia quauis causa. Hanc autem colentibus Deam fruges à Tellure refundi multiplici fœnore, & à Mari, quæ parere solet, cuncta suppeditari. Eiusdem, contrà, Deæ indignationem in Iudicijs spretæ cernimus, magnis Terrarum cladibus crebrò expiatam. Apud Homerum, Iliados 16. Quòd si Ethnici, tanto obiecto Cœlestis Iræ terrore, explorarunt forensia causarum Decreta, multò religiosiùs Orthodoxos iudicare par est: quos alioquin, malè iudicati reos, ad Tribunal CHRISTI viuos citari, seriò experimur. Duo namque Hispani equites, Ferdinando 4. Regi Castulonensi, abs quo ceu parricidæ, capitis damnati fuerant, diem dixère tricenum ad SVPEROS: vt iniquæ Sententiæ, à qua prouocarant, rationem ederet. Qua die dicta, raptum fato Regem, testatur Vasæus, in Hispanic. Annalib. Moguntinus pariter, Germaniæ Archipræsul. Erricus, quùm à selectis duobus è purpurato Romæ Senatu, mulctatus esset pontificali Sacerdotio, Cœlites appellauit à præcipite CARDINALIVM Sententia: quos & cœlestem in Thronum querula voce acciuit, ad Diuinum appellatoriæ litis Iudicium subeundum. An. 1156. Ex quo fatalem Iudicibus citationem obtigisse, memorat Guntheri poësis, & Conradi Episcopi Historia.

vigilans in oratione steti, & crastina, manib. suis sanctis cùm tetigisset corpus grauiter infirmatum, cõtinuò sumpsi sanitatis donum, quod a nullo percipere potui Medicorum, &c

Village de Celles, en la Grand parroisse, vers Melun, appartenant à l'Eglise de Paris.

Officii creatio Consiliarii clerici, in Præsidiali quaque Sede Regesta in Parlam. die 24. Sept. Et in Camera cõputorum die 14. Octob. 1573.

Vbi, & apud quos, Iudicãdi munia obtinent sacerdotes, ac Põtifices, Volue Lib. 2 Doman. Franc. Tit. vlt. Art. 12.

Arrest du 27. Aoust 1580. au rapport de Maistre Bouin à la grand' Chambre pour Iean Iacquelot Conseiller clerc au presidial d'Angers, dõné en l'Eglise S. Martin d'Angers, contre les Chanoines & Chapitre dud. S. Martin. Qu'il gaigneroit frãc pendant qu'il faisoit son estat comme Conseiller susdit.

* Dea Iudiciorum, lites dirimens.

Hesiodia Iustitiæ descriptio.

Citati ad comparendum ante Tribunal Dei à morientibus, iniustè condemnatis, vel offensis.

En la 3. partie des diuerses Leçons de messire Pierre Messie Gentil homme de Seuille Cap. 21. *aucuns grands personnages qui sont morts estans appellez par aucuns de ceux qui les auoient faict mourir iniustement &c.*

Moguntiæ Archiepiscopus, Dignitate priuatus, Iudicio duorum Cardinalium à Papa delegatorum.

Templariorum damnatio capitalis.

Haud fecus vtique, Neapolitanus Eques Templi Hierofolymitani, qui ad fupplicium ducebatur, in Clementem 5. Pontif. vultu conuerfo, fubinde occlamauit, ab eius fe capituli Decreto CHRISTVM Iudicem prouocare, & litis difceptandæ ergò, annuum fpatium illi apud DEVM præfinire. Quod intra fpatium obijffe Clementem, prodidit Bapt Fulgofius, Lib. 1. De Miracul. Infuper Tarraconenfis Ecclefiæ Syndici teftato denunciarunt Petro 4. Regi, qui varijs Clerum incommodis affecerat, vti fuperno Olympo fe fifteret intra fexagenum diem, quod facrofancta Patrimonia * τυραννικῶς abripere contendiffet. An. 1336. Cedente autem citationis die, extinctum Regem, affirmat Vafæus in Chronic. Hifpan. Ecquid de Ægidio, Armorico Heroe, quem Francifcus, Dux, frater non modò iufta rectarum Hæreditatum parte, fed vita exuit? Ille neci proximus fratrem in ius vocauit ad Æthereum DEI MAX. folium: quò tantam fibi noxam refarciret. Hunc igitur, qui citationis die condicta deceflerit, vulgò creditum eft, Diuina cenfura correptum. Æneę Syluij relatu in Europę Defcriptione, Cap. 43. Quidam denique nauarchus Ligur, capta tiremi, huius ductorem Catalanum cruci fuffixit infontem: Qui nullis precibus placabili victori, Tyranno, diem præftituit caufæ dicendæ apud cœleftem mortalium omnium Cenforem ac Iudicem. Inde reus arceffitus, præfcripta die morti occubuiffe traditur à Bapt. Fulgofio, vbi fuprà.

Aragoniæ Ecclefiæ Procuratores.

* tyrannicè, violĕter.

Gilles de Bretagne, frere du Duc, ab huiꝰ Miniftris in carcere ftrāgulatus, in Caftro *de la Hardounaye*, die 24. Apr. An. 1450. Ex Britonicis Bocardi Annalibus.

Capitaine de Galeres, Geneuois.

Francica S. Confulta.

11. CONSTITVTIS ergo à Principe melioris notæ Iuridicis, qui Ecclefiaftica iura æquis Decretis confoueant, Nunc rem illuftremus Iudicatorum exemplis, ac, quid valeat pium Magiftratus in Ecclefiam ftudium, oculis fubiecto negotio, difpiciamus Notum eft, Cœnobiarchas, & Templorum Antiftites, militanti Regi fuppetias ferre debere, ea formula ac fpecie, quam ex prifcis Gallici Vfus Monumentis alibi protulimus. At Francicus prudens Senatus id oneris Ecclefiaftici alleuauit, dato regreffu ad plebeios fubditos, qui tantumdem dominis Sacerdotibus refundere teneantur. Sicuti vetufto hoc S. Confulto decifum fuit, fecundum Ferrarienfe, Vaftinenfis agri, monafterium, in *Parlamento* facræ Pentecoftes An. 1284. idiomate fequenti. *Cùm dominus Rex peteret ab Abbate & Conuentu de Ferrarijs centum feruientes, duas quadrigas & vnum fummarium, in quibus dicti Abbas & Conuentus eidem tenebantur ratione Exercitus pro Villa fua de Ferrarijs, & eius pertinentijs, prout in Regiftris domini Regis continetur. Abbas & Conuentus prædicti dicebant contra homines d. Villæ quòd ipfi debebant præd. Exercitum accipere fuper homines fuos: cùm fit confuetudo generalis in Francia, quòd Ecclefiæ Franciæ, quæ debent Exercitum domino Regi, illum accipiunt & recuperant fuper homines fuos. Dictis hominibus de Ferrarijs contrarium afferentibus, quòd ipfi ad d. exercitum dicti Abbati minimè tenebantur: cùm illum domino Regi per manum fuam foluere tenerentur, quùm dominus Rex per Chartam, d. exercitum fuper d. homines referuaffet. Vifis rationibus & probationibus d. Religioforum, & d. hominum de Ferrarijs,* IVDICATVM *eft per iudicium Curiæ noftræ, quòd d. Abbas & Conuentus, foluerent domino Regi Exercitum in Regiftro contentum, & quòd illum capient feu recuperabunt per manum fuam fuper homines de Ferrarÿs, & alios fuos homines, qui ad hoc tenebuntur. Saluo dicto fummario, quod d. Abbas & Conuentus foluent de fuo proprio: Et quòd præd. homines, fuper quos d. Abbas & Conuentus capient d. Exercitum, foluere Regi alium Exercitum minimè tenebuntur.* Quinimò plebeïa Cœnobitarum Minifteria & Officiales eximuntur populari ifta Militaris oneris indemnitate Cœnobijs præftanda. Vt Arefto pronunciatum fuit *Parlamentari* Diuâlium An. 1272. „in hanc formulam." Seruiens Monachorum de Pratea, apud Exoldunum „commorans, vifa Charta d. Monachorum, eft immunis à contributione „fubfidij Exercitus, vnà cum alijs Burgenfibus de Exolduno domino Regi „facienda: Et ea quæ d. Abbas acquifiuit ante datam Literarum confir„mationis Regis Ludouici, quæ Bailliuus Bituricen. tenebat faifita rema„nebunt. Ex eadem Biturigum Diæcefi, vniuerfim dictę funt pro libertate vindiciæ, immunitatéque Apparitorum Fani Cirici, eiúfque facri Canonicorum Collegij, apud Iffodunum, Biturici Municipij oppidum. Sena-

Lib. 3 Doman Franc. Tit. 7 Art. vlt. Et Sac. Polit. Lib. 3. Tit. 2 Art. 11.

Inqueftæ expeditæ in Parlamento Pentecoftes An. 1284 pro Abbatia *de Ferrieres, en Gaſtinois.*

Prifcus mos Franciæ, in Ecclefiaftica Militarum onerum contributione.

Inter Iudicia, Confilia, & Arefta Parlamenti Omn. Sanctor. An. 1272. pro Abbat a *de la Prée, en Berry.*

Le Roy Philippes le Hardy, fils de S. Loys, confirma les priuileges de l'Eglise de Mascon : specialement celuy par lequel Pepin, & autres successeurs auoient concedé, que les cloistres d'icelle Eglise de Mascon seroient exempts de toute puissance iudicaire, & Iustice seculiere, Ordonnant que les Doyen & Chapitre de S. Vincent soient maintenuz en ce droict, eux seuls pouuoir faire emprisonner & punir les delinquans en leur Eglise & Cloistres. Et par ce que le Preuost royal empescha la publication desdites Lettres du Roy Philippes, il y eut Arrest du Parlement de Paris l'an 1282. au profit desdits Doyen & Chapitre.

torio Decreto pridianis diebus Pentecostes An. 1276. ita concepto. *Cùm dicerent Prior & Capitulum S. Ciril, Exoldunen. quòd ipsi habuerunt à tempore, à quo non extat memoria, vnum Seruientem in Villa Exoldunen. liberum & immunem ab omni Iustitia, sicut vanatores de terra Exoldunen. ab omni costuma fori, bocagio, excubijs, redibitione, equitatura exercitus, & leuda, & alijs, prout in Rubrica continentur. Et super hoc facta fuerat Inquesta de mandato domini Regis. Pronuntiatum est per Iudicium Curiæ, quod d. Prior & Capitulum S. Clerici remanebunt in saisina sua d. Seruientis.*

Inquestæ expeditæ Parif. in Parlamento Pentecostes An. 1276. pro Seruiente Ecclesiæ collegiatæ de S. Cyr, d'Yssoudun, en Berry.

12. QVÒD AVTEM promiscuè istic Canonicos seculi cum *Regularibus* committam, & similia vtrinque producam Rerum iudicatarum exempla, facit vtriúsque Sodalitij affinitas vetus atque Communio : Quam satis apertè indicat Arelatensis 4. Synodi Caput 8. de monasterio Canonicorum, qui votiuæ Religionis professoribus adæquantur. Specialiùs vero, Aquisgranensis Concilij Proceres Canonicis quibúsque præscripserunt κοινόβιον .j. Cœnobitarum more, communem victum, cultúmque vestium planè religiosum, & à domestica familiaríque discretam popularis vulgi consuetudine Cap 121. 122. 124. Quod & recentiùs graphicè expressum fuit ab Agrippinensi cœtu Germanici Cleri. An. 1536. in hunc modum. Respondeat Canonicorum vita titulo, respondeat nomini : sint re ipsa, vt sunt nomine : Canonici, .j. *regulares.* Prima eorum origo, Monasticæ dis„ciplinæ fuit. Imitentur Apostolos, & nascentis Ecclesiæ ministros : quo„rum erat cor vnum & anima vna, qui quotidie perdurantes vnanimiter „in Templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum „exultatione & simplicitate cordis, perseuerantes in orationibus, collau„dantes DEVM, & habentes gratiam ad omnem plebem. Atque adeo huiusmodi Collegia Clericorum, vetustum primæuæ Ecclesiæ Institutum præ se ferre, ostendit vel forma ædificiorum, quæ Canonicos propè Templum, in vnum fermè habitaculum collocauit : vt à promiscua multitudine procul disparati, continuò Diuinis laudibus insisterent. Hæc Synodica Agrippinæ sententia est, Parte 3. Cap. 4. De Canonicorum vita & officio. Inde *Claustrales* sacrorum eiusmodi Sodalium Domos, * λάικοι prohibentur conductitio iure incolere, occupare. Nam Aurelianensi 2. Concilio distincta fuit Clericorum à prophanis habitatio, sedésque domicilij. Cap. 9. Ac prisca quidem Ægyptiorum, & Atheniensium Lege, seorsùm habitabant Sacerdotes, seiunctíque ab omni turba vitam agebant. Vt est in Timæo Platonis. Tantò igitur decentius, veri Numinis mystas ac sacrificos, profani vulgi contubernio, velut contagione quadam, non pollui, nec, cum ijs, Plebeios aut Nobiles viros, fœminasuè communibus tectis permisceri. Exin vetus Ecclesiæ Nomothesia cauit, Fanis proxima Claustra constitui : in quibus separatim, Presbyterorum chorus larem foueret. Can.

Iura de Monachis loquentia, extenduntur ad Canonicos, præsertim Regulares. Ca. 2. De postul.

Arelatense 4. Concil. sub Carolo Mag In Volum. 3. Concil.

Coloniensis Synodus Prouincialis Tomo 4. Concil.

Actor. Apostolic Cap. 2. & 4.

Regula Canonicorũ secularium. De optima conuersatione, à Golielmo Parisien. vel Dionysio Carthusiano concinnata publicis Scriptis, & in Articulos 28. distributa. Regularium autem Canonicorũ Regula edita est, cum expositione Hugonis à S. Victore.

* populares.

Turonensis Synodi prouincialis habitæ An. 1583. Tit. De monach. & monasterijs, Prohibemus Abbatibus & Prioribus conuentualibus tam religiosis quam commendatarijs, eorúmque Procuratoribus & firmarijs, Ne domos intra septa Monasteriorum secularibus & laïcis locent, vel vxoratos residere in Monasterijs permittant, &c.

Sic communiter viuere debere Canonicos, & æqualẽ magnorum Fructuũ partitionem facere suarũ Præbendarum per singula Vicennia. Iudicatum Arestis Curiæ, die 8. Mar. Ann. 1549. & 5. Decemb. 1554. inter Canonicos S. Iuliani, Cenomanen. Et Arestis die 13. August. 1588. ac 25. Ianuar. 1597. inter Canonicos S. Petri, Pictauensis.

Gregorius 9. Pontif. in Cap. penulr. De cleric. non resident. vocat Assisios in Collegiata Ecclesia, .j. beneficiarios qui non sunt Canonici. Dicti Assisij quasi assidui, qui seruire debent Ecclesiæ. Vt in multis Ecclesijs plures sunt tales qui Mansionarij dicuntur, nec vocantur ad communes tractatus cum Canonicis. Gloz. in d. Cap. penult.

necessaria caus. 12. quęst. 1. Nec vlla in atrijs Delubrûm strui poterant ędificia antiquitùs, prætérquàm Clericorum in vsum. Apostolico Nicolai 1. decreto, & Can. nulla ead. caus. & quęst. A Gallica demùm nostri ęui Hierarchia succursum est publico & dedecori & incommodo, quod, licentior popularium habitatio in ædibus Canonicorum, dietim inueheret. Vetuit quippe illa in sacris Biturigum Comitijs, extraneos, & λαϊκοὺς, Canonicorũ domib. excipi, quamlibet genere propinquos, ijsuè locari quæ in claustris Templorum suorum domicilia Canonici haberent: vt istos, contrà, popularium in ædibus commorari. Placitis Bituricæ Synodi prouincialis, Sept. Mens. An. 1584. Can. 8. Tit. De Canonicis & Capitulis.

Bituricense Aquitanorum Concilium.

Canonici serui, hebdomadarij: alij verò liberi.

13. CANONICAM deinceps sacrorum Sodalium Normam tutantur ciuiles Galliæ Magistratus, ex prouocatione fieri solita identidem abusus nomine. Quùm enim maioribus Episcopatuum Templis inhæreant assidui Canonici, alienæ Collegarum operæ supplemento, Par est, illos, qui sacris continuò vacant, liberioribus Canonicis, Sacerdotalium saltem redituum perceptione, & Comitialibùs suffragijs exæquari. Vt S. C. Parisiensi gemino decisum fuit nonis Sextilibus Ann. 1535. & 6. Idus Quintiles 1546. ad appellationem ex abusu interpositam à Sexuiris Fani *Cathedralis* Aureliorum, in alios ipsius Canonicos: Qui, rèi suæ ergò, multa statuerant assiduis sex Canonicis noxia ac dispendiosa. Proin Senatorius Ordo rescidit decreta Collegij omnia, quę Basiliensi cunque Synodo, & sanctis Canonibus aduersa proponerentur. Iussit itidem, exactè seruari quadruplex Pragmaticæ Formæ Caput, *Quomodò Diuinum officium sit celebrand. Quo quisque temp. deb. esse in choro, Detenentibus Capitula tempore Missæ, De tabula pendente in Choro.* Exin Conscripti PATRES censuêre, fructuarij Canonicatuum Assis semissem præsentibus solis attribui, titulo diurnæ Sacerdotalis annonæ: quò, Ecclesiastici Sodales ampliore numero Diuinis interessent. Collegio prætereà, suis interdictum Comitijs hora ipsa celebrandæ Liturgiæ aut interea vagari in medio Templo. Illis denique præceptum, ex suo quendam Cœtu deligere, qui inter Sacra solennia adstantes punctis notet, obseruet. Id quod posteriùs etiam aduerterunt quodammodò Synodici Canones Tridentini, Sessione 21. cap. 3. Sess. 22. cap. 3. Sess. 24. cap. 12. §. Distributiones Ac Bullatum adeo Pij 5. Diploma, à Nauarro citatum in cap. 25. Num. 122. Cùm autem olim Gregorius 11. P. qui, Aureliæ, Canonicus extiterat, prospiceret, sacrorum Sodalium paucos Diuinis præstò futuros, ab tenuitate Canonicatuum singulorum, ideo sex Presbyteris speciatim addixit totidem Aurelianensis Fani Sacerdotia, quæ priùs possessorem amisissent, cum lege assidui ministerij, & Ecclesiastici cultus dietim horatimque adimplendi. Rescripto Ann. 1377. quod executi sunt Niuernensis Episcopus Petrus, & Vilhelmus Brunus, Auarici Biturigum Canonicus, decimotertio Kalend. Decembr. eodem Ann. Vnde Scholiastes Pragmaticæ Sanction. prodidit memoriæ, Diuinum officium in Aurelianensi Ecclesia, ab assiduis quibusdam peragi consuêsse, non ab alijs: Qui numerum tamen omnes quinquagenarium superant. In præd. Tit. Pragm. De tabula pendente in Choro. Ad verb. per se vel alium. Planè cunctos decet Canonicam vitam aggressos, Presbyterij gradu insigniri, operarîque Sacris. Aliàs, diurna, præbendi sportula mulctandi sunt, ipsi. Quod nec obscurè innuit Tridentina Synodus, de sacris Canonicorum ordinibus mentione habita Sessione 24. Ab eo quoque ipso Tridenti Conuentu Ecclesiastico, abnuitur ius suffragij in Collegio, sententiæque dictio Canonicis, nisi qui * Ypodiaconûn saltem Albo sint adscripti. Sessione 22. Consona his prædicantur neotericis Rothomagi, Turonum, & Aquarum Sextiarum Concilijs Francicis, de Canonicorum officio: vt ad Ecclesiasticos ordices prouehantur ocyùs, & in re diuina facienda vsquequaque elaborent. Seuerissima quidem vitæ Regula, ceu nexu quodam, obstringebantur Canonici veteres: quibus & à Regulæ obseruatione nomen impositum erat. Can. 34. Vers. vt Canonici De consecrat. Dist. 5. Canonicam, rursus,

Lutetianæ Curiæ Aresta die 5. August. 1535. & 10. Iul. 1546. *pour les 6. Chanoines de residence, & les 2. Semiprebendez, nommez Chanoines Mamertins, appellãs comme d'abus des Statuts, & Ordonnances Capitulaires des autres Chanoines libres de l'Eglise d'Orleans.*

Medietas redituum Præbendarum, in distributiones redacta. At Trident. Cõcilio, triens bonorum Ecclesiæ in distributiones conuerti debet, præsentibus applicãdas Sess. 21. Cap. 3. De reformat.

Punctuateur, ou Faulteur eslen par le Chapitre, auquel il prestera le serment, & sera renouuellé d'an en an. De quo punctatoris munere, omnibus pene Collegiatis Ecclesijs vsitato, scripsit Thom. Zerula, in Praxi Episcopali, Ver. Punctator. Et in Ver. Horæ canonicæ

Bullæ Gregorianæ executio, die 19. Nouemb. An. 1377.

In Ecclesia S. Crucis Aurelianen. sunt Canonicatus 49. & Dignitates seu Personatus 5.

Cap. 12. Decreti De reformat.

* subdiaconorum. Cap. 4. eiusd. decreti.

Rothomagẽ. Synodi Tit. De Episcopis & Capitulis Turonicæ, Tit. De Capitulis, Dignitat. & Canonicis. Aquensis, Tit. De Canonicis.

Vers. vt Canonici vel

rursus, viuendi normam commendauit disertè Karolus I. Imper. eiusque se compilandæ auctorem professus est. Capit. 59. Libro. I. Leg. Francisc. Sed alia sunt domesticæ priuatæque vitæ præcepta singulorum Canonicorum, alia publici in Templo, ac Ecclesiastici officij eorumdem. Vtrúmque genus distinctis Capitibus explanauit Aquisgrani coacta Synodus An. 816. ac Meldensis, Anno 845. Capit. quinquagesimo tertio & quinquagesimo octauo. Amplissimè demùm, apud Basileam habitis Ecclesiæ, Comitiis tractatum est de iusto Canonicorum munere in sacris Basilicis, ac Diuino cultu peragendo.

Clerici canonicè viuant &c. Can. in omnibus Ex Lib. 5. Cap.

Consilium *tenu à Aix la Chappelle*

Pragmat. Sanct. Tit. 5. Quom. diuin. off. quo quisque temp deb. Qualiter hor. can dicem. De his qui temp. diui seruit De tab. pend in choro.

Arrest de la Cour à l'audience du 5. Auril 1559. entre Iean Sabellat Chanoine de Chartres, appellant comme d'abus de l'emprisonnement de sa personne, & des Ordonnances Capitulaires, demandeur en exemption de la iurisdiction du Chappitre, à cause des molestes qu'il luy faisoit, & des condamnations d'amendes, & priuation de ses distributions, & deffences de chanter sur le liure, à luy faictes par led. Chappitre, & requerant reformation du Chappitre, pour lequel Vuillecoq; & Marillac pour le Chappitre. La Cour sur l'appel comme d'abus, à mis les parties hors de Cour. Quant à la requeste d'exemption, debouté: & ayant esgard à la requeste de reformation, la Cour ordonne, que dans huy les articles de reformation seront mises par deuers elle, pour &c. Et cependant enioinct aud. Chappitre de garder & faire garder les saincts decrets, quo quisque tempore, qualiter diuinum officium sit celebr. & de tenentib. capitula tempore Missæ. *Enioinct audit Chappitre de traicter humainement led. Sabellat leur confrere & Chanoine, & aud. Sabellat se contenir en modestie, humilité & fraternité enuers eux, & se reformer* tam in cantu, quam in pronuntiatione, *& autres statuts & ceremonies de ladicte Eglise, suiuant les Arrests donnez pour raison dud. seruice diuin. Et seront aud. appellant payées.*

14 Assidvitatis porro vacatione subnixi quidem sunt sacerdotes, vtpote Scholarum alumni, Conscripti Curiarum supremarum clerici, Aulici cantores sacricolæ, & id genus alij: de quibus, à Nobis illata commemoratio, in Politicis Ecclesiæ. Ast triplex istis temperamentum forensia Galliæ Decreta adhibuêre. Primùm enim, sanctiore in Prætorio iudicauit Princeps, Lutetianum senatorem, clericum, Iustitio Curiæ indicto: Aulicum item sacrificum, expleto trimestri Aulæ obsequio, Canonicatus sui munia actutum obire debere, ipsius alioquin compendiis fructuariisque obuentionibus excludendos. Aresto sacri Auditorij, prolato Decimo tertio Kalend. Quintiles Ann. 1585. inter Sodales Fani Meldensis, actores: & Lazarum Cocleum, Parisien. Curiæ Consiliarium, ac Desiderium Leschenetum, in Regia Sacellanum, ambos Canonicos Meldensis Ecclesiæ, reos. Quoties, ad hæc, priuilegiarij Clerici Canonicatus, est assiduæ functioni obnoxius particulatim, cuiusmodi nonnulli in *Cathedralibus* Templis, glebæque velut adscriptitij: Tunc absens ille, Aulici officij excusatione non lucrifacit sui reditus Sacerdotij, quo minimè præsens sit perfunctus. Ita decernente Senatu Parisiorum, 6. Kalend. Sextiles Ann. 1571. secundùm Claromontanam canonicorum Societatem Aruerniæ, quæ à Palatinis libellorum Iudicibus Consiliariis Curiæ illum appellarat: contra Francisc. Textorem, Canonicum subditum, Aulicúmque sacerdotem, qui perceptos, absente se, Canonicatus sui fructus, à Collegio reposcebat. Tametsi enim hic Clementina niteretur immunitate assidui ministerij pro Sacrificulis Regiæ Franciæ: Iudicio ritè definitum est, Canonicatus eiusmodi seruos, *Hebdomadanos*, & subditos Claromontanæ Ecclesiæ, nihilò magis Pontificio tali Priuilegio includi, quàm generatim conceptis Romanæ Curiæ Mandatis, Indultis, & Expectationibus sacrorum Beneficiorum: Quæ ad illos, assiduis Templi Ministris addictos, Canonicatus non porriguntur. Neque idcirco tamen sacri Muneris vacatione vti possunt indiscriminatim Ecclesiastici alij collegæ. Nam in Iuridicis Lugduni Conuentibus, placuit Senatoriæ Decuriæ, diaria ex Anniuersariis, aliisque ob defunctorum obitum institutis rei Diuinæ officiis erogari tantùm præsentibus Canonicis, absentiúmque portiones solidas istis aduolui. Iudicato, Septemb. Luce 9. Anno millesimo quinquagesimo nonagesimo sexto inter Claromontanum Aruerniæ Sodalitium Episcopale, pro quo, Mauguinus: Et *Hebdomadarios* sex Canonicos, sacerdotes, pro quibus, Ro-

Sacræ Polit. Lib. 1. Tit. 3. Art. 17. ac seq.

Arestum *du priué Conseil du Roy*, die 19, An. 1585. inter Capitulum Ecclesiæ, *de Meaux, demãdeur en requeste de reiglement. Et M. Coquelay, Conseiller & Leschenet, Chappellain de la Chappelle du Roy.*

Placitum Curiæ die 27. Iul. 1571. ex appellatione à Requestis Palatii, inter Capitulum Clarimontis Aruerniæ, & Canonicum vnius sex Præbendarum seruarum, seu Hebdomadariarũ, & ordinario seruitio subiectarum: qui erat pariter Cantor Capellæ musicæ Regiæ.

Bulla Clementis 6. P. pro Capellanis Regum Franciæ. Cui similem Pii 2. P refert Gloza. Pragmaticæ, in Tit. Qualit. horæ canon.

Sacerdotales & Hebdomadarii Canonici, apud Clarummontẽ, qui omnibus horis adsistere tenentur Diuino seruitio, Eugeniana Bulla 11. Cal. Iul. An. 1438. & Pauli 2. P. An. 1465. 10. Cal. Febrnar.

Senatorium Arestum Magnorum dierum, Lugdunen. An. 1596.

T

bertus, egêre, vnà cum Anton. Seguerio, Fisci Aduocato. Denique in diurna Canonicorum Annona, quam VICTVALIVM vocabulo designat Alexander 3 P. absentis ratio nulla habetur, quàmlibet priuilegiarij ac immunis. Cap. licet De Præben. Cap. de cætero De cler. non resid. Capit. vn. Eod. Tit. In 6. Capit. alma mater §. Adijcimus, De senten. excommunic. Apud Bonif. 8. P. Senatori tamen clerico qui Reipubl. causa abest, LVTETIANI PATRES adiudicarunt omnes omnino Præbendi sui reditus: Demptis modo diurnis hisce sportulis, quæ peculiari æris specie, indies, quacunqueuè hebdomade, adstantibus Templo Canonicis manu porrigantur. Vnde *manuales* hæ *Distributiones* vernaculè dictæ. Sicuti ex Senatoriis decretis perspicuè ostendimus, cum bimembri DISTRIBVTIONVM sacrarum distinctione, Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 76. Art. vlt. Neque iis dissentaneum quicquam, nuperrimè pronunciatum est à CONSCRIPTIS CVRIÆ, Quinto Idus Iunias An. 1600. in publica concertatione Fori: quùm T. Chauuelinus pro Ludou. Tillio, Senatore: & Monstreulius, pro Cenomano canonicorum Sodalitio, vicissim perorassent. Idem iuris Aulico Sacricolæ tributum fuit à Senatu, exceptáque Diaria sola, quæ præsenti pecunia sacris Sodalibus dietim manu tradantur. Suprema Sententia, 10. Kalend. Iunias An. 1586. pro Regij Sacelli Administro illo, aduersus Sacrificulorum Societatem Ambiani Fani maioris.

Alexander 3. in Cap. 7. De cler. non resid. Curiæ Paris. Arestum *en prononçant*, die 9. Iun. An. 1600 pro Ludou. *du Tillet* Canonico Ecclesiæ Cenoman appellante à Consiliariis Requestarum Palatii: Cui omnes præbendæ suæ prouentus addicti fuère, *hors-mis les distributions manuelles en argent, qui se payent au chœur apres le seruice.*

Decretum Curiæ die 23. Maii 1586. confirmans sententiam Requestarum Palatii dictam die 15. Ianu. 1585. pro Petr. *Dergine, Chappelain de nostre Dame d'Amiens, & Chantre de Musique de la Chappelle du Roy à la charge que luy retourné du seruice du Roy, sera tenu d'assister entierement au seruice de lad. Eglise d'Amiens auec le Preuost & Chappellains, ses parties.*

Edict du Roy donné en Mars 1594. pour les Chantres & Chappellains de la Chappelle ordinaire du Roy pour la prouision Royale des dignitez, prebendes & Chappelles des Eglises collegiales, vaquantes par mort, incapacité & autrement. Led. Edict verifié au grand Conseil le 19. Iuillet aud. an 1594. pour le regard desd. benefices vacquans par mort seulement. Et à la charge que les prouisions en sont exemptes, lesquelles seront preferées aux Chanoines en cas de regale. Et aussi qu'és Eglises de la Chappelle & autres, où il n'y a que douze Chanoines, il n'y pourra auoir que quatre desd. Chantres priuilegiez. Et où il y aura plus de vingtquatre Chanoines, en ce cas il y pourra aud. nombre iusques à six Chantres du Roy pour tout.

15 VLTRA Priuilegiarios immunésque Canonicos, de quibus suprà, causantur quidam externas occupationes, quo minùs suo vacare Sacerdotio queant, ac velut in statione perpetuò consistere. At prouisum vtrobique est, Templorum Præfectis, simul & ordinario Diuini cultus Ministerio. Qui enim necessariis rebus districti, ab Ecclesia sua abesse compelluntur aliquantisper, hi assiduitatis onere leuantur exoluuntúrque, integro Anni trimestri ad summum: intra quòd Trimestre, sua ipsi negotia explicent. Hoc autem condonatæ absentiæ spatium quotannis, siue continuum, siue interruptum, prætergredi non debent beneficiarij Ecclesiæ Antistites, Parochi, sacrarum Ædium Canonici: Quippe quùm *longiùs abductis sordescant Arua Colonis.* Atque ita absentiæ modum rationémque oportet constare, vt iusta pariter ex causa absens excusetur, nec vllum interim Christianus grex detrimentum ferat. Quemadmodùm Synodici Præsules apud Tridentinum sanxère. Quo etiam in Conuentu Oecumenico, prospectum fuit temporarij secessus ab Ecclesia incommodo, vt qui ex ea abcesserint identidem, seu priuilegiarij, seu alij quilibet, Annuis saltem celebrioribus Festis diebus præstò adsint ei Basilicæ, cuius Præfecturam gerunt: putà in DOMINICO Aduentu, Quadragenario Ieiunio, Resurrectione DOMINI, Pentecoste, & corporis CHRISTI Festo. Quibus diebus maximè refici, ac Pastoris conspectu, oues frui, secundo Numine, expedit. Si tamen necessaria Ecclesiæ suæ negotia tractaturus petierit Romam Antistes, haud iniquum sit, absentem sacræ Reipublic. ergo, iuuari Legum beneficiis, noxæque eximi illicitæ absentiæ. Pontificio Honorij 3. Rescripto, ex parte De cleric. non resid. Vnde & Aulico in Prætorio, dicente Me, decretum fuit pridem forensis cuiusdam controuersiæ Iustitium, postulanti Amedeo Cruceo, Cisterciensis Ordinis principi *Abbæ*, pro quo orabam: qui nouus tùm Romæ incola, res Monasticæ totius Sectæ suæ procurabat. Extemporanea Sententia Prætoriani eius Consilij Idibus Nouemb.

Tridentini Concil. Sessione 23 Cap. 1 Tit. De reformat. morum & Sess. 24. Decreto 12 De reformat.

Les Comtes de Brionde, en Auuergne, sont les Chanoines de l'Eglise Collegiale de S. Iulien de Brionde.

Surceance du Iugement d'vn procès de l'Abbaye du Lys, Amedeo de la Croix instante, Cisterci. Abba, Capite Ordinis.

Die 13. Nouemb.

An. 1591. quùm Loysellus, econtrà, Karolæ de Cluyz, Monialium Præfectæ, caulam egisset. Nec multò aliter de Theologo doctore, qui in Episcopi sui comitatu erat iussu ipsius, pronunciatum est Aresto Curiæ in publica disceptatione litium, 14. kalend. Quintiles Ann. 1587. pro Adriano Ambœsio, Nouiomensis Veromanduorum ecclesiæ Sodali, qui Canonicatus fructus suos fecit: aduersus Sodalitium ipsum Episcopale, quod priscam suam illi Constitutionem opponebat, præsentissimi in Ecclesia officij, ad consequendos Sacerdotij prouentus. Sed ne tempus, chartæque frustrà terantur in vacatione excusationéque assidui muneris Ecclesiastici moderanda, præstat, sacræ Disciplinæ fontes repetere, ac eius præscripto, vnum vni Sacerdotium duntaxat, cui ritè obeundo respondere possit, adsignare. Sic enim Chalcedonensis Synodi Actio. 15. statutum fuit, Clericum bino in Templo conscribi neminem, * Polygamia Sacerdotiorum explosa. Can. clericum in duarum Caus. 21. Quæst. 1. Quod tamen, Orientalis præsertim Cleri ambitione, obsoleuisset, nisi à Patribus Nicæni 2. Concilij fuisset restitutum. Synodico canon. 15. Ne clericus in duabus Ecclesiis collocetur. Ex Paulina 1. ad Corinth. Cap. 7. Occidui itidem Orbis Concilia nobis suppetunt, consentanea superioribus. Placentinum nempe, ab Vrbano 2. Pontifice coactum, cuius meminit Canon. Sanctorum, Distinct. 70. Vers. *omnino autem in duabus Ecclesiis intitulari, cuiquam non liceat, &c.* Huic Synodo affinis Laterana successit, auctore Alexandro 3. qui Christianis sacris præsidebat An. 1175. Cap. 13. & 14. Vetustiorum sileo Congressum Ecclesiæ Aquisgranensem, cuius persimili Cap. 50. cauetur, duarum Ciuitatum Ecclesiis ministrare, Clerico nefas esse. A quo nec multum abest celebris Mediomatricum Synodus, cui Ratbodus Treuirorum Archiepiscopus præfuit. In Cap. 2. Vers. vnusquisque Presbyter &c. Postremò sacra Tridenti Comitia sanxerunt, vnicum postea Ecclesiasticum beneficium in singulos conferri, tametsi Purpureo galero honestatos. Sessione 24. Cap. 17. Decreti de Moribus reformandis. Cui decreto congruens Edictum promulgauit Erricus 3. Princeps noster An. 1579. ex Blesensi Francicorum Ordinum concilio, Art. 11. Quisnam ergo, mentis compotes existimare eos possit in Gallia, qui quùm vni Pontificatu vix queant satis esse, alterum ei addere non dubitent, binoque Lituo insigniri? Quis non mente captos sacerdotes iudicet, qui modum vtriusque Paginæ nullum esse arbitrentur: quùm ipsi maxime, subducta ratione, actum suum DOMINO probare teneantur? At nunc, infit Budæus, Pontificatui Cœnobiarcham, quasi coniugem, adiungere tam solenne apud nos cœpit esse, vt mancus Pontificatus, aut cœlebs alioquin esse videatur: perinde atque si semiuirum coniugem esse contendas, qui cum vxore concubinam non habeat. Ego verò hæc in plerisque sacerdotibus tam inter se dissidere censeo, quàm coniugem & pellicem in hominibus profanis: etiam si hac de re Iurisprudentum Responsa annos ferre non credentur, Mundo iam præcipiti. Vt Lib. 5. de Asse proditum est.

Placitum Curiæ Paris. *en plaidant* die 18. Iunij 1587 pro canonico ecclesiæ *de Noyō absent pour assister & accompagner son Euesque*, Nonobstante Statuto Capitulari de Stagio gratioso, & post rigorosum, ad fructus Canonicæ lucrandos, Quos ille iudicio euicit contra Capitulum

Concil. Tom 2.

* multorum coniunctione, ceu coniugali.

Vnusquisque, D. Pauli verbis, in eo, in quo vocatus est, debet manere, & in vna Ecclesia assidere.

Vers. vt cum vnum officium vix implere sufficient stipendia sibi vendicent plurimorum, &c.

Metense Concilium, Versor Vnusquisque presbyter vnam solum modo habeat Ecclesiam, nisi fortè antiquitus habuerit Capellam vel membrum aliquod adiacens sibi, quod non expedit separari.

Tridentina Synodus.

Arrest de la Cour du 30. Iuillet 1583 pour Maistre Iacques de Sauense Conseiller de la Cour, contre les Chanoines & Chappitre de S. Hilaire de Poictiers, ordonnè que sans faire par ledit demandeur Chanoine de lad. Eglise, aucun stage ne residence en icelle, il gaignera le gros, distributions de sa prebende, hors-mis les distributions manuelles en argent sec, qui se deliurent separement.

Arrest de la Cour du 18. Iuillet 1551. pour M. Alexandre Goeurot Conseiller de la Cour, & Chanoine du Mans. Qu'il gaignera franc les gros fruicts de sa prebende, sans resider, sauf les distributions manuelles.

Autre Arrest pour M. Michel de Monchi Conseiller du Parlement de Roüen, contre le Chappitre de Sens sur vn appel des Requestes du Palais, du 23. de Iuin 1585.

16 PORRO si Ecclesiæ Administri, officio non desint, nec deerunt iis pariter Mœcenates, ac patroni Reges. Nam etsi prædiariæ possessiones ordinariis Fisci indictionibus sint promiscuè, cum Plebeiis aliis, obnoxiæ in Aquitanica & Narbonensi Gallia: Illius tamen tributario & vectigali solo superstructa noua Casa DEI, aut Cella monastica in illis finibus, liberatur qualibet in Fiscum æris pensitatione aut collatione. Sicuti

Talliæ regiæ, in Vasconia, Occitania, purè reales, non personales.

Monpessulana regiorum vectigalium Curia, Occitaniæ, censuit Iudicio, Nonis Maijs Ann. 1555. Teste eius Conscripto Curiæ Ranchino, in Notis suis ad Decisiones Vidi Papij Gratianopolitanas. Demus enim, Principis iniussu, fundum Sacro dedicare non licere: semel certè concepta prædij donatione in structuram Templi, eóque consecrato, nil profanæ rei super. stat, ex qua tributum exigat Fiscus Aurelianensis Synodi decreto, traducto in Canonem, Nemo Ecclesiam ædificet De consecrat. Distinct. 1. Et Can. conuenior ipse à Comitibus Caus. 23. Quæst. 8. Cap. semel Deo dicatum De regul. Iur. Apud Bonifacium 8. Pij insuper Ecclesiarum patroni conditorésque Reges nostri eas, vacuo Episcopatus Solio, dignis mandant erogántque, Regali iure tutelaris patrocinij: vtpote Canonicatus, Sacella, & alia eiusmodi Sacerdotia, quæ animarum curationem coniunctam non habeant. Talia autem Regaliorum iura & commoda, quæ, noui Præsulis fide Regi obstricta, desinunt, ex vicario non cessant fidelitatis Episcopi sacramento. Nam valet quidem procuratoria isthæc Episcopi in fidem assumptio, vt profanis exinde censibus Episcopij sui fruatur: sed de sacris fructibus, sacerdotiorum putà collatione, non item. Vtì concinnè Regalia sua distinxit Carolus 7. Diplomate luculento, postridie Iduum Febr. An. 1451. de clientelari, Fideique iureiurando illi præstito à *Cardinalis* procuratore Antistitis Morinorum. Quod certè diploma, in Rationalium Parisien. Commentarios subinde regestum fuit. Quinetiam in verba Principis iurante ipsomet Episcopo, clauduntur vtique omnimodò Regalia: Ast qui primùm dehinc possessorem amiserit Canonicatus, Principis candidato debetur à Regio cliente, pontifice Diœcesano. Ex Codicillari nouo, ac commentitio Iure, quod Prætoriani Senatus Actis inscriptum voluitur pridie Kalend. Maias An. 1599. Quandiu autem, orba Episcopo Sede, exerceantur Regalia, Veteribus placuit, spiritales Decumarum fructus ad Regem non spectare, & futuro Præsuli reseruandos. Arnulpho Ruzæo auctore, in Tract. Regaliorum (Priuil. 55) & Rogerio Barma, in Senatu Præside, cuius manuscriptis Miscellaneis hæc interseritur sententia. NORMA, DE DECIMIS DE ORVILLA, DE BVCHERVILLA, QVÆ, SEDE VACANTE, FVERVNT PERCEPTÆ, EPISCOPO CONSTANTIENSI PER ARESTVM FVERVNT REDDITÆ. Ann. 1282. At nostri æui Iurisprudentia secus definitum, constat Decreto Senatus prolato in causis agendis 12. Kalend. Martias Ann. 1585. secundùm Canonicos Palatini Sacelli, Lutetiæ, beneficiarios Principis petitores: aduersus Lexouiense Normanorum Collegium *Cathedrale*. Escorceueo, Actorum, & Boilleo, reorum causidicis. Nec alienum ab hoc S. Consultum citauimus, in Libris REI DOMINICÆ Francorum. Ecquid verò de annuis Episcopæ censibus, qui ante Præsulis inaugurationem cesserint quidem, sed persolui vlteriore die consuêrint, qua sacratus iam ille, Regalibus clausis, rerum potiatur? Vtrinàm, pensiones hæ debitæ, quærantur, Reginè, an Pontifici isti? Decisam iudicio quæstionem *Parlamentari*, obseruato, in hanc phrasin. *Cùm Sedes Carnotensis diu vacauisset, & creatus ibi fuisset Episcopus Symonomine, qui in Vigilia Ascensionis sua Regalia habuerat, idem Episcopus nitebatur habere denarios ceræ, pro eo quòd postquàm sua Regalia habuit, scilicet in ferijs Pentecostes post Presbyteros Diœcesis afferri consueuerunt, & solui. Custodibus Regalium Carnotens. ex aduerso dicentibus, d. denarios ad dominum Regem pertinere, quia debiti erant ad Pascha præteritum, & recepti tunc per Presbyteros: licet non afferrentur ab his, donec post Pentecosten. Auditis hinc inde propositis, & Vsu super hoc inquisito, pronuntiatum fuit per Iudicium, d. denarios ceræ de termino Paschæ, quo Rex regalia habuerat ad dominum Regem pertinere &c.* In Parlam. Pentecostes An. 1281.

7. VICINA superiori, Episcopalium redituum contentio est, inter hæredes, & successorem Pontificem, ex qua Anni parte ineatur fructuum computatio, inter ambos partiundorum. Quocúnque ædepol Anni Mense, diem obierit Præsul antecessor, hæredi competunt Pontificalis

Arestum Curiæ *des Aydes de Montpeslier*, die 7 Maij 1555. Stephan. Ranchinus, Anton. Rambandus. Frãciscus Pisardus, & Laurentius Rabotius elucidarunt Decisiones Guidonis Papæ in L.b. impresso An. 1602.

Beneficia simplicia, nec Curata, sunt Regiæ collationis, pendente Regalia.

Patentes regiæ, die 14. Febr. An. 1451. de iuramento Fidelitatis regi facto per procuratorem Cardinalis Episcopi *de Therouenne* Registratæ in Camera computorum. De his consule annotata Lib. 2. Doman. Franc Tit. 9. Art. penult.

Literæ Regiæ, apud Magnum Consilium registratæ, die vlt. April. 1599.

Princeps pro nouo & iocundo aduentu ius nominandi canonicũ in ecclesijs cathedralib. habet. Ioã Andr. & Geminianus in C. 2. de præb in 6. Boërius in Decis. 32. post Specul. in § restat De præb. Rota in Antiq Decis. 14. Sed Francisc. Marchus Decis. Delphinali 10·4. dissérit, an hoc procedat in Delphinatu, qui separatus est à Regno Franciæ. Nisi dicatur Rex Delphinus.

Arestum in Parlamento S. Martini An. 1282. de decimis Episcopatus *de Constances, en Normandie.*

Placitum Curiæ, *en plaidant*, die 18. Febr. 1585. de Regalia temporali in Episcopatũ *de Lisieux* inter Canonicos S. Capellæ Palatij Regalistas seu Regaliæ donatarios, & Capitulum *de Lisieux*. Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 9. At. 15.

Inquestæ & Aprisiæ expeditæ in Parlamento Pentecostes An. 1281.

ſacerdotij prouentus, ex rata onerum portione metiunda ab Kalendis Ianuarijs eius Anni, fatalem vſque defuncti horam. Quippe quum à corporeo mortalium Coniugio, ad ſpiritale, ducatur argumentum. Cap. 2. De tranſlat. Epiſ. cum Papiniani leg 7. D. ſolut. matrim. Atque ita iudicanti Senatui placuit, 5. Iduum Sextilium An. 1597. litigatore Franciſco à Rupe-Focaldi, Gergouiæ Aruernorum Epiſcopo, hinc: & Chazerone dynaſta, inde, Petri Sannecteri, Antiſtitis vltimi, per vxorem hærede. Alia in hanc rem Curiæ Placita recenſuimus, Lib. 3. Eccleſiaſt. Polit. Id quod trahendum opinor ad fructus Regaliorum, qui à die obitus Epiſcopi cedunt Sacerdotibus Templi Palatini, apud Lutetiam, Principis donatarijs. Regalia autem ipſa ilico procedunt, ex quo die, Præſul diœceſanus, fuerit ſanctiore in Collegio Romano acclamatus *Cardinalis*, & purpurea in Trabea refulgeat: tametſi nondùm Cardinei Tituli peculiaris Inſignia acceperit. Quemadmodùm à Curia Pariſien. definitum eſt 12. Kal. Decemb. Ann. 1361. de Canonicatu Tornacenſis, Neruiorum, Eccleſiæ: Quem Regali iure contulerat ſubinde Princeps, ac Neruiorum Pontifex Aſſelinus, Romano in *Conſiſtorio* deſignatus fuiſſet *Cardinalis*, & ſacroſanctum in Senatum cooptatus. Sacerdotij quidem competitor obiecerat tùm Principis beneficiario, *Cardinalitium* nomen, abſque re & titulo certo, inane videri. Alios enim *Cardinales* Epiſcopos inſtituit B. Syluester P. alios Preſbyteros, Diaconos alios: Quibus illuſtrem ſingulis titulum officij adſignauit. In Synodo Romæ habita, Can. Præſul. Cauſ. 2. Quæſt. 4. Can. A Subdiacono Diſtinct. 93. Quales dehinc Chriſtiani Orbis Cardinum titulos deſcripſit Nicolaus 2. Pontif. munerìſque functionem in legendo ſupremo Antiſtite, An. 1059. Vt fertur ſacro Can. In nomine Domini Diſtinct. 23. Exin Pontif. Nicolaus 3 propalàm declarauit, ſumma Chriſtianæ Reipubl. negotia ab Apoſtolico Pręſule geri, de communi Purpuratorum Patrum ſententia. Cap. fundamenta §. decet, De elect. Apud Bonifacium 8. Lugdunenſi item Concilio, cuius auctor Gregorius 10. ſancita fuit eius Apoſtolici Senatus poteſtas rerúmque arbitriũ, in ſacro Interregno vacui Pontificatus Max. Quod tamen rerum Arbitrium ſtatuto modulo, coarctarunt Synodici proceres Eccleſiæ apud Lugdunum, & apud Viennam Allobrogum. Clem. Ne Romani De elect. Peculiares autem *Cardinalium* Titulos ſerie longa percenſent Annalibus ſuis Bernardus, Guido, Polonus: tùm ex noſtri Ordinis Iuriſperitis. Albericus Roſates ad Rubric. De ſtatu hominum, Anton. Capycius, in Neapolit. Deciſ. 120. Et Hieronym. Manfredus I. C. Ferrarienſis in Tract. De Cardinal. Rom. Eccleſ. Atqui Tornacenſis ille Neruiorum Epiſcopus Cardineum Titulum ſortitus eſt, diu multúmque poſt ſplendidam nudam *Cardinalis* appellationem Galerique rubri geſtamen. Quocirca Epiſcopi donatarius Canonicus obnixè differebat nondùm Paſtore viduam Eccleſiam, nec cœpta fuiſſe Regalia, quùm *Cardinalis* ipſe honorarius, idoneo Titulo careret: Qui ſolus conſortis impatiens Epiſcopalis tituli, induceret vacationem Epiſcopatus. Verùm ad ea Regalium aſſertor replicabat, poſteriorem Cardinei tituli aſſignationem retroduci ad diem honorariæ nominationis in *Conſiſtorio* ſacro decretæ. Quandoquidem, mandata pariter Iuriſdictione priuato cuipiam, imperium videtur mandatum, cæteráque conceſſa, ſine quibus Iuriſdictio explicari nequeat. Leg. 5. ff. De offic. eius cui mand. Leg. 2. ff. De iuriſdict. omn. Iudic. Præterea qui ſemel allectus eſt in Romani Senatus Collegium, creditur, vni iam Rom. Pontifici purè addictus Gallicus Præſul, & ita ab clientelari officio fidelitatéque Regi deuincta abſtitiſſe: niſi, tanquam vacuo Præſulatus Sacerdotio, in verba ſui Principis denuo iuret. Quam obrem ſecundum Regis beneficiarium Ordo Clariſſ. pronuntiauit. Affine huic S. Conſultum factum eſt 4. kal. Septembres An. 1598. ex publica Fori decertatione, conſilio permiſſa, 7. Kalend. Mart. anteriores. Nam Iacob. Ioncherus, ab Regia donatione, iudicio abſtulit Canonicatum Ædis Germani, Antiſſiodorem, apud Lutetiam aduerſario Gabriëli Maupeau

Curiæ Areſtum die 9 Aug. 1597. de partitione fructuum Epiſcopatu Claromõtant, in Aruernia.

Tit. 1. Art. 23. 24.

Placitum Curiæ, die 20. Nou. An. 1361. de Regula Tornacenſi quæ per ſolam Epiſcopi nominationem & proclamationẽ ad Cardinalatum apertã fuiſſe iudicatur.

An. 304. D. Marcellus P. Cardinales 25. in Vrbe elegit propter baptiſma, & ſepulturas Martyrum. At Fabianus P. Cardinales Diaconos 7. inſtituit, qui rerum à Martyribus geſtarũ Scribis præeſſent. Sed neque Cardinales hi ab omnibus vocabãtur, nec prærogatam Dignitatẽ habebant. Lugdunenſe, & Vienneſe Concilia.

Tournay, in Belgio.

Cardinalis, ad honores.

Duo Beneficiales tituli, maiores, incompatibiles.

Philippus Probus in quæſt. 7. iuris Regaliorum *tient* Epiſcopatũ non vacare, nec ideo Regaliam apertam eſſe per Promotionem ad Cardinalatum, & proclamationem in Romano conſiſtorio factã, ſed tantùm à die acceptationis & conſenſũ Epiſcopi ei nominationi Cardinalitiæ præſtiti. ex ſententiã Ioannis Monachi in Cap. Generali De elect. in 6. &c.

Placitum Curiæ, die 29. Auguſt. 1598. *ſur l'appointé au Conſeil en plaidant*, die 23. Febr. præced. de Canonicatu in eccleſia collegiata S. Germani *de l'Auxerrois*, à Paris.

Episcopale munus Iactanti Parisiensis Antistitis Petri Gondij, qui Paulo tea purpuratus Romæ Senator appellatus fuerat, licet multis pòst Mensi-

En ceste cause de Ioncheres ledict Maupeau pourueu par l'Euesque de Paris en Octobre 1587. il ne print possession; & ne se fit receuoir en Chapitre que le 5. de Ianu. 1588. & des le 2. dudict Ianu. l'Euesque ayant receu nouuelles certaines de Rome de sa promotion au Cardinalat faicte en Decembre precedent, il s'estoit faict faire don par le Roy des collations en Regale des benefices de son Eueschè vacquant en regale.

bus Cardinalitio Titulo insignitus. Neque hinc longe dissidet Regaliorum Priuilegiaria Lex 13. apud Ruzæum: Quæ Principi tum adaperta Regalia, censuêre Lutetiani PATRES, cùm Petr. Toresius, Rothomagi Neustriæ Pontifex, Cardinalitia auctus esset Dignitate. Decimo tertio kalend Apriles Ann. 1364. Ex his demùm facilè intelligitur, longas Regibus esse manus: quum & prænotato illo An. 1598. Principi adiudicata sint in Armoricos Episcopatus Regalia profana, quæ diutino temporum spatio controuersa, indecisáque permanserant. Senatorio decreto 10. Calend Ianu. eius Ann. pro Sodalibus sacræ Basilicæ Lutetiani Palatij: contra Philip. Beccum, Nannetensem Præsulem, cuius pridem causæ patronus adfueram. Dn. Dehero, Conscripto Curiæ, litem, quæ consilio priùs commissa fuerat, Senatui enarrante.

Senatus Arestum die 23. Decemb An. 1598 de Nennetensi Britãniæ Regalia, in temporalibus, pro Canonicis S. Capellæ Palatii, Parisien *Monsieur Lenoyx Rapporteur du procès.*

18. IN MVLTIS quidem aliis sacrarum Diœcesum finibus, Galliæ, ignota illa sunt, nec Vsu trita Regaliorum iura. Sed harum tamen Diœcesum Præfecti tenentur arctissimo in Reges fidelitatis sacramento. Sicuti de Auxitano Aquitaniæ pontificatu fuit præiudicatum in vetere *Parlamento* Diualium Ann 1292. hoc verborum tenore. *Visa Informatione facta super homagio, pro temporali Ecclesiæ Auxitanæ, faciendo, Repertum est per testes senes & valetudinarios, d. homagium à quondam Archiepiscopo Auxitano, Regibus quondam Francis factum esse, & domnum Hispanum quondam Archiepiscopum, dominum Ludouicum quondam Regem Franciæ requisiuisse, tanquam dominum temporalem, quòd Ecclesiam Auxitanam fundatam & dotatam à Clodoueo quondam Rege Francorum, iuuaret, & defenderet, sicut tenebatur. Item quòd dominus Arnaldus de Armaniaco fecit homagium domno Hispano quondam Archiepiscopo Auxitano, pro Comitatibus Armaniaci, & Fesensiaci. Et de iis loquendum est domino Regi.* Secundum quæ, decreta est postmodùm missio in possessionem bonorum Aquitanici cuiusque Cœnobij, & Præsulatus, ob clientelare, Fideíque obsequium Regi non præstitum. Mandatis Principalibus, Ianu. Luce 4. An. 1373. Quibus ita Narbonensis Galliæ Clerus acquieuit, vt iuratò spondendæ Fidelitatis inducias paucorum Mensium supplex impetrarit. Publicis tabulis 8. Kalend. Majas An. 1374. quæ extant in Monumentis Præfecturæ Ratiociniorum Parisien. Interea verò, quùm Auxitani illi Archipræsules debitum Regi fidelitatis officium abnegassent, decisum fuit contradicto Senatus iudicio, *quòd Archiepiscopus Auxitanus tenetur facere fidelitatem Regi, ratione suæ temporalitatis.* Tertio Idus Iunias An. 1327. Aliæ porro Francorum Prouinciæ sacræ, fuerunt quondam Regalibus sacerdotiorum obnoxiæ, vt plurimùm: sed quibus vltrò cesserint Principes, in Diœcesanæ Hierarchiæ gratiam. Vtputà, Augustus Rex, Antissiodori Collegio Episcopali transcripsit sua Regalia, An. 1206. Quæsitum fuit nuper, an, orba Episcopo Sede, vacui interim Canonicatus donatio ea potior foret, quæ ab Ecclesiasticis illis Sodalibus collata fuisset Regaliorum iure cesso, quàm anterior eius Muneris concessio Pontificia, seu Pontificij Legati in Gallias. Beneficiarius enim *Cathedralis* Sodalitij, præfractè contendit, legem Regaliorum, vacante illa Cathedra, Pontificias quasque Sacrorum Beneficiorum collationes in irritum deducere. Arquin Sodalitium istud, quasi transcriptis sibi Regalibus, iam olim Sacerdotio petentibus erogauit. Ac propterea Sodalibus iis addicta est pridem vacui Episcopatus bonorum possessio profanorum, Regia manu sublata. Iudicato Curiæ 10. Kalend. Apriles Ann. 1513. aduersus procuratorem Fisci. De sacris autem Regalibus, collationeuè Munerum Ecclesiæ Antissiodorensis, PATRES C. censuêre maturius deliberandum 17. Calend.

Inquestæ & Apprisiæ expeditæ in Parlamẽto omnium Sanctorũ Ann 1 92. *Touchant l'Archeuesché d'Aux.*

Comes *d'Armignac & de Fezensac.*

Mandatum regium saisiendi temporalia Episcopatuum, & Abbatiarum Occitaniæ, ex defectu iuramenti fidelitatis, & homagii debiti Regi.

Die 24. April Ann. 1374.

Parlamenti Arestum die 11. Iun. An. 1327.

De hac cessione seu remissione Regaliæ Antissiodorensis, facta a Rege Philip 2. Nos Lib 1. Sacræ Politiæ Tit, 7. Art. 6.

Arestum *le main leuée au Chapitre du temporel de l'Eueſché d'Auxerre saisy*, die 23. Mart. An. 1513.

Februar An. 1555. Ast Pontificij, contra Legati donatarius defendit, Augustum Regem, Ecclesiæ verius remisisse ac condonasse sua Regalia videri, vt liberius illa, primæuo suo imperio potestatéque sacra vteretur, quàm Regale ius in eam transfudisse, quò, Regia veluti vice duntaxat, postulanti Ecclesiastica beneficia largiretur. Principali enim Diplomate, sic data sunt Regalia, vt *Decanus & Capitulum ea suæ Ecclesiæ custodirent, Sede vacante, & Præbendas, si quas interim vacare contingeret, ad opus futuri Episcopi.* Qualis Custodiæ formula non sinit, Ecclesiæ relictam, seu redditam libertatem, à nudis Custodibus interuerti: & quod futuro sacrorum Antistiti custodiendum, credatur ipsius Oeconomo Collegiouè Ecclesiæ, nouari, immutari. Quandoquidem pristinum in statum restituta potiùs res existimetur, quàm nouum ius attributum. Luculenta in id Ruzei sententia, de Atrebaticis Regalibus cessis, Priuileg. 11. Vbi affinem rei citat Bartoli opinionem, in Procem. Digest. Et Can. ab exordio Distinct. 35. Cæteroquin minimè valeret Regaliorum in priuatos cessio, quæ Sceptris insolubili nexu Regalia cohæreant. Hoc denique Regaliorum problema Antissiodorensis Ecclesiæ, pendet inexcussum apud CONSCRIPTOS CVRIÆ Parisien. in publico causarum Campanarum Volumine Maij. Mens. An. 1600. Fouleo, Legati: & Delvo, Episcopalis Collegij iura vicissim tum forensi Actione tueri paratis. Quoniam verò istic obiter, de CELSISS. SEDIS in Gallias Legato, dictum est, nosse expedit, peruetustum Gallicæ huiusmodi Legationis vsum esse. Bina Epistola (44. & 68.) Yuonis Carnutum Episcopi ad Paschalem 2. P. Q. ia, hic eorum admonetur, quæ minus ex officio à Romanis Legatis in Prouincia Francica tunc gererentur. Iamdudum autem certo modulo constricta fuit in Galliis Romani Legati functio ac potestas, multiplici S. C. Parisiensi. Nam, præter tractata à Nobis de eo raptim, Sacræ Polit. Lib. 2. decreuit Ordo Ampliss. Nono Calend. Quintiles. Anno. 1547. in promulganda Pontificia Legatione Cardinalis, à S. Georgio dicti, hunc ipsum nulla iuris dicũdi munia aggredi inter Gallos homines debere, licet eius se iurisdictioni vltrò subijcientes, vel purè quidem subiectos Apostolico Præsuli sacerdotes. Saluo eo, vt Appellatorijs Clericorum litibus Iudices Rescripto delegaret, ex formula Lege dicta *Concordati* Bononiensis, De Rubr. causis Legato præterea vetitum est, Nothos aliorsùm natalibus restituere, quàm vt Ecclesiast. ordinibus Muneribúsque insigniri valeant, non autem profanas hæreditates Officiauè capessere, ac ciuilia huiusmodi Magistratuum munia obire. Sacris item in Ordinibus illis, Beneficijsuè à Legato conferendis, statutum fuit, minimè derogatum iri scriptis Fundationum cautionibus Sacerdotij cuiusque, nec Priuilegiis, Ritibusuè patriis, aut ciuicis Constitutionibus de collatis. Beneficiariis, ad hæc, Vnionibus nouis Legato est interdictum, temporariis æquè ac perpetuis. De quibus tamen, legitima disceptatio erit penes sacros Magistratus, queîs Legatus ipse cognitionem eam mandauerit: vt ex Synodicis Constantiæ canonibus, de Vnione postulata, pronuntient. Senatui insuper placuit, Sacerdotiorum petitores Scholasticos, ab illo, neutiquam lege solui posse stati iustíque curriculi studiorum liberalium, quod, Francicis Sanctionibus, præfinitur Honorariis literatorum gradibus, Academijsque ipsorum Nominationibus ad Munera Ecclesiæ adipiscenda. Rursus LVTETIANI PATRES, irrita declararunt Beneficiarias quasuis pensitationes æris annuas, quæ aliis, quàm gratiosa cessione vel controuersi iuris transactione Sacerdotium dimittentibus, adsignarentur à Legato Romano. Cui pariter fas non esse, censuit, Curia, Ecclesiasticorum fundorum alienationem vllam permittere quouis titulo nomineuè exquisitam: Siue etiam latifundia, eorum forent Templorum, quæ Apostolicæ Sedi, nullo intermedio, subiaceant. Illi verò vtique licebit, rei Disceptatores seu Iudices dare ex Gallico eo Municipio, cuius sacra prædia solo contineantur: Qui, ipsa distrahi expediat necne, perpendant accuratè, & alienationi demum ex Legibus decretum interponant. Similiter legatus, vtriusuis sexus Cœnobiarchias in

Appointé au Conseil sur la collation des Benefices en Regale à Auxerre. Die 16. Ianuar. 1556.

Hincmari Rhemen. Archiepiscopi Epist. 5 Cap. 41 Sicut Episcopus & suas & Ecclesiasticas facultates sub debita sua dispensandi habet potestatem, Ita facultates Ecclesiæ viduatæ post mortem Episcopi penes œconomum integræ conseruari iubentur futuro successori eius Episcopo, &c.

Ruzeus, in Tract Iuris Regalior loquens de cessione Regaliæ facta a Philip Augusto Rege, ecclesiæ Atrebatensi.

Permission du Roy à l'Euesque de Modene, d'user du nom de Legat en ce Royaume. Au Plessis du Parc, le 4. Ianu. l'an 1477. Francica Curiæ Aresta, facultates Legatorum Apost. restringentia, Lib 2. Ecclesi. Polit. Tit. 4. Art. 3. & 4.

Facultatum Legati Apostolici, Cardinalis *de S. Georges au voile d'or*, Verificatio, & modifficatio facta in Parlamento Paris. die 23. Iun. An. 1547.

Concil. Constantiense, de Vnionibus Ecclesiast.

Nominationes Graduatorum nominatorum & simplicium, ad Beneficia vacatura per obitum.

Pensiones item Beneficiales, à pensionario cedi alteri nõ permittet Legatus qui nec suis Collationib apponet Clausulam, *Anteferri*, consimilemuè, in præiudicium tertij anterius iùs habentis.

Legatus item, de criminibus purè Ecclesi. cognoscens in laicũ, mulctare eum pecunia nequibit, sed Clericos tantùm, iuxta Canonicas formulas, & Decreta Concil.

200. Floreni Cameræ Apostolicæ.

alios conferre prohibetur, quàm nominatos à Principe; aut eas quidem secus postulanti, in tẽpus aliquod commendare, tametsi annuo fortè reditu minùs æstimatas quàm ducentis florenis Apostolici Fisci. Regias itidem Senatorum Parisien. nominationes ac sacerdotia, obseruabit districtè legatus, neque aliis talia erogabit. Idem porro, in Ecclesiasticis Muneribus alicui dispensandis neutri derogabit Rom. Pontificum Regulæ Diplomaticæ, *De verisimili Notitia, & De publicandis Resignationibus*: Nec perceptorum Sacerdotij fructuum nomine, iis nullatenùs indulgebit, qui præposterè sese illius possessioni obtruserint. Ab hoc deinde nulla fiet Clericis, Cœnobitisuè gratia veniáque supremæ voluntatis testandæ Ecclesiasticis de rebus seu prouentibus sacrorum Beneficiorum, contra patrios Mores ac Constitutiones. Testamentorum item Curatoribus minimè prorogabitur à Legato tempus exequendis ipsis Francico Ritu præstitutum: nec, supremis iisdem elogiis piè relicta, alios in vsus transferentur, nisi testatorum mandata aliàs impleri nequeant, translationémque necessitas exposcat negotij.

Nec restituere Legatus poterit, aut habilitare Laicos contra Infamiam, quam incurrerint, sed Clericos solùm, quoad Ordines, Officia aliosque Actus Ecclesiasticos.

Præter hæc, constitutum est à summa Curia, Legatum, aduersus Pacta conuenta integri restitutionem dare non posse; profanis quidem, omnimodò: Clericis verò, de re soli, aliauè quælibet contracta literis apud Regium seu inferioris Dynastæ Tabellionem. Cautum denique, Francica sacerdotia, ab illo tantisper modò conferenda, quantisper maneret in Gallica suæ Legationis prouincia: extra eam priuato ipsi, sacrarum Collationum ius nullum superfore, sed diurna singula commissi Muneris obiti Acta Diariáque lectissimo cuidam viro relinquenda, ex quibus rerum gestarum fides in posterum desumeretur.

An Regalia locum habeat in Episcopatu, *de Luçon en Poictou*.

Placitum Curiæ de *maintenue* die 26. Oct. An. 1595. *entre Adam Baione, commissaire des fruicts de l'Euesché de Luçon, & François Yuert nommé par le Roy aud. Euesché, appellans des Commissions pour saisir, &c. Et M. le Pr. General du Roy intimé Appoincté au Conseil sur la Regale de Luçon* die 27 Iul. An. 1600.

An ipso iure Regalia dicatur aperta, per feloniam, seu rebellionem Episcopi in Principem, absque præuia Condemnatione iudiciaria.

Erardus Cardinalis *de la Mark*, Episcopus Leodiẽsis, & Carnutensis, indicto bello inter Franc. Reg. & Karolum 5. Cæsarẽ An. 1520

Arestũ Curiæ Paris. Die 16. Febr. An 1595. pro Regalista, in Ecclesia Senonens. archiepiscopali.

Francica Synodus in Rhemensi territorio acta, An. 1. regni Hugonis August. & Regis Roberti: contra Arnulphum Lotharij regis Filium, qui suo Rhemensi Archiepiscopatu priuatus fuit, eiq; subrogatus Gilbertus, tandem Rom. Pontifex. Ex vetusto Codice Miciacensis quondam Monast.

19 EPISCOPATVVM autem Regalia, à quibus digressi, vt refricemus paulisper, Lucionensem iis non subesse Regalibus, iudicarunt LVTETIANI PATRES, regio actore manus dante. Decreto 7. Cal. Nouemb. An. 1595. cui causam præbuisse videtur siue Regia Ludouici 7. pietas, qui Burdigalensi sacræ Metropoli, ac suffragantibus ipsi Episcopis cesserit iure suo regaliorum, seu prisca ipsa Lucionensis Cœnobij conditio, Regalibus libera ac immunis: Quæ nimirùm posteriore Monastici in Episcopalem tituli conuersione, mutata non existimetur. Veruntamen instante postea Canonicorum Collegio Basilicæ palatinæ, qui transcriptitijs Regaliorum commodis fruuntur, in consilium missa est hæc Lucionensis *Regaliæ* quæstio ac disceptatio. Extemporali Curiæ iudicio in causis orandis. Sexto Calend. Augusti An. 1600. dicentibus, Monarco, Ædis Palatinæ Canonicorum: & Butelerio, Lucionensis Collegij, patronis. Porro vbicunque exercentur Regalia, iis extemplò patefit aditus: quasi orba Pastore diœcesi, cùm hic ad Principis hostes Reique Public. desciuerit. Nam etsi axioma quidem istud Ruzæo minùs arrideat. Regal. Priuil. 35. ex proposita Erardi Markæ Carnutum Præsulis ad Cæsarem defectione. Aliud tamen placuit Viris Prudentibus nostræ ætatis, Senatuíque adeo ipsi Parisiensi. Quippe qui, Regaliorum iure, petitori Senonense addixerit Canonicatus sacerdotium: aduersus beneficiarium Antistitis Senonum, Peleuei, qui in Bellis ciuilibus perduellis decessisse Antistes ferebatur. Decreto in publica dissertatione causarum, 14. Kalend. Mart. An. 1595. quùm Chezelleus, pro Actore: Besnardus, gener meus, pro Reo: & Seruinus, pro Fisco, perorassent. Eòdem relabi videtur Regia verè, Hugonis Capeti ad Iohannem Roman. Pontif. Epistola, in Arnulphum Rhemensem Archiepiscopum: Quæ Gallicæ Synodo interspersa est, Durocortori Rhemorum habitæ, Ann. 991. Hunc enim Arnulphum, cuius Abdicatio Synodicis illis Comitiis agitata, questus fuit pariter Rex, donatum ab se Rhemensi Præsulatu, iurísque iurandi fide ac religione sibi deditissimum, transijsse ad hostes æmulósque Imperij sui Gallici: ac regio propterea Hierarchiæ munere ilicò excidisse. Rursus in Principali sacerdotiorum collatione, quæ, vacuo sacro Solio, vsurpari solet, locus relinquitur Diplomaticæ Regulæ Innocentij 8. Pontif. DE INFIRMIS RESIGNANTIBVS. Si enim tùm æger quispiam Sacerdotium eiurarit in al-

terius gratiam, & intra vicenum à gratiosa hac cessione diem fato præreptus sit, semel iam ex cessione erogatum à Principe sacerdotium, vacat cedentis obitu, liberè iterum à Rege, cui libuerit, erogandum. Id quod Principali rescripto statutum fuit postridie Idus Octob. An. 1592. cui Prætorianus Senatus calculos adiecit Nonis Nouemb. seq. Antea necnon Iure eo vtebantur Galli, & Diplomaticus eiusmodi Romanæ Aulæ Canon vulgò seruabatur in Regiis donationibus sacrorum Beneficiorum. Sicuti tradit Molineus ad præd. Regulam, Num. 409. & 410. Cum Rebuffi Notis ad §. 1. De Nomin. Reg. Verb. dispendiosè In Concordat. Planè adapertis in Episcopatum Regalibus, Pontificalis iurisdictio non transmeat ad Principem, sed ad Ecclesiasticum Pontificis diœcesani Senatum, atque Collegium: quod illius vice, muneréque defungitur spiritalis Iurisdictionis. Ex sanctione vlt. Bonif. 8. P. De suppl. neglig. Prælat. Ast Lauduni Veromanduorum Archidiaconus, in sacro eo Interregno, sibi vindicat Iuridicum imperium, Ius saltem nominandi Magistratus, Actorísque publici Ecclesiæ, *Cathedrali* Sodalitio: qui obeant forensia iudicandi munia, ac sacerdotum lites definiant. Qua de prærogatiua Laudunensis Archidiaconi, disceptatum quondam in Apostolico Prætorio, memorat Oldradus I. C. Resp. 194. Sed paucorum Annorum interiectu, transacta lis fuit ab Archidiacono tum *Cardinali*, cum Iohan. Laudunensi Episcopo, his legibus, vt ille, vacuo Episcopali Lituo, fructuaria omnia sacræ Iurisdictionis commoda perciperet: sedente autem Episcopo, annuam æris summam, pro triente Iuridicorum prouentuum & obuentionum. Cuiusmodi Pactum Clemens 6. P. apud Auenionem sanxit, rescripto gemino, kalend. Febr. Et 4. Iduum Mart. An. vlt. Pontif. Quùm igitur Canonicorum Societas, vidua Præsule Cathedra, Vicarium Iuridicum instituisset An. 1598. spreto patrono, iustóque nominatore, Archidiacono: hic à tali decreto Collegij, ceu ex abusu, prouocauit Curiam summam Parisiorum. Vnde isthæc, peroratam appellationis controuersiam deliberationi commisit ampliori: dictis interim secundùm Archidiaconum vindiciis. Iudicato, in publica Forensi litium dissertatione Veromanduarum. Pridie Nonas Decemb. An. 1600. cùm Loysellus, pro appellante: Marescotus, pro aduersariis: & Seruinus, pro Fisco, dixissent,

Regula Cancellariæ Apostolicæ 18. *de Infirmis resignantibus*, in Regiis collationibus seruanda sancitur.

Literis die 16 Oct. 1592. Registratis in Magno Regis Consilio die 5. Nou. seq.

Laudunensis Archidiaconus se olim asseruit Coepiscopum, cum Diœcesano, ac Eccles. Iurisdictioni præesse, ex antiquissimus titulis & possessione. Sed de ea tandē lite Pacto decidit, omologato a Papa, die 1. Febr. & 12. Mart. An. 1352. Cenomanæ autem Ecclesiæ Archidiaconi sex tanquā oculi Episcopi habēt ius visitationis & deportus fructuarii in Ecclesias parochiales vacantes, *ou ma. deserues*. Ex Chartis Mauricij, & Gaufridi, Episcop. Cenom. An. 1230. die Iouis post S. Remigium, & Ann. 1258. Mens. Mart. Iuxta quas, latum prouisionale Arestum Curiæ, die 12. Mart. An. 1581. pro Iohan. *Musnier*, Archidiac. Saboliensi, in Ioh. *Herreau* resignatarium Curiæ S. Germani *de Noyon sur Sarthe*. De quibus, Nos summatim. Lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 8. Art. 18. 19. 21.

Arestum Curiæ *en plaidant du Roolle de Vermandois* die 4. Decemb. 1600.

Super appellatione ab abusu in Capitularem Institutionem Officialis, & Promotoris, Episcopalis iurisdictionis, sine præuia eorum nominatione & præsentatione ab Archidiacono facienda.

20 NVM PORRO qui sui Episcopatus cessioni legem adscripserit, collationum receptitiam inferioris cuiusque Sacerdotij, Regalibus præcludat aditum, fuit quæstionis: & priuatam cautionem publico Iuri Regio non refragari, iudicatum. Aresto Parisiensi in causis agendis, quod alio Opere memorauimus. Imo nec sanctiorum Canonum disciplina vllatenùs admittebat talia in dimittendis Ecclesiæ Præfecturis receptitia Pacta: Quasi duo simul vni Diœcesi præessent Hierarchæ, contra Nicænum Bithyniæ Concilium Cap. 8. ac D. Cypriani Epistolam 2. ad Antonianum, Lib. 4. Nouissimè tamen hanc Thesin, quæ ad exemplum pertineret, multarúmque collationum sacerdotalium rescissionem grauiusculam, Senatus reiecit in plenius deliberandi consilium. Gemino Decreto, pridie Nonas Quintiles An. 1564. & 1600. quùm vtrobique Aduocatus Fisci supremam Curiam abusus nomine prouocasset ab executione Pontificiarum tabularum, quæ sacras collationes reseruantem Episcopatus cessionem comprobassent. De huiusmodi etiam collationum exceptione in dimittendo Parisiorum Præsulatu à Ioh. Bellayo, patruo, Eustachij gratia, Lege Molineum, & Prætorianum de illa exceptione Arestum Kalend. Mart. An. 1559. quod ciet hic Scriptor, ad Regulam Apostolicam, *De Infirm. Resignant.* Hoc ampliùs, veteris Ecclesiæ castimonia nullum dabat pensitationi Beneficiariæ locum ab priuata sacerdotum pactione: sed veterano CHRISTI athletæ, honestámque missionem postulanti Episcopo seni decernebantur alimenta à superiori Magistratu

Lib. 2. Doman. Franc Tit. 9. Art. 13

Philippus Probus in quæst. 32. Iuris Regaliorum, *à scauoir si apres la resignation de l'euesché de Paris faicte à la reserue des collations des benefices*, per modū pensionis, *si le resignataire pourueu dud. Euesché vient à deceder*, viuo resignante & pensionatio Regalia est aperta, *& le Roy conferera lesd. benefices & prebendes, nonobstant ladicte reserue* Nam Rex vacantis episcopatus fructus omnes percipit, licet reseruatos, ad quorum aut partis illorum solutionem pensionario cedenti non tenebitur Ruzeus in 53. Priuil. regal.

Lateranen. Synodi (sub Innocentio 3.) cap. 9. prohibetur, ne vna Diœcesis diuersos

Pontifices habeat, tãquam vnum corpus diuersa capita, quasi Monstrum.

Appointtez au Conseil die 6. Iul. Ann. 1564. & pari die Ann. 1600. *Le premier sur la Reserue des Collations de l'Euesché de Chartres resignée par Guillart en cle au neueu. Le secõd sur la resignation de l'Euesché de Paris auec ladicte reserue* à Pet. Gondio, patruo, in Henricum fratris filium.

Magni Consilii Arestũ die 1. Mart. 1559.

Pensiones Beneficiales.

Concil, Volum. 2.

Ecclesiastico, præbenda ex reditibus sacri beneficij. Eo modo, Chalcedonensis Synodi Præsules Maximum in Dumni vicem sublegerunt Antiochenæ Præfectum Ecclesiæ, absqua diurnum simul viuo Dumno victum suppeditari iussère. Vt eius Concilij Actio. 8. perspicuum fit. Synodici item proceres illi, Ephesinæ Hierarchiæ candidatis Annuum quid addixerunt, Repulsæ solatium, Stephano & Bassiano, qui eam Cathedram præpostere ambiissent. Actio. 12. Iotaslaus equidem, Gnesnensis, in Sarmatia, Archiepiscopus, quùm senex deponeret Archiepiscopatum, propinqui sui fauore Nicol. Collutouij, auspice Gregorio 7. P. sibi recepit annuum in victum Pomeranicas & Opatouicenses possessiones, ac decimas in ora Calissiensi. Auctore Chromero, Polon. Rer. Lib. 13. Aliud porro argumentum mouit Christiani Orbis Antistitem Simplicium, vt nouo Mutinæ Episcopo Gregorio annuum adsignaret, in Iohannem Rauennatium pontificem. Quippe qui Rauennas inuito Gregorio Mutinensem Episcopum obtrusisset. Simplicij P. Epistol. 2. quæ Lib. Pontificali recensetur. Ast priuatim contracta Pensitatio beneficiaria Ecclesiæ, ceu nundinatio quædam, rescinditur Canonibus, nec facilè Apostolicis literis debet confirmari. Vtut sit, animarum curatores sacerdotes, hoc soluuntur onere pensionum annuarum. Quo in genere existunt Diœcesum Episcopi peræquè, ac singuli Parœciarum Rectores. Quemadmodum disertè cauetur Laterana Synodo acta Innocentij 3. auspiciis, & Tridentini Concilij decreto, quod eam in rem citauimus Lib. 3. Eccl. Polit. Reliqua de Pensionibus istiusmodi, expediuimus Lib. 2. Regij Patrimonij Gallorum, & Lib. 3. Sacræ Polit. Quum autem Pragmatici nonnulli, tales æris Pensitationes in iure fulciendas putarent, alternatim concepto libello, vt nouus possessor vel solueret, vel cederet Sacerdotio, rem diremit Senatus hac distinctione. Aut enim litigat Actor cum eo, cuius fauore suum dimiserit curiale Munus cum tertio, successoris huius decessu, Curione facto. Nam priore quidem facti specie, successor proximus, ex fide tenetur, vel Pactis conuentis stare, vel, his accepta legibus, reddere. Argum. Leg. 3. Cod. De condict. ob caus. Sin verò agatur cum vlteriori Ecclesiæ beneficiario, ex morte eius, qui annuæ se pensitationi adstrinxerat: Tunc reus neutri obligatur siue pensioni, siue iuri postliminij ac restitutioni petitoris in pristinum ius paræciaci Beneficij. Atque ita circunstantibus causis negotij perpensis, pronuntiauit Ordo Ampliss. ex Forensi patrono, rum concertatione. Sen. Consulto 3. Kalend. Sextiles An. 1598. secundùm Iohan. Monachum, curionem Fani Leonis, Andegauen. qui à Pontificio Beneficiatiæ pensionis decreto appellarat Senatum, abusus titulo: contra Franc. Garnerium, qui annuæ pensionis lege Curionatum illum antea eiurarat. Roberto, appellantis: & Bossantio, aduersarij causam orantibus. Quò non insulsè referri potest Cæsarea Diocletiani & Maximiani distinctio, leg. Cùm precibus Cod. De rer. permutat. De quo tamen vide Rebuffum in Praxi beneficiaria, Tit. de permutatione. Sed nec paciscentes quidem ipsos, de pensione ex sacerdotiis tenet priuata Conuentio, nisi auctore prius ei adhibito Rom. Pontif. Sicuti à *Conscriptis Patribus* decisum fuit, rescissa eiusmodi Pactione stipulantes inter ipsos: Omnibúsque simul interdictum Prouincialibus Iuridicis nominatim, talium Pactorum rationem habere, antequàm, qui auctore Prætore paciscitur, non notatur Romano decreto firmarentur. Aresto Parisiensi in causis orandis, luce 1. Dec. An. 1588. Ex Apostolica sanctione Alexandri 3. in Cap. super eo. Cap. constitutus Cap. præterea Cap. statuimus De Transact. Cap. Cum pridem. Et duobus seq. De Pact. Cap. 3 De permutat.

Cap. extirpandæ §. vlt. De præbend.

Tit. 3. Art. 26.

Lib. 2. de Doman. Franc. Tit 9. Art. 16 Tit. 10. art. 15. Et Politiæ Sacræ Lib. 3. Tit. 2. art. 15. 16. 17.

Curiæ placitum *en plaidoyrie* die 3. Iul. 1598. super appellatione tanquam ab abusu, à creatione pensionis in Curatũ beneficium *du Lyon d'Angiers*.

Placitum Curiæ *en plaidoyrie* inter Franc & Magdalenam *les Chabots* appellantes à Sententia Senescalli Andium die 7. Nou. An. 1586. & petentes rescissionem Concordati de Prioratu S. Lãberti, pensionéque ei imposita, pro quibus, *Deschamps* dixit: Et Petrum ac Eustachiũ *les Cochins* intimatos, pro quibus, *Dauidis* egit, ac Seguetius pro regio Procur. contra tales de re sacra transactiones priuatorum symonicas nisi adprobante Papa, labes ista repurgetur.

21 Avlici dehinc Oratores facti, à Karolo 9. donati sunt eo iure, vt Regij muneris Sacerdotia quæuis, seu Regaliorum etiam lege, impetranda, prærogatiuo suffragio obtinerent. Epistola aperta 7. Idus Decemb. Ann. 1572. Quam ita moderati sunt Lutetiani Patres, vt obitu solùm beneficiarij vacantia, regij Sacricolæ sibi assererent, nec Regaliorum pariter iure conferenda: Item vt Collegiis canonicorum 12. adscriberentur duo

Patentes die 7 Dec. 1572. pro Cantoribus, Capellanis, Clericis Capellæ, *Compositeurs de Notes, & enfans de la Chappelle & Oratoire du Roy.*

tantùm Aulici Sacerdotes, illum autem numerum excedentibus, quatuor vel numerum Sodalium 24. prætergressis, sed in genus sacrifici: Sin autem Ecclesiastici Collegæ pauciores forent duodecim, vnus duntaxat ad sacram Templi dignitatem assumeretur. Senatus Consulto pridie kalend. Febru. Ann. 1573. Sed aliud quoque his * πολιτικῶς adiecit temperamentum Senatus, ex proposita Ambianorum controuersia Sacellanorum, cum Petro Dergineo in Regia Sacrificio. Definitum quippe est, Aulicum sacerdotem, vt Ambiani sacerdotij prouentibus integre frui debere, sic exacto Aulici ministerij spatio trimestri, inseruire cogi Ambianóque Fano, aliorum instar, ministrare. Decreto Parisiensi, quod superiùs à Nobis recitatum fuit. Subsimile huic, Iudicatum à Curia Nonis Septembr. Anno 1597. ad prouocationem ex Aruerna Riomensi Prætura. Quo simul Iudicato, distinctæ sunt inuicem sacrorum Sodalium *d'Ennezat* Annonæ diurnæ: Ita, vt quæ ærea moneta indies manu pensitantur sigillatim, eæ præsentibus solis attribuantur: Quæ verò triticea, specieue alia statis Anni temporibus præstari solent, earum partem ferat *præbendarius* Literarum Professor, vnà cum maioribus Præbendi sui fructibus annuis. Huc pertinent à Nobis tractata in patrios Andium Ritus, & Yuonis Carnutensis Acta de diurnis adstantium Canonicorum stipendiis Ecclesiæ suæ, in Epist. 75. Vtcunque se res habeat, summa ratio est, quæ pro religiosa facit officij assiduitate in suis cuiusque Ecclesiast. beneficiis. Eapropter namq; Pontif. Max. qui in Diœcesanis Armoricæ oræ Præfecturis vtitur ordinaria conferendi Sacerdotii potestate certis Mensibus Anni, de suo iure decedit identidem, eorum gratia Antistitum, qui Pastorali muneri vigiles incumbant Quin & ipsorum olim Romanorum Præsulum moram apud Auenionem Cauarum, notarunt acerbè illius æui Scriptores Petrarcha, & Oldradus: Quasi Pontifices Rom. à primæua sua Sede & Cathedra diutiùs abessent. Ecquid autem de *Cardinali*, Britonum Episcopo, cui *Indultum* sit à supremo Pontif. ius conferendi sacerdotij eximium, cæterorúmque derogatorium? Ideonè Pontifex ipse, extra Diœcesin degente *Cardinali*, arcebitur à Diœcesanæ Munerum Ecclesiæ dispensatione? Ita quidem videatur prima fronte: quùm Apostolici *Cardinalium Indulti* verbis, Romanæ etiam collationes vniuersim, cum aliis, prohibeantur: vt ordinariæ fauorabiliores perducantur ad exitum. Verum in Armoricis Episcopatibus, Ordinarij loco habetur summus Præsul, maioréque Anni parte, Ecclesiastica beneficia erogat, veluti Diœcesanæ functionis vicibus cum Episcopo diuisis. Ac propterea Indultum Apostolico Senatori, tanquam Ordinario, non excludit ordinariæ potestatis consortem ac collegam: qui in re communi indiuiduáque, alterius prærogatiua adiuuatur. Ex argumento Leg. si communem D. Quemadm. seruit. amitt. Secus in mero priuilegio Legibus contrario, quod vni datum, ad consortem non porrigitur. Leg. tutor vrgentibus §. curator. ff. De minor. 25. ann. Leg. vn. Cod. si in comm. eadémque caus. Leg. 2. Cod. Si vnus ex pluribus. Imo nec Principalis, aut Pontificia concessio gratiosa præpedit superioris imperij vim ipsa de re liberam ac solutam, quæ concedenti vsquequaque recepta censetur. Cap. dudum De præben. Apud Bonif. 8 Vnde & Consiliariis Curiæ Parisien. Indulto iure sacerdotij impetrandi, excepit Paulus 3. Pontif. Mandata CELSISSIMÆ SEDIS, quæ postulantibus aliis tribui liberè possent. Rescripto, Iunij Luce 19 An. 1538.

Modificatio Curiæ, die vlt. Ianu An. 1573.
* ciuiliter.

Arestum Curiæ, antea memoratum, cum die & Conf. Art. 1. huius Tit.

Decretũ Senatus die 5. Septemb. 1597. relatore Dn. *Seuin*, inter Capitulũ *d'Ennezat*, diœceseos Claromontanæ, appellans a Seneschalo Aruerniæ Riomensi, Et Consules ac oppidanos *d'Ennezat* cum Antonio *Romez*, Ludimagistro, intimatos.

Lib 1. in Consuetud. Andium, Cap. 76. Art. fin.

Franc. Petrarcha, in Epist. 29 & Oldradus I. C. in Consil. 85.

Cardinalibus vulgo indulgetur a Papa ne alius ab ipsis quisquã conferat beneficia, quorum ipsi sunt ordinarij collatores. Cuiusmodi *Indultum* Cardinalis de Iocosa, ab Syxto 5. P. die 21. Febr An. 15 5. & 1. Aug. 1586. In Magno Consilio publicatum fuit die 0 Mart. & 22. Decembr. 1586.

In Britannia, patria Obedientiæ, Papa confert beneficia cuiusque Diœceseos octo Mensibus Anni. Vt diximus Lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 7. Art. 21.

Indultum Conscriptis Curiæ Parisiens. vt Beneficia habeant, habiturosuè Collatoribus nominent.

22 GALLICVS insuper Clerus ipse multoties agnouit, sua Diuini iuris patrimonia, absque Regio patrocinio neutiquam tutò possideri: Ac propterea Reges in suarum Ditionum societatem adsciuit identidem, vt eæ, præpotentis Socij auctoritate, aduersus rapinas improborum munirentur. Quali de bonorum consortio inter Principem, & Ecclesias multos, alibi sparsim egimus: vti de Protectoribus, & Aduocatis in præsidium auxiliúmque Cleri, Magnatibus viris. Iuxta Decretalem Alexandri 3. Epistolam, *Quia Clerici quidam Aduocatias Ecclesiarum* De iur. patr. Iis autem legibus coita

Appariatio, seu associatio bonorum Ecclesiæ, cum Principibus viris: Cuius meminimus Lib. 2, Do-

mar. Franc. Tit 8 art. 7. Lib. 3. Sacræ Polit. Tit. 3. art 9. Et Lib. 1. Leg. Andeg. Cap. 42.

Societas intelligitur opúmque communicatio inter Regem & Templi Præfectum, ne grauius quicquam alteri sine altero decernere, aut distrahere liceret. Quippe quum in re pari potiorem esse causam prohibentis Socij constet, Respon. Papiniani, in l. 28. D. comm. diuid. Id quod Francico etiam S.C. definitum est *In Parlam. omn. Sanctor.* An. 1279. de communis serui manumissione, tali verborum dialecto. DOMINVS REX PETEBAT A PHILIPPO D'OGIER FORISMARITAGIVM ET TALLIAM FORANEAM, EA DE CAVSA QVE DICEBAT, QVOD PHILIPPVS FVERAT FILIVS CVIVSDAM MVLIERIS DE CORPORE, S. CRISPINI MAGNI SVESSIONEN. DICEBAT ETIAM, QVOD ABBAS ET CONVENTVS D. ECCLESIÆ, MATREM D. PHILIPPI MANVMISERANT SINE CONSENSV REGIS: QVOD NON POTVERVNT FACERE CVM REX HABEAT PARTEM SVAM IN MANIBVS MORTVIS ET FORISMARITAGIIS HOMINVM D. ECCLESIÆ, RATIONE ADVOCATIÆ SVÆ. ET SIC SECVNDVM CONSVETVDINEM PATRIÆ, TOTVM FVIT REGI ACQVISITVM, CVM MATER D. PHILIPPI NON POSSIT ESSE EX PARTE LIBERA, ET PRO PARTE ANCILLA. VISA INQVESTA SVPER HOC FACTA &c. IVDICATVM EST QVOD D. PHILIPPVS SOLVET DOMINO REGI FORISMARITAGIVM, ET TALLIAM PRÆDICTAM, TANQVAM HOMO SVVS DE CORPORE. Cui Decreto planè consonat Æmilij Papiniani sententia, in leg. Dotalem seruum D. solut. matrim. Cum Iulij Pauli Recept. Lib. 4. De manumissiion. Tit. 12. Et Iustinianea sanctione 1. Cod. de comm. ser. manumisso. SACRIS præterea latifundiis, quæ Principem, dominij, cum Ecclesia, consortem non agnoscunt, indictum fuit quondam patrimoniale munus conscribendi exercitus, in vsum Regiæ Militiæ. Cuiusmodi Ecclesiasticum onus, variis Rerum Iudicatarum exemplis asseruimus Lib. 3. De Iure Fisci Gallici, Et Volum. 3. Sacræ Polit. Sed vnum hinc demito singularis Priuilegij casum, Cœnobio cuidam irrogati: de quo vetus S.C. factum reperitur in *Parlamento* Diualium An. 1273. hoc sermone. *Viso priuilegio Abbatis Auriliacensis, & vsu immunitatis suæ intellecto, dictum fuit, quòd pro exercitu Fuxensi nil exigi debebat ab eodem.* Rursus in merè Ecclesiastico fundo ac Territorio, Reges Præsunt ciuili Vrbium Administrationi maiori, inuito earum domino, Antistite: præditi nimirum illi, iure Ædilitij magistratus ibidem instituendi, tanquam Vrbanæ Politiæ curatorio. Sicuti Ordinis Ampliss. iudicio decisum, Luce 15. Ianu. An. 28. refertur autographis Rogerij Barmæ, Præsidis, Collectaneis. scriptura istiusmodi. *Cùm Habitantes Laudunenses propter certos abusus, crimina, & excessus per ipsos contra Episcopum & Capitulum Laudunense commissa amisissent Communiam, ipsáque Communia iuribus suis & pertinentiis priuata esset, ipsique Habitantibus supplicantibus & requirentibus, quòd Regi placeret, ex gratia sibi concedere Corpus, Cõmuniã, & Cõmunitatẽ, dicti Episcopus & Capitulũ dictæ supplicationi se opposuissent, dicentes, Regẽ hoc non posse aut debere facere, cùm esset in præiudicium eorũ. Dictũ fuit per Arestũ, quòd, nonobstante oppositione & contradictione dictorum Episcopi & Capituli, Rex posset, quotiescunq; vellet, concedere Cõmunitatẽ seu Cõmuniã.*

De huiusmodi Aduocatis Ecclesiarũ, Nos Lib. 1. Sacræ Polit. Tit 7. Art. 18.

Inquestæ expeditæ in Parlam. omn. Sanct. An 1279. de Abbatia S. Crispini de Soissons.

Mains-mortes, & Droict de formariage: Quo de iure, Nos Lib. 1. Doman. Franc. Tit 11. Art. 25. Ex Moribus scriptis Briæ & Campaniæ.

De Doman. Franc. Lib. 3. Tit. 7. Art. vlt. Et Sacr. Polit. Lib. 3. Tit. 2. Art 11

Abbatia S. Giraldi, d'Aurillac, in Aruernia, quæ nunc secularizata est, immunis fuit iudicata à contributione pro guerra Regis au Cõte de Foix.

Parlamenti Arestum, latum apud Nemus Vincenarum.

De antiquiore Collegii Scabinorum & Maioris, vrbis de Laon en Vermandois, priuatione ex delicto, Nos, Lib. 1. Leg. Andeg. In Præfat. Tit. 1. Art. 3.

23 SAPIENTER ædepol decretum istud est, ne Sacris addicti, profanæ cuiusdam * Dynastiæ prætextu, se immisceant populari ciuilis Politiæ curationi, gestionísque Plebeiorum negotiorum. Nam vt B. Hilarius Constãtium Cæsarem districtè commonefecit, ne Prouinciarum Iuridicos sineret Religiosis negotiis inuolui: Ita Monasticæ præsertim militiæ in numeros relati de quibus susceptum est huius argumentum Operis, debent ciuilibus Mortalium curis abstinere, ceu tricis ac nugis. Monasticæ enim professionis, i. solitariæ vitæ, imaginem quandam appingit Eusebius Cæsariensis, Libro * Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως primo (cap. 8.), expressis hisce Romano stylo „ clausulis. In Ecclesia DEI, duo viuendi modi instituti sunt, alter quidem, Naturam nostram, & communem hominum vitæ rationem excedit, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultates requirens: totus verò à cõmuni prorsus, & consueta mortalium vita abhorret, soli Diuino

* dominatus seu potentatus.

In Lib. ad Constantium scripto.

* Euangelicæ Demonstrationis.

Diuino cultui, ex immenso cœlestium rerum amore, deuotus. Qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac Terrestri vita seiuncti, ipsum duntaxat corpus in Terra gerant, cogitationéque & animo degant in Cœlis, velut Cœlites quidam, reliquorum vitam hominum despiciunt. Quippe qui pro vniuerso genere, supremo omnium DEO sacrati sint, non boum mactatione, non cruoribus, non libationibus, non nidore vllo, neque fumo, aut ignis deuoratione, consumptioneuè corporum, sed rectis veræ Pietatis officijs, & purgati animi affectione, operibus quoque ac verbis, quæ à virtute proficiscantur. Quibus rebus Diuinitatem ipsam placantes, suum & pro alijs, qui eiusdem sunt generis, Sacerdotium gerunt. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus. Alter verò remissior est atque humanior, qui modesto coniugio & sobolis procreatione implicatur, ac rei familiaris curam assumit &c. Vnde minùs propitijs auribus excipitur Cœnobitica, frequēs hodie, sessionis, incessúsque honorarij ambitio, honorúmque contētio. Sæpiusculè enim, publicis in Supplicationibus, aut Funebri pompa, obuij inuicem Monastici cœtus altercantur de honorifica sedendi incedendiuè præeminentia. Nostræ autem Religionis Signifer CHRISTVS, Hebræos Scribas increpuit, & Pharisæos: qui primas Cathedras in Synagogis, primarios in Cœnis accubitus, & salutationes in foro, aucuparentur. Mathæi Cap. 23. Lucæ 11. 20. & Marci 12. Nec eò seciùs, Christianæ Ecclesiæ præsides quondam Benedictinis monachis dedêre loci gradúsque prærogatiuam, ante Canonicos *regulares*. Seueorioris enim Regulæ modulo dignitatē Ordinis emensus est Synodicus Moguntiæ canon, An. 813. qui sanctam duxit imprimis Benedictinæ legis normæque obseruationem. Remensi itē Concilio, in Leonis 3. Pontificatu, Cœnobiarchæ monentur omnes, D. Benedicti præcepta ac regulas studiosè complecti. Quam pariter in sententiam propensior, iussit Bonifacius 2. P. suis quemque Cœnobitam institutis stare, præterquàm si Benedictinis vllatenùs refragarentur. Ex quo desumptus sacer Canon, Sunt nonnulli Cauſ. 16. Quæst. 1. Hinc classici adeo Interpretes Iuris Pontificij, primatu ordinis Cœnobitas anteponunt rigidioris huius Obseruātiæ professores, laxioris sequacibus Augustinianis. Ioan. Andræas ad Cap. sanè De regular. Felyn. ad Rubric. De maiorit. & obedien. Ex antiquiorū Notis ad Cap. Quorumdam De elect. in 6. Cap. Quod Dei timorem De stat. monach Et Cap. Auaritiæ De præben. Vt alios subticeam, Honorarij gradus eminentiæque, Monasticas inter familias, Disceptatores: quorum meminit Chasseneus, in Catal. glor. Mund. Sed quia hac in parte, tenacioris sunt sententiæ nonnunquam cucullati Sacerdotes, decreuit œcumenicus Tridenti Conuentus, tales controuersias à Diœcesano Antistite, de plano summatímque definiri. Sessione 25. Cap. 13. Itaque Senonum Archipræsul paucis litem diremit Cluniacensis, Niuernensium Cœnobioli, Benedictinæ Sectæ, cum *regularibus* Canonicis, Augustinianæ: Ita, vt multorum annorum possessiones mouere veritus, primatum sedis incessúsque publici Canonicis, possessorib. addixerit. Iudicato pridie Idus Februar. An. 1598. inter Cluniacenses alumnos Monasticæ Ædis Stephani, in suburbijs Nouioduni ad Ligerim, qui à Niuernensi Præsule Senonensem appellarant: & cœnobitas Fani Martini, Nouiodunensis, qui sub legibus B. Augustini degebant. Necdùm tamen compar Monachorum in Lusitania sopitū dissidium ab Vlyxipponensi Archiepiscopo, quæstus est Anton. Gamma I.C. Lusitanici Senatus Decisione 1. Quod alios porro Religiosos, qui vnius ductu Regulæ varijs Ordinibus militent CHRISTO, Gallica Curia solertissimè diremit honorariam publici Incessus controuersiam bini Cœtus Monachorum, ad solennes Supplicationes coeuntis. In progressu enim ipso, profectionéque ex Fano Virginis matris ad Ædem Genouefes, dextram tribuit Senatus Cluniacensi Lutetiæ Conuentui Martiniano, leuam cœnobitis Templi Germani: In reditu verò, contra. Decreto vindiciario, pridie Kalend. Quintiles An. 1512.

Religiosorū inuicem Collegiorū disceptatio, de ordine sedendi, & procedendi in publicis actibus Ecclesi.

B. Petri Epist. 1. Cap. 5. Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed ex forma facti gregi ex animo.

Moguntini Concilij Statuta, sub Carolo Mag.

Monachorum Ordo ratione antiquioris institutionis exteros præcedit, Glo. in Cap. quorundā, in ver. prędicatorum De elect. In 6. Et in Cap. fin. De pact. in 6. & Cap. in his De priuileg. Et per Ancharan in Consil. 110.

A strictiori Regula, ad laxiorem transire, monacho non licet Cap. 18. De Regular.

Nauarrus tamē, Oper. Tomo 1. citat Bullam & Sententiam Pii 4 P. Canonicos regulares pręcedere debere Monachos S. Benedicti.

Parte 4. Considerat. 53. 54. & 56.

Tridentinum Concilium.

Senonen. Archiepiscopi Sententia, ex cōsilio I. Cōs. Parisiensium, cui interfuimus, dicta die 12. Feb. 1598. inter Religiosos Prioratus S. Stephani, Niuernēsis, & Abbatem ac monachos S. Martini, Niuernens.

Huic quondam Prioratui, nunc Abbatiæ S. Martini, Innocentius 2. P. cōfirmauit Bulla, 14. Kal. Ianuar. Ann. 1130. donum plurium Ecclesiarum eifactum à Fromōtio Episcopo Niuernen. Ex quibus Ecclesiis, multi Prioratus, & maior ille, facta est tandē Abbatia.

Prouisionale Arestum Curiæ die vlt. Ianuar. 1512. inter Religiosos S. Martini à Campis, & Monachos S. Germani de Pratis, apud Parisios, de ordine Processionali publico inter eosdem.

V

Et Lib. Epistola S. Hildegardis, Abbatissæ in monte S. Roberti apud Naam fluuium, propè Bingam.

24. HAVD SOLVM illum honorariæ eminentiæ fucum, ex animis reuelli Cœnobitarum oportet, verùm & insanã, qua nonnulli aguntur, profanarum opum cupidinem. Fragiles enim fortunę mortalium, vt Religiosæ officiunt Cœlestium meditationi, sic Clero inuidiam conflant, &, Monastico cultu statúque contempto externis ansam porrigunt rapinis sacri Patrimonij. Qualem bonorum direptionem Ecclesiasticorum augurata videtur ominosè B. Hildegardis, Cœnobij Antistita apud Germanos, missa hac ad Conradum Imp. Epistola. *Alia deinde tempora instabunt, in quibus diuitiæ Ecclesiæ dispergentur. Ita, quod etiam spiritalis populus, velut à lupis lacerabitur, & à locis suis & de Patria sua expelletur. Vnde plurimi eorum ad solitudinem transibunt, pauperem vitam in multa contritione cordis deinceps habentes, & sic Deo humiliter seruientes.* Nec eò minùs, quidam è Monastico cœtu, opum cupiditate, ceu hamo, capiuntur, quùm ab Academijs designati sunt, aliauè arte, gerundis *Regularibus* sacerdotijs: Iuxta §. volumus, in ver. Religiosus De collat. In Concord. Hinc sensim cõtrectato sacri Muneris ære, quasi peculiari, cucullatus sacerdos rem amplificat Monasterij sui: quod videlicet, tale in peculium morienti cœnobitæ succedit. Vti à Nobis copiosè dictum est in Ecclesiast. Politeia. Ecquid verò, si vnius Cœnobij alumnus, emigret in aliud Pontificia venia, aut velut è laxiori in arctius austeriúsque Monasterium? Nonnullis quidem videtur, hoc, casu, bona tacitè priori quæsita domino, *Abbæ*, ad posteriorem transmitti, vnà cum Monastici capite serui. Archidiac. in Can. 1. Caus. 17. Quæst. 4. Hostiens. ad Cap. Quod à te De cleric. coniug. At rectiùs sentiunt alij, res primo Cœnobio sic partas ex Monastica professione comparatoris ipsarum, vt proprietas, ad alterum Monasterium, quò posteà translatus sit, minimè spectet, vsusfructus autem, in alimenta, cum Monacho, transeat ad secundam Religionis Casam: nè hanc ille grauiusculo onere premat. Socynus I. C. in Respon. 52. Volum. 4. Post Speculat. in Tit. De stat. monach. §. 2. Vers. sed quæritur Bartol. ad leg. §. vlt. ff. De bonor. possess. secund. tabul. Panormit. ad cita. Cap. quod à te. Quam opinionem iuuant Harmenopuli dictata Lib. 5. Tit. 4. iuxta Nouellam Iustiniani legem De monachis §. si verò relinquens. Porro si cœnobita, alieno Conuentui monastico Præfectus sit, hacque dein Præfectura se abdicet in amici gratiam: Hæsitatur, eiusnè bona, quasi in pristinum cœnobitæ statum redacti, deferantur anteriori Cœnobio, an posteriori? Causam hæsitandi præbet argumentum liberti, qui in seruitutem potestatémque patroni redierit: Vt peculiares similiter monachi res, priori Monasterio aduoluantur. Alterum tamen Cœnobium peculij successionem iudicio euicit: quia defunctus, haud purè nudéque Cœnobiarchiam dimisisset, at cum recepto sibi eiusd. latifundio quodam, vice fructuariæ pensitationis annuæ: Cui proinde latifundio extremum vsque fati diem inhæserit. Aresto Parisiensi 7. Idus Septembr. An. 1546. Ex sententia Vlpij Marcelli I. C. leg. Si libertus meus in seruitutem redactus ff. De bon. libert. Cęterum in Dominicana Mendicorum Secta, de eo Constitutiones extant, simul & Distinctiones Vincent. Bandelli, Castronouani: qui sua tempestate Ordinis Magisterium obijt, periodo infrascripta. *Bona Fratru defuncti, quæ ab aliqua Prouincia vel Conuentu habuit, sint illius: Quæ verò aliter acquisiuit, sint Conuentus, cuius est filius: si in alio Conuentu non est assignatus simpliciter, sed ad tempus propter studiũ, vel officium aliquod. Quæ verò hereditate obuenerint, erunt Conuentus sui originalis, etiam si alterius Conuentus factus sit filius. Si verò est assignatus in aliquo Conuentu simpliciter, & pro tali ibidem præsentialiter receptus, qui illi prouideat de toto victu, vestitu, & alijs huiusmodi, diuidentur hæc aliter acquisita Mobilia æquis portionib. inter Conuentum in quo est assignatus, & Conuentum, cuius est filius. Alioquin quarta pars tantum erit Conuentus, in quo simpliciter est assignatus. Immobilia verò non hæreditate obuenientia, semper erunt Conuentus, cuius est filius.* Distinct. 2. De studentib. Cap. 14.

25. DISCVSSAS iam honorum, & bonorum quæstiones Monasticas excipit

S. Bern. in Epist. 176. ad Eugenium 3 Pont. pro obitu Episc. Altissiodoren. Cum his inquit, pauperibus & Ecclesijs nihil aut parum daret nepoti suo carnali adolescẽtulo seculari inutili totum penè quod acquisierat mẽsis Episcopali, Stephano suggerente & sollicitante, dimisit, &c.

Oldrad. in Cõsil. 284. Consuetudo in certo ordine monachorum quòd translatus ad alium prioratum habeat secum omnia bona & actiones ratione primi sibi competentes, non habet locum nisi in verè translato. Item Consuetudo disponens, quod bona Priorum decedentium pertineant ad Abbatem, non habet locum in bonis translati.

Ab Vniuersitatibus Nominati graduati Cœnobitæ, ad beneficia obtinenda

Lib. 2. Tit. 8, Art. 14. Angel. Perusinus in Consil. 235. fusè de eo tractat, an, Religioso transeunte ad aliã Religionẽ monasticam, transeant eius bona priori Monasterio quæsita Rebuff. quoque de his scripsit, in §. vlt. De reg. ad Prælat. nominat. In ver. concessa

Harmenop. De Iure Orientali.

De liberto in manumissoris potestatem redacto, l. si mortis D. Qui & à quibus manum. l. si locuples, De manumis. testam.

Curiæ Placitum, die 7. Septem. 1546. inter Archiepiscopum Bituricensem Abbatem de Villeloing, & Abbatem de Baugeran.

Statuta Ordinis Fratr. Prędicatorum exposita à Vincentio Blandello, Generali Ordinis Magistro. Sed quorum tamen caput, de hęreditatibus propinquorum Religiosis obuenientibus, in Francia, non custoditur.

ardua Canonicorum, de ordinario Diuini officij cultu Ecclesiæ suç, dissertatio ac dimicatio Fori. Quidam enim sacri Sodales Ædis Roncereæ, Andegauen. Senatum, velut ex abusu, prouocarunt ab Episcopi decreto, per libellum expedito pridie Nona. Octobr. 1599. & 6. Kal. Apriles An. 1600. Quo decreto, postulantibus alijs. Sodalibus, iubebantur vniuersi, eo in Templo Romanum Breuiarium, & MISSALE Diurnis officijs amplecti. Vltima quippe Tridentini Concilij Sessione, delectis Præsulibus Cura mandata est texendæ seorsùm * Catechesis publicæ Christianorum, MISSALIS, Breuiarijque precum, Decemb. Mense An. 1563. Cuiusmodi Rituale Breuiarium, iussu Pij 5. P. emendatum fuit, editúmque An. 1566. Contendunt tamen prouocantes illi, sese hactenus Diœcesanum retinuisse Breuiarium peculiare, nec Romanum consequenter assumere cogendos, ex prçscripto Tridentinæ Synodi, quæ in Gallijs nondùm vsquequaq; esset vsu recepta. Suum cuiuis Diœcesi Ecclesiasticum morem constare, absquo discedere temerè non liceat. Synodico Laterani præcepto, in Cap. Ad Apostolicam De Symon. Et Cap. quoniam De offic. ordin. Sancti item PATRES, in Ecclesijs preces dici vetuêre, nisi antea probatas Concilijs, vel cum Prudentioribus collatas. Carthaginen. Synodi 3. Can. 23. ac Mileuitanç, sub Innocētio 1. Can. 12. Contrariç verò partis opinionem sic tuentur Canonici, MISSALIS Romani propugnatores, varium ac mutabile antea fuisse Andensium sacerdotum Rituale Ecclesiasticum, singulásque singulis Fanis Preces publicas multiformiter obseruari, temporibúsque adeo mutari consueuisse. Cui varietati vsúsque incertitudini vt occurreretur tandem, parœcorum omnium instantia, ius fuit Diœcesano pontifici. Sacrorum Ritum Populari captui vsuíque accommodare, veteri formula antiquata. Cita. cap. Quoniam, Et argumento Cap. abolendæ Consuetudinis De sepult. Nam quod Tridentini modò Ecclesiæ præsides attigerant obiter; Pius 5. ita absoluit MISSALE Romanum, ne Prouinciæ tamen, ilicò ei alligarentur, quæ statum & vniformem hucúsque solennium Precum normam ducentis ab annis secutæ essent, nisi de communi Antistitis, Senatúsque sui *Cathedralis* sententia. Multò igitur minus dubij relinquitur Romano apud Andes Breuiario, in ancipiti illa variáque Ecclesiasticarum precum abhinc centum annos obseruatione. Legimus, in proposito, Gelasium Pont. Max. compositas à se & ab alijs Preces limasse politiùs, distinctèque emendatas, ordinatim digessisse. Apud Vualfred. Strabonem, De reb Ecclesiast. Cap 22. & Sigebertum in Chronico Anni 487. Has denuò preces B. Gregorius, additis quibusdam, detractis alijs. in ordinem accuratiùs redegit, Librúmque de Sacramentis inscriptum publicauit. Auctore eodem Vualafrido. Ac ne longiùs à nostrate digrediar Francorum Ecclesia, Pipinus Rex in Gallias primus inuexit Ecclesiasticos Romanorum ritus ac ceremonias: curante rem Ægidio Rothomagensi Archiepiscopo, circa Annum 755. Pipini rursùm Magnus filius ægrè tulit de vario canendi genere certantes inuicem Sacerdotes: ideóque Ambrosianum morem promiscuè, & Gregorianum tenente Clero, obtinuit Magnus, vtì Ambrosiano quidem Mediolanensis Ecclesia, sed Gregoriano reliquus Orbis vteretur. Id quod Francicis Gaguini Annalibus patet. Sic nostro æuo, protrita multiplici sparsin Diuinorum officiorum celebratione, meritò introductum fuit Romanum MISSALE, Pij 5. decreto. & Gallici vbique Sacerdotij votis assumptum. Testatur idipsum Aquensis Synodus, Phocensis prouinciæ, coacta Februar. Mens. Ann. 1585. Tit. de MISSALI & Breuiario. Cuius decretis Synodi, instituitur Romani Breuiarij vsus: ne varium ac vagum postea Officium Ecclesiæ inferiores Diœceses retinerent. Consimilia vtique, in Remensi Conuentu Cleri statuta sunt, Maio Mense Ann. 1583. Tit. De Breuiario. Missali, &c. Nempe vti, quàm proximè fieri posset sacra Breuiaria ad vsum Romanæ principis Ecclesiæ, ex instituto Pij 5 restituta seruarentur. Neque his dissonum quicquam, in Christianis Neustriæ Comitijs dictatum est An. 1581. Rubrica De diuino cultu. Haud diffident

Causa appellationis tanquam ab abusu interpositæ, ab Ordinatione Episcopi die 6. Octobr. 1599. & 27. Mar. An. 1600. inter Gulielmũ *Amys* Canonicum Ecclesiæ *de Ronceray d'Angers* appellantem, & Gasparem *Lefeure*, Correctorem, aliósque Canonicos Ecclesiæ, intimatos.

* Instructionis. Catechismus Romanus ad Parochos Romæ per Paulum Manutium typis impressus, tum Missale ac Breuiarium, An. 1566. *Bulle de Pie P.* 7. Idus Iulias An. 1568. Pontificatus Ann. 3. *touchant iedit Breuiaire Romain.*

Lateranen. Concil.

Extat quoque Diurnum Romanum, ex decreto Tridentini Concilii restitutum Pii 5. P mandato editum: adiectis SS. officiis ex præcepto Syxti 5. & Clementis 8. PP.

Prouinciale Conciliũ *d'Ayx, en Prouence.*

Remensis Synodus.

Rothomagense Concilium.

Bituricen. Synodus. Burdigalensis Concilij Decreta Turonense Concil. vltimum.

pariter ab ijs Synodicæ Biturigum Constitutiones Sept. Mens. An. 1584. Tit. 1. Can. 9. Burdigalenses itidem, Ann. 1583. Tit. De Breuiario, Missali, &c. Turonensis, ad hæc, Sacerdotij Congressus percelebris, cui subscripsêre Andegaui sacricolæ, parem sanxit Legem Septembri Mens. eiusdem Anni 1583. Rubr. De Episcopis Vers. *Missalia, Breuiaria, Gradualia, aliósque Libros ad Diuinum cultum necessarios, quibus ferè omnes Ecclesiæ fuerunt destitutæ, vt exactè emendentur, ad normam à Sede Apostolica & decreto sanctæ memoriæ Pij 5.*

Diuinum seruitium, in Capella ac Oratorio Regis, & Militiæ regiæ Ordinis S. Spiritus, secundùm Vsum Romanum.

præscriptam, procurare monemus &c. Vnde Aulicis itidem Galliæ Sacrificijs solennibus, Equestrisque Ordinis Spiritus almi, haud alius iam inoleuit, quàm Romani Breuiarij vsus & cultus. Ac vniuersim adeo Pontificij Iuris Consultis placuit, Romanum Breuiarium vbiuis obtinere locorum & Diœcesum: in quibus, certum aliud constánsque perpetuò, non extet. Ioan. de Lignano disertè, ad Clem. 1. De celebrat. Missar. Eóque Nauarrus I. C. elegánter adnotauit, in hijs etiam Prouincijs, quibus hauddùm Tridentina esset admissa Synodus Pontificium Pij 5. Breuiarium amplectendum. Cap. 20. De Oratione Mentali in Vocali facienda. Sed de his aliàs plura, suspenso interim Rei iudicio, ne appellatoriæ in Senatu liti pendenti, quæ propediem definietur, præiudicati quicquam, imprudens videar attulisse.

Viator ac peregrinus monachus de licentia Abbatis moriens, vbinam sepeliendus.

26. SACRIS demùm, ac Pijs vitę Muneribus perfuncto Religioso homini, qui migrarit ad Superos, paranda est Christiana corporis sepultura. Nam etsi quo in Cœnobio *Regularibus* se votis deuinxerit, ille vulgò tumulari debeat, Bonifacij 8. sanctione vlt. De sepult. Si tamen viator idem cum Antistitis sui venia, peregrè decesserit: Tunc nonnullis visum, Parœciaco in Fano locorum, quibus obierit cœnobita, hunc sepulturæ mandandum: Alijs, in Episcopali basilica sanctiore: alijs, in Cænobitica sui Ordinis Casa Prioris sententiæ vindex assertórque, fuit Archidiac. ad Cap. 1. De sepult. In 6. Secundæ auctor, Glozematarius Cap. in nostra eod. Tit. in Antiq. Et Cardinal. ad Clem. dudum §. verùm Rubr. ead. Argumento Canon. Vbicunque Caus. 13. Quæst. 2. Tertię verò opinioni mordiciùs adhæsit Anton. Butrius, in præd. Cap. 1. Ex Can. 1. Caus. 16. Quæst. 1. in fi. Sed nodum soluere, operosum non est, pugnantiáque in speciem de eo Scriptorum iudicia conciliare. Si enim demortui Monachi corpus reuehi in suum Monasterium commodè potest, eo humandum referri, expedit. Cap. Religiosi De sepult. in 6. Sin minùs, in proximo loci obitus Templo monastico sepeliendum. Vt vult Bohicus, ad cita. Cap. 1. & Antoninus, Summar.

S. Thomas de Aquino, Prædicatorii Ordinis.

parte 3. Tit. 10. Cap. 5. Id quod D. Thomæ Aquinati, Dominicano, obtigit, Lugdunense Concilium adeunti, fatisque in via intercepto, apud Fossęnouæ Cœnobium, Cisterciensis Familiæ, An. 1274. Quantùm Historico eiusdem Antonini Volumine 3. assequimur, Titul. 23. Cap. 27 ac sequent. Quinimo si monasticus Tyro, necdum vota professus, extra suum Cœnobium viuis exierit, in illud reportari corpus ipsius, humo condendum,

Decretum Curiæ Aquitanicę Vasconum, die 21. Iul. 1523. pro Iacobinis *de la Reole, diocese de Bazas*, cõtra Curatum eius loci.

decreuit Senatus Burdigalensis Aresto 12. Kal. Sextiles An. 1522. pro Syndico Fratrum Prædicatorum Conuentus Regulæ, qui à Vasarensi Iuridico supremam eam Curiam appellarant: contra Ianum *de Virazeil*, patriæ Ecclesiæ curionem. Sicuti Boëtius in Aquitanico eo Senatu Pręses memoriæ tradidit, Burdigalen. Decisione 175. Ac isthæc quidem de cucullato Cœnobij alumno: Ecquid de Antistite ipso fiduciario? funebrísnè in hunc sumptus, ad hæredem pertinebit, an verò ad successorem in monasticum Præsulatum; Sanè impensa funeris ex hæreditate deduci solet, hærédúmque oneri incumbit. Ælij Martiani leg. penul. ff. De relig. & sumpt. fun. l. At si quis §. vlt. l. si quis sepulchrum §. prætor. D. eod. Verùm hac in hypothesi, funebre officium impendiáque distinguntur à Iuris sacri Peritis. Quæ enim defuncti animæ salutem spectant, ea piè ac benignè præstanda sunt à beneficiario Ecclesiæ, successore: vtputà Clericorum cœtus, stipendiáque solennibus Inferijs operantium. Ast sumptuosa alia exequiarum pompa, structuráque Tumuli, agnatum hæredem onerat, non Eccle-

Abbas cõmẽdatarius. A ce propos, Boëtius in Decis. 121. in 1. parte an filius præferatur Abbati in necę Monachi patris vindicanda & bonis occisoris obtinendis. Où il allègue vn Arrest contra Abbatem, *auec les raisons de Droict.*

In Disputat. incipien. Sempronius clericus.

siam ipsam, nouùmque ei Præfectum. Abbas in Cap. Vt præteritæ De elect. Tum in Tract. Quæstion. ac Disputat. Atque ita distinctione rem diremit, secundùm istum, Phil. Decius. Responso 157. de funeris sumptibus Triuultij Cardinalis.


27 EXTREMA tandem Monasticæ vitæ acta periodo, sistamus gradum, & Opusculo huic Cœnobitarum gratia suscepto Colophonem addamus. Quos ideo Cœnobitas, siue Beatorum iam Choro adscriptos, siue Mundo superstites, rogamus enixè, vt quod eiusce clarissimus Ordinis Bernardus profitebatur apud Honorium 2. P. se ac suos assiduò orare pro commissa ipsi Ecclesia DEI, iidem pro Nobis seculi incolis preces in NVMEN fundere non desinant. Vnde speramus, nos denique, cum iis simul, inter COELITES receptum iri, ac Terrestrium laborum perenni fructu quietéque animi potituros.

OPERIS CATASTROPHE.

D. Bernardus, Epist. 49.

Explicit Liber Secundus.





FORMVLARVM ALIQVOT, VERBORVMQVE FORENSIVM, QVÆ HIS LIBRIS CONTINENTVR,

Index Familiaris.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

FINIS.





PROPRIORVM NOMINVM

ELENCHVS COENOBIORVM, PRIMATVVM Monasticorum, Præsulum, Abbatum, Regionum, Vrbium, Principatuum, & Pagorum: Quæ, hoc Monastici Iuris Tractatu, singula percensentur.

A.

Agrippi-

B.

L.

N.

O.


Paulus

Q.

R.

X.

Finis Elenchi Propriorum Nominum.



RERVM



RERVM AC SENTENTIARVM INSIGNIVM, QVÆ HIS LIBRIS DE IVRE COENOBITARVM, continentur, SYLLABVS.

A.

Index.

C.

que

Cc

D.

L.

N.

O.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

X.

Z.

FINIS.

